Farinacij Consil. et Decis.

A
14-73

LTT

GRANADA
Sala A
Estante 14
Tabla
Número 73

1o tom

22-1-5

Nº 1
15-73

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA



# DECISIONES
## ROTÆ CXL.
### CRIMINVM MATERIAM
IN PRÆCEDENTIBVS PRÆSERTIM
conſiliis pertractatam reſpicientes.

*AB EODEM PROSPERO FARINACIO I.C.*
*Romano hic poſt eadem ſua Criminalia Reſponſa poſitæ & recollectæ.*

QVIBVS ETIAM ACCESSERVNT ADDITIONES NON
ineruditæ FAMIANI CENTVLINI Iuriſconſulti Galleſij.

*CVM INDICE ET SVMMARIIS LOCVPLETISSIMIS.*

EDITIO POSTREMA.

*Ab ipſo Authore diligentiſſimè recognita, necnon à multis mendis vindicata.*

*LVGDVNI,*
Sumptibus Horatij Cardon.

*M. DCX.*

CVM PRIVILEGIO REGIS.

# INDEX
# ARGVMENTORVM
## PRINCIPALIVM CON-
## CLVSIONVM,

### *QVAE IN CRIMINALIBVS Deciſionibus continentur.*

I. De reſponſione facienda interroganti, an inſtrumento vti quis velit pro bono: quando admittatur cum concluſione quatenus ſit bonum, vel donec de contrario non appareat. pagina 1.

II. In materia Bullæ Alexandrinæ reſoluitur primo, an offenſio præſumatur facta, ex cauſa litis: ſecundò, cui applicetur pœna incurſa propter offenſam prædictam, & an parti offenſæ, præſertim in feudo. 3

III. Priuatus beneficiis per ſententiam contumacialem, non poteſt illa cedere per regreſſum, & hinc plura de facultatibus Gubernatoris Vrbis in condemnando abſentes & contumaces. 4

IV. Donatio ſeu legatum factum à muliere clerico adultero, an valeat. 5

V. An valeat pactum inter Hebræos, quòd debitor moroſus, ſeu ſocius fœneratitij banchi ſoluat creditori, aut conſocio ſeptem cum dimidio pro centenario. 6

VI. Spurius ſeu illegitimè natus, an dicatur turpis perſona, ad effectum, vt propter illius inſtitutionē à teſtatore factam, teſtatoris fratre præterito, teſtamētum dicatur inofficioſum. ibid.

VII Concubinatus ex quibus actibus deducatur & probetur. 7

VIII. Accuſator an & quando teneatur in accuſatione exprimere diem commiſſi delicti. ibid.

IX. Simonia eſt crimen occultum, & difficilis probationis, ideò probatur præſumptionibus & coniecturis, & quibus. 8

X. De cenſibus illicitis contra formam iuris & Bullæ Pij V. ac aliarum conſtitutionum creatis, quomodo & quando ſuſtineātur, & de materia. ibid.

XI. Contumacia ſine trina citatione non inducitur. 11

XII. Contumax quando dicatur verus & quando fictus. Quomodo & ex quibus contumacia vera probetur, ad effectum, vt priuatio propter contumaciam ſit perpetua & non temporalis. 12

XIII. Simonia an dicatur commiſſa per mandatum factum ad acceptandum concordiam tractatam per Iudicem, ſuper lite, quæ coram eo agebatur in cauſa Canonicatum cum clauſula, *Dummodò in eius fauorem reſeruetur penſio.* 13

XIV. Sententia ex celeritate proceſſus quare dicatur nulla, & cur ex delicto procuratoris, præſertim in committendo, non poſſit mulctari dominus: conſiderandúmque ſit, an Vicarius habeat facultatem tranſigendi, & an illa tranſactio efficiat, quo minùs Abbas ad reuocationem executionis factæ per ipſum procedere valeat. ibid.

XV. Homicidæ quando dicantur notorij, vel de homicidio diffamati, ad effectum, vt intret Bulla Pij V. eos excludens ab omni actu legitimo. 14

XVI. De vaſallo, quando propter delictum feudo priuetur ipſo iure, & abſque ſententia declaratoria: quando & quomodo confiſcatio bonorum trahatur ad bona ſita extra territorium confiſcantis, cuíve eadem bona applicētur: quando ſententia confiſcationis bonorum dicatur lata de iure communi, ſeu potiùs de iure ſtatutario: & an feudum Eccleſiaſticum veniat in confiſcatione bonorum, & cui applicetur propter crimen læſæ Maieſtatis commiſſum in principem ſecularem. 16

XVII. Bannitus propter homicidium, quando incapax ſit hæreditatis ſibi delatæ, etiam reſpectu legitimæ, & quid ſi fuerit reſtitutus: an etiam reſtitutus cenſeatur ad ius recuperandi legitimam & hæreditatem tempore banni alteri acquiſitas. 19

XVIII. Teſtes examinati in cauſa criminali, non faciunt fidem plenam in cauſa ciuili, ſed adminiculum. 21

XIX. De immittente ignem comburendo ſtipulam in agro ſuo, quòd teneatur, ſi ignis percurrat in agrum vicini, ad damna & intereſſe, quando in die ventoſo ignem immiſit. 22

XX. Ponuntur in hac deciſione aliqua notabilia ſuper probatione metus ad effectū reſcindendi inſtrumentum, quod dicebatur metu celebratum, nec non ſuper veritate inſtrumenti, quod pariter tanquā falſum improbatur. ibid.

XXI. De materia incurſus pœnæ vigore Bullæ Alexandrinæ, plura explicantur notabilia, de quibus in ſummario. 23

XXII. De ſimoniaca patronorum electione, & illius probatione. 24

XXIII. Reſignatio beneficij ſimoniaca, quando abdicet ius à reſignãte, & quãdo ſimoniac⁹ ipſo iure priuetur beneficio per ipſũ reſignato. 25

XXIV. Vſura in ſocietate an & quando cõmittatur propter vniformem annuã præſtationẽ, quãdóve vſura excludatur, vel includatur propter lucri æqualitatem, vel inæqualitatẽ. ibid.

XXV. De probatione confidentiæ. 26

XXVI. De ſimonia cõmiſſa in reſignatione beneficij, præcedẽte tractatu & cõuentione, quòd in caſu reſignationis terti⁹ extraneus donaret reſignãti ſcuta quinquaginta quolibet anno. ibid.

XXVII. De probatione impotentiæ viri ad effectum faciendi diuortium, & an triẽnalis cohabitatio ſufficiat, à quo tempore, & quomodo currere incipiat. 27

XXVIII. Dominus quãdo teneatur ſuo procuratori ad damna paſſa occaſione mandati, & quando culpa præcedit caſũ, an exiſtẽs in culpa teneatur etiã de eo, quod ex caſu ſequitur. 28

XXIX. De ſimulatione, an & quibus coniecturis probetur. 29

XXX. Venditio pannorum cariori precio facta ob conceſſam dilationem ad illud ſoluendum, an & quando ſapiat vſuram. Et hinc ſumpta occaſione aliqua notabilia ponuntur in materia ſimulationis & vſuræ. 30

XXXI. De colluſione, ſeu præuaricatione inter litigantes quãdo permiſſa dicatur, nec nõ etiã de repetitione teſtium facieda ex officio iudicis, vel ad inſtantiam partis, & quando repetiti ſine citatione partis probent vel non. 33

XXXII. Carnalis copula cum vxore eſt difficilis probationis, & propterea cõiecturis probatur, & an, & quando ea cenſeatur probata ex aſſertione iurata mariti. 34

XXXIII. Renunciatio litis facta in carceribus, vt quis ſe ab illis eximat, non valet, præſertim ſi renuncians ſit minor. Et an, & quando poſt renunciationem poſſit renuncians non obſtante litem proſequi. 35

XXXIV. Simonia mentalis, conuentionalis, & realis quæ ſit: quando & quænam inducatur ſimonia ex ſola non acceptata pollicitatione. Quando etiam in hoc crimine habeat locum pœnitentia, & quando demùm ambitioſus & indignus beneficio dicatur is, qui pro illo obtinendo preces mittit. ibid.

XXXV. Supplicans, & abſolutionem petens, quando delictum fateri videatur, quomodo & ex quibus carnalis copula probetur. 36

XXXVI. Præſcriptio *legis bene à Zenone. C. de quadrient. præſcriptione*, quomodo & quando procedat. Et quòd in ſententia condemnatoria contumaciali non debet infligi pœna confiſcationis bonorum, niſi illa non fuerit condigna delicto, de quo agitur. 39

XXXVII. De filio nato ex muliere habente maritum, quando præſumatur filius alterius, quàm ipſius mariti. De probatione filiationis aliqua notanda, & de quæſtione ſtatus, ac filiationis mota contra impuberem differenda in tempus pubertatis. ibid.

XXXVIII. Mors viri quomodo probanda ad effectum, vt vxor poſſit cum alio matrimonium contrahere. 40

XXXIX. Confiſcatis bonis delinquentis, Fiſcus in illis ſuccedit vti hæres, ideò ad inſtantiã creditorum non poteſt dari curator eiuſdẽ bonis tanquam hæreditati iacẽti, niſi Fiſco citato. 41

XL. Matrimonium quando dicatur metu contractum, & ex quibus inter litigantes colluſio detegatur & probetur, ad effectum nullitatis ſententiæ ex colluſione latæ. 42

XLI. De ſimoniaca reſignatione beneficij in exequutionem præcedentis concordiæ facta: & an eiuſdem ſimoniæ labes iſto caſu tollatur ex narratione concordiæ, vel eiuſdem concordiæ confirmatione facta à Papa. 43

XLII. Plures recẽſentur metus præſumptiones, ſeu probationes, ex quibus concluditur, matrimonium metu contractum non ſuſtineri. ibid.

XLIII. De teſtium fide & probatione plura notanda. 45

XLIV. Venditor rei litigioſæ, ſeu aliàs alienari prohibitæ, ignorans tamen litem, ſeu prohibitionem, an & quando teneatur emptori ad damna, & intereſſe, & an etiam talis venditio ſit nulla cum omnibus clauſulis in inſtrumento venditionis contentis. 46

XLV. Teſtamentum quando valeat ſine ſubſcriptione teſtatoris, & ex quibus præſumptionibus de falſo ſuſpectum reddatur ad effectũ, vt ei fides non adhibeatur, cum aliis notabilibus, de quibus in ſummario. 48

XLVI. Magiſtraliter in hac deciſione declaratur, ex quibus & quãdo contractus aſſignationis domus factæ à debitore ſuo creditori, præſumatur potiùs pignoris quàm dationis in ſolutum, vel è contra, ad effectum, vt fructus per eundem creditorem percepti ex re aſſignata computentur, vel nõ computentur in ſortem principalem, & eſt materia vſuraria prauitatem reſpiciens. 50

XLVII. Teſtis periurus & falſus in tempore, vel in circumſtantiis non ſubſtantialibus, quãdo probet, eiúſque dictum poſſit à periurio & falſitate ſaluari: ex eiúſque depoſitione poſſit iuramentum in ſupplementum deferri in cauſa magna, & graui, vltra alia, de quibus in ſummario. 51

XLVIII. De fideiuſſore de repræſentãdo, an & quãdo ſit liberatus per repræſentationem factam poſt incurſam moram, & quando in propoſito admittatur moræ purgatio. 53

XLIX. Inſtrumentum quomodo reprobetur, quando prætenditur, teſtes in eo deſcriptos præſentes non fuiſſe illius celebrationi. ibid.

L. De iuramento in litem deferẽdo legatario ſuper æſtimatione rei legatæ, contra hæredem non exhibentem ipſam rem legatam in inuentario deſcriptam, & quomodo intelligatur illa concluſio, quòd iuramentum in litem non defertur non plenè informato. 54

LI. Suſpectus de hæreſi, & abiurans de vehemẽti iniuncta ſibi pœnitentia, an peracta pœnitentia remaneat inhabilis ad beneficia obtinenda, & an etiam priuetur obtentis. ibid.

LII. Crimi

L I I. Criminales cauſæ in generali mandato non continentur, plures exprimuntur caſus, in quibus de iure requiritur ſpeciale mãdatũ, & per quæ verba hoc ſpeciale mandatũ cẽſeatur. 56
L I I I. In cauſa ſpolij, falſitas inſtrumenti debet clarè probari. 57
L I V. Bannitus in confiſcatione bonorum habetur pro mortuo, eique in iudicio denegatur audiẽtia, tũ de iure cõmuni, tum de iure ſtatutario Vrbis. Cætera videas in ſummariis. ibid.
L V. Bannitus quãdo poſſit teſtari, quandóve dicatur condemnatus propter contumaciam, & quando propter delictum. 58
L V I. Controuertitur in hac deciſione, an & quando abſolutionem petens ab excommunicatione, dicatur fateri criminis reatum & excommunicationem ipſam, & quandò etiam abſolutio cenſeatur petita ſimpliciter, ſeu potiùs ad cautelam. 59
L V I I. Venditio an, & quando dicatur vſuraria ex pacto de retrouendendo iuncta modicitate precij, quomodo conſideretur modicitas precij, de quo tempore, & rei venditæ valor, ſeu precium quomodo probetur. 61
L V I I I. De matrimonio contracto per metum cum puella non excedẽte annos nouem, quòd non conualidetur per ſubſequentem cõpulam non volũtariam, quòd virginitas probetur per relationem obſtetricũ, & quòd remiſſoria calumnioſè petita poſt teſtium publicationem, non ſit concedenda. 62
L I X. Periurus an dicatur, qui non petita abſolutione à iuramento, ſub prætextu enormiſſimæ læſionis, petit reductionem à laudo, cui cũ iuramento ſtare promiſerat, & reductionem non petere.
L X. Incendium combuſtæ domus, an & ex quibus præſumatur ortum habuiſſe ex altera domo vicini, ita quòd is damnum reſarcire teneatur. 64
L X I. De aliquibus præſumptionibus falſitatis proceſſus concernentibus examen teſtium: & an, quando teſtium remiſſoria commiſſa fuit, cum interuẽtu duorum Notariorum, ſufficiat vnius Notarij ſubſcriptio in dicto examine & reſoluitur, quòd non. 66
L X I I. Pœna criminis læſæ maieſtatis quando tranſeat ad filios iuxta diſpoſitionem *l. quiſquis, C. ad legem Iul. Maieſt.* & in mater non petens tutorẽ filio infra annum banni ſui viri dari, priuetur eiuſdem filij ſucceſſione, & quibus ex cauſis ab hac non petitione excuſetur. ibid.
L X I I I. De probatione ſimoniæ, & de probatione, & declaratione cifrarum multa notabilia. 68
L X I V. Inſtrumentum quando dicatur legitimè recognitum, & de nonnullis ſuſpicionibus falſitatis aduersùs inſtrumentum oppoſitis: & quando duo Notarij rogarunt ſe de vno inſtrumento, an in illius publicatione ſufficiat vnius ſubſcriptio.
L X V. In hac deciſione multa deducuntur, quæ ad proceſſus de partibus ad Vrbem tranſmiſſi fidem & probationem ſpectant: & an idẽ proceſſus de falſo ſuſpectus reddatur ex nõnullis cancellationibus, additionibus, apoſtillis, & foliorum inciſionibus in illo repertis. 70
L X V I. Intrudẽs ſe iniuſtè in aliquo beneficio, an & quando priuetur altero beneficio, quod priùs obtinebat. 71
L X V I I. In hac deciſione ponuntur nonnulla de probatione clericatus, de præſumptione falſitatis literarum Ordinarij expeditarum ad fauorem ſui Secretarij, ac etiam de ſententia priuationis beneficiorum in contumaciã lata, quòd per comparitionem reſoluatur, & alia, de quibus in ſummariis. ibid.
L X V I I I. Sacrilegium an ſit ſpecies diſtincta à fornicatione, adulterio ſtupro, inceſtu, ſodomia, & aliis luxuriæ ſpeciebus: an verò ſit ſolùm quædam qualitas aggrauans dictas luxuriæ ſpecies ad effectum. An facultas legitimãdi ſpurios illegitimos, inceſtuoſos & nefarios quoſcunque, trahatur etiam ad natos ſacrilegio. 72
L X I X. Copula carnalis inter virum, & vxorem ex quibus, quando & quomodo probetur ad effectum purgandi metum illatum mulieri in contractu matrimonij. Eſt notabilis deciſio in hac materia. 74
L X X. Libro actorum vt fides tollatur ex præſumptionibus falſitatis, illæ debent eſſe non leues, ſed perſpicuę: leuium autẽ pręſumptionum hîc aliqua ponuntur exempla. 77
L X X I. Donatio quomodo, & ex quibus coniecturis probetur ſimulata. 78
L X X I I I. Copula carnalis cum puella non viripotentem, & minore decem annorum, an & ex quibus probetur, ad effectum validitatis matrimonij. 79
L X X I I I. Confiſcatis bonis delinquẽtis, delinquens eorum dominium, & poſſeſſionẽ amittit, & ſi poſteà penes alium reperiantur, quo iure poſſeſſa, & ſi idẽ delinquẽs fuerit reſtitutus etiam ad bona, an etiam cenſeatur reſtitutus ad bona in alium translata. De teſte, qui ita credẽs falsũ depoſuit affirmatiuè: ac de teſtiũ varietate non tangente negotij ſubſtãtiam, & an etiã ruſticitas excuſet à falſo teſtimonio. 81
L X X I V. Stuprans quando teneatur puellam ſtupratam in vxorem pręcisè ducere, an verò ſufficiat eam dotare, & qualis debeat eſſe iſta dos. 82
L X X V. Matrimonium quando diſſoluatur, ſeu potiùs ſeparetur, propter viri impotentiã, quomodo talis impotentia probetur: & an adhuc probata impotẽtia viri, ex eo quòd nec obſtãte coniugali habitatione vxor fuerit reperta virgo, deueniri debeat ad experientiam vlterioris, & triennalis cohabitationis. 83
L X X V I. Agitur in hac deciſione de reuelantia plurium ſuſpitionum falſitatis oppoſitę aduerſus quandam inſtrumentorum filſiam.
L X X V I I. Simonia ad effectũ, vt quis arceatur ab obtinendo beneficio, non requirit ita exactas probationes, ſicut quãdo agitur ad probationẽ obtenti. An ſimonia probetur per abſolutionẽ petitam ab excõmunicatione incurſa

propter illam in ſupplicatione data & reperta inter componendas. Et an & quando talis ſupplicatio cenſeatur data de conſenſu & mandato principalis.

LXXVIII. De repellendo periurum à iudicio nō petita abſolutione ante incurſum periuriū, & quid ſi fuit promiſſum abſolutionē non peteret, vel opponatur ſimulatio aduersùs instrumentum iuratū, cum obligatione Camerali, an adhuc abſolutio à iuramento requiratur. 87

LXXIX. Cauſa criminalis falſitatis intentata contra teſtes examinatos in cauſa ciuili, an & quādo faciat ſuperſedere in eadem ciuili cauſa. 88

LXXX. De poteſtate & iuriſdictione Iudicis confidentiarum. ibid.

LXXXI. De clerico non conueniendo coram Iudice ſeculari, etiam quòd conueniatur tanquam heres laici, ac etiam quòd in lite habeat laicos conſortes & intereſſatos. 89

LXXXII. Identitas rerum & perſonarum non præſumitur, ſed pluralitas ad excludendū delictum. Et an & quando ex inſpectione librorum, in quibus ſint aliqua folia inciſa, dicatur probata negatiua, ſeu affirmatiua eius, quod prætenditur in illis ſcriptum fuiſſe, ſi ſcriptum non reperiatur. 90

LXXXIII. De ſimonia inducta, & probata per quoſdam correſpectiuos actus, videlicet promiſſionis pecuniarum, mādati ad reſignādum, & reſignationis ſubſequutæ: & quòd beneficiū per ſimoniam adeptus, ipſo iure illo priuatur, fructúſque ſuos non facit, etiam quòd ſimonia fuerit contracta cum tertio ipſo ignorante. ib.

LXXXIV. De ſententia contumaciali nō exequenda infra annum, ac illius reſolutione per comparitionem infra dictum tempus, de contumace mulctādo, & quando quis dicatur verus, ſeu fictus cōtumax: de nullitate citationis, ſeu monitorij domi dimiſſa copia exequuti, nō facta diligentia de perſonaliter reperiēdo: de vi, & proprietate clauſulæ, *ſine præiudicio bonorum fiſco incorporatorum*: de confirmatione ſententiæ nullæ, facta per Papam, An & quando, & quos defectus ſuppleat. Et demùm de aſſertione Papæ, & quando illi credatur in criminalibus ad probationem delicti. 91

LXXXV. Legatum quantitatis pecuniarū inueſtiēdarum per heredem in tot cenſus, & loca montium ad vtilitatem legatarij aliàs in caſu non inueſtiturationis, an teneatur idem heres ipſi legatario ad ſolutionem ſcutorum ſex cum dimidio pro quolibet centenario legato, an ſapiat vſuram, an verò potiùs ſit licitum, & à iure approbatum. Eſt notabilis deciſio. 94

LXXXVI. De ſentētia in contumaciam lata, quòd non poſſit exequi infra annum: & quòd per comparitionem condemnati infra annum eadem ſententia contumacialis reſoluatur. 95

LXXXVII. Cauſa iniuſta, an & quādo, & quæ excuſet à dolo, à mora, & à pœna caducitatis ab hereditate, ob non adimplementum voluntatis teſtatoris. 96

LXXXVIII. Simonia an, & quando inducatur ex correſpectiuitate mandatorum, & an etiam, & quando ſcientia Papæ purget vitium ſimoniæ. 97

LXXXIX. Agitur de confeſſione delicti facta in precibus, quādo contra confitentē probet, necnon etiam de tacita confeſſione reſultante ex productione ſupplicationis, ſeu breuis: quādo cōfeſſio in iudicio ciuili facta probet in criminali, quid de confeſsione extraiudiciali geminata, an inducat plenam probationem, & alia nonnulla, de quibus in ſummario. 98

XC. Diſcutitur magiſtraliter in hac deciſione, an & quando bona dicantur fiſco incorporata, ad effectum, vt reſtitutus generaliter ad bona illa non recuperet, & eſt materia peregrina, & non ita paſſim à Doctoribus tractata. 99

XCI. Improbatur pactum, quòd, facta dilatione ad ſoluendum, debitor teneatur creditori dare quinque pro centenario. 100

XCII. Agitur in hac deciſione de nonnullis ſuſpicionibus falſitatis obiectis aduersùs ſupplicationem, & concluditur ex illis non diminui de fide dictæ ſupplicationis. 101

XCIII. Ex iuriſdictione alicui limitatiuè conceſſa procedendi in aliquibus delictis, aliis quibuſuis delictis excluſis, & exceptis, nō cenſetur cōceſſa poteſtas contra nos ſubditos turbantes ſuam iuriſdictionem. 102

XCIV. Appellare an & quando liceat à ſententia lata in crimine ſimoniæ à mixto exequutore, & an etiam mixtus exequutor procedere debeat cum cognitione cauſæ, & quomodo. ibid.

XCV. Monitorium ad perſonaliter comparendum, crimine non ſpecificato, nullum eſt: pariter & ſententia contra contumacem ferri nō poteſt, niſi plenè, & legitimè delicto probato, reóque comparente, omnis contumacia reſoluatur. 103

XCVI. Vſura an ſit, exigere fructus cenſus poſt illius reſolutionem, & an cenſus dicatur reſolutus, ob non adimpletas illius conditiones, & relaxatum mandatum, ob non adimplementum. 104

XCVII. Subſtitutus in caſu, in quo heres commiſerit aliquod homicidium, aut delictū aliud ſimile, vel diſſimile, non poteſt ex hac ſubſtitutione ſuccedere ex alio delicto, quàm ex illo, pro quo veniat confiſcatio bonorum, non autem pro delicto, pro quo pœna tantùm pecuniaria imponitur, & per comparitionem contumacis ſententia propter contumaciam lata benè reſoluitur. ibid.

XCVIII. Agitur de quodam fideiuſſore in vna ſocietate officij, qui pro ſua cautela, ex quo principalis debitor, pro quo fideiuſſerat, non erat nominatus, habuerat ab eodem debitore priuatā apochā ſub nomine confeſſati mutui eiuſdē quātitatis pecuniarū cōtentarū in dicta ſocietate: ſed cùm dictas pecunias rehabuiſſet ad effectū extinguēdi ſocietatem, & propterea apocham prædictā reſtituiſſet, volebat tamen iterū exigere ſummam in ſocietate contentam, & ab ipſo ſolutā, eo quia fuerit erogata pro

pro ſeruitio eiuſdem debitoris. Hinc fuit dubitatum,an pecunia contēta in dicta apocha, ſit eadē, de qua in ſocietate? Materia,licèt prima parte ciuilis appareat, habet tamen annexum crimen,exigendi ſcilicet iterum debitum iam exactum,& ideò hæc deciſio inter alias criminalem materiam ſapientes fuit hîc poſita. 105

XCIX. Recurſus ad Curiam ſecularem præſumitur factus ad inſtantiam eius, de cuius intereſſe agitur: & in hoc creditur ſimplici copiæ: & ſi quis recurrendo ad ſeculares Iudices impediuerit ſe citari, habetur pro citato: & an,& quando exequutio citationis per Notarium præſentatæ faciat fidem ſine teſtibus. 106

C. Cognitio cauſarum criminalium & matrimonialium, an ſpectet ad Abbatem habentē iura Epiſcopalia,an verò ad ipſum Epiſcopū, iuxta decretum ſacri Concilij Tridentini *ſeſſio.24.cap.20.de reform.* Et hinc benè deducitur, Abbatem Epiſcopalia iura habentem, non eſſe inferiorem Epiſcopo, nec ratione dignitatis, nec ratione poteſtatis. 107

CI. Declaratur in primis an vera ſit,& quomodo intelligenda illa concluſio,quòd ſcilicet ſimonia probetur coniecturis: ac deinde plures enarrantur coniecturæ ſimoniam excludentes ibid.

CII. Singularis eſt illa deciſio, in materia ſimoniæ & confidentiæ, in qua plura eliguntur in ſummariis explicata: & præcipuè diſcutitur, an per receptionem fructuum beneficij reſignati per reſignantem poſt reſignationem inducatur aliqua ſimonia,vel confidentia. 109

CIII. Simonia ad hoc, vt probetur ex ſcriptura priuata, qualis debeat eſſe,& quomodo recognoſcenda talis ſcriptura: & an & quando ſimoniacæ conuentiones inter certas perſonas initæ noceant etiam tertio ignoranti. 111

CIV. Simonia an ſit, & quando, ſi Epiſcopus in collatione alicuius beneficij alteri reſeruat penſionem,ſeu in ipſo beneficio aliquod onus imponit. 112

CV. Iuriſdictionis criminalis quaſi poſſeſſio quibus actibus iuſtificetur, & probetur. Declaratúrque illa regula, Quòd Epiſcopus præſumatur habere iuriſdictionē in ſua Diœceſi, quomodo & quando procedat,& quando nō. 113

CVI. Falſitas,quando ciuiliter agitur de tollēdo fidem ſcripturæ,præſumptionibus probatur: & falſitatis non modica oritur præſumptio ex additionibus, & apoſtillis in margine deſcriptis, præſertim diuerſo atramēto, ac ex interlineationibus, & caſſationibus, niſi fuerint ab eodem Notario ſubſcriptæ & approbatæ. 114

CVII. Promittens ducere in vxorem aliquam mulierem,an & quando cogi poſſit ad contrahendum cum ipſa matrimoniū: & quid, ſi promiſſio hæc non fuerit iurata, vel fuerit emiſſa inter coniūctos, inter quos matrimonium eſſe non poterat. 115

CVIII. Papæ aſſertioni in motu proprio, quod ſibi conſtat de crimine adulterij,ſtatur,cōcurrente præſertim cōfeſſione adulteræ, & teſtiū depoſitionibus,& ſi appellans intra terminum iuris non redierit pro Apoſtolis, ſententia dicitur tranſire in iudicatum. ibid.

CIX. Contumax quando dicatur verus,& quādo fictus ad effectum,vt poſſit appellare,etiam poſt decē dies à die ſcientiæ: & interim attentata quando ſint reuocanda. 116

CX. De fide & probatione libri mercatorum,& an & quando liber in vna partita mendax & falſus,in totum præſumatur falſus. 117

CXI. Notabilis eſt deciſio in materia probationis ſimoniæ, quòd ſcilicet ea non probetur ex confeſſione aſſerti ſocij criminis: item nec per tentatam abſolutionem, ſeu compoſitionē in dataria in præiudicium alterius: item nec per teſtes de publica voce & fama,ac de auditu ab eo,qui ſimoniam commiſiſſe fatetur: & generaliter quòd nunquàm ſimonia dicatur probata,niſi etiam probetur præcedens pactio, ſeu conuentio, cum nonnullis aliis notabilibus circa nullitatem ſententiæ, de quibus in ſummario. 118

CXII. De clerico beneficiato,an & quādo beneficio priuetur ob non promotionē ad ſacros ordines,& an ipſo iure,an verò præcedēte monitione. 119

CXIII. Apoſtilla in apocha adiecta inter lineas, & nō in margine per remiſſam,cū ſubſcriptione eius,cuius intereſt,non cenſetur approbata per ſe ſubſcribētem in ipſa apocha. Inſtrumētum ab vno Notario rogatum, non probat coram Notario cauſæ,niſi producatur,& apocha cum obligatione Camerali non tribuit iuriſdictionem A.C. niſi recognoſcatur. 120

CXIV. Dominus tenetur de incēdio illato à ſuis famulis,& miniſtris, quando in eorū electione eſt in aliqua culpa,ſecus ſi non eſt in culpa. 121

CXV. Pactum,quòd venditor cēſus teneatur illum redimere poſt ſex annos,illicitum eſt, poteſt tamen à Papa confirmari,& quādo confirmatum cenſeatur. 122

CXVI. Teſtium falſitas debet concludenter probari, & taliter, quòd aliter ſe habere veritas non poſſit. 124

CXVII. Alimenta debentur filiis à patre extra domum paternam propter eius ſæuitiam, vt ſi illos ex domo expulerit: & ad redarguendum teſtes de falſo & mēdacio, probatio debet eſſe neceſſario,& concludens. ibid.

CXVIII. De locatione armenti animalium cū pacto,quòd in fine locationis reddatur æſtimatū,an & quādo dicatur vſuraria,& illicita. 125

CXIX. Pactum de mutuando non facit inſtrumentum locationis vſurarium,quando penſio eſt iuſta. 127

CXX. Redempta ab hoſtibus in bello,vel extra bellum à latronibus & piratis,an & quādo ſint reſtituenda dominis rerum redemptarū, cum ſolutione pretij in redemptione exburſati, vel ſine eo. ibid.

CXXI. Clericus recurſum habens ad curiam ſecularem pro impedienda exequutione iuſtitię ordinarij, incidit in excommunicationē *Bullæ in Cœna Domini*, & efficitur incapax fructuum beneficij. 128

CXXII. De mandato de manutenendo, de recurſu ad curiam ſecularem, & de nullitate Decreti ob non tranſportationem actorum, aliqua notanda, de quibus in ſummario. ibid.

CXXIII. Teſtibus mortuis quando credendum ſit, & quando etiam falſitas præſumatur ex apoſtilla diuerſo atramento in margine alicuius ſcripturæ reperta. 129

CXXIV. An & quando cauſa ciuilis ſit præiudicialis criminali, & quando etiam pendentia eiuſdem cauſæ ciuilis faciat ſuperſedere in eadem criminali cauſa. ibidem

CXXV. Rubrica huius deciſionis videtur ſimulationis materiam reſpicere, ſed verè aliud in ea non tractatur, niſi de quibuſdam exceptionibus aduerſùs teſtes oppoſitis. 130

CXXVI. Legatum pium quando deuoluatur fabricæ ſancti Petri ob eius incertitudinem, ſeu negligentiam in illud adimplẽdo, vel exequendo, indéque ſubſequuta tranſactio, quando valeat in præiudicium legatarij. Et quòd inter litigantes probatur eo ipſo, quòd eorum alter citatus nihil reſpondet, cùm reſpondendo potuiſſet agentem repellere. 13

CXXVII. Per confiſcationem bonorum Camera confiſcans dicitur ſuccedere in bonis delinquentis, & propterea debitum, ſi quod habet, cum ipſo cõfundit, & de Saluiano interdicto aliqua notabilia, de quibus in ſũmario. 132

CXXVIII. Simulationis probatio debet eſſe, plena & concludens, etiam cum præcedente cauſa ſimulationis: & falſitas præſumitur ex diuerſitate manus, atramenti, ac ex ſcriptura ordine retrogrado poſita. 133

CXXIX. Pactum ſeu ſtatutum de ſoluendo tantum pro centenario, donec fuerit ſoluta dos debita, an & quando valeat, vel potiùs ſit vſurarium & illicitum. ibid.

CXXX. Societas Aromataria, in qua dantur merces æſtimatæ, & lucrum certum taxatum, an ſit vſuraria & illicita. 134

CXXXI. Falſitatis ſuſpicio in teſtamento ſignato & clauſo nõ inducitur ex eo, quòd in illo reperiatur aliquod ſpatiũ paginę albę, & nõ ſcriptę, ſeu aliquod folium ſeparatũ, & an & quando ſuſtineatur heredis inſtitutio ſine teſtib⁹, ſi de teſtatoris voluntate aliunde cõſtat ad fauorẽ piæ cauſæ. cętera habentur in ſummarijs. 135

CXXXII. Falſitas coniecturis probatur, vt inſtrumento fides tollatur, & ſufficiũt duæ. & hîc ponuntur quædam falſitatis coniecturæ. 136

CXXXIII. Ad probationem confidentiæ, an requiratur plena probatio, an verò ſufficiant coniecturæ, & quæ: & an ex ſola intentione & mente reſignantis, ſeu reſignatarij inducatur confidentia. 137

CXXXIV. Priuatio beneficiorum propter crimen, an & quando inducatur ipſo iure abſque ſententia condemnatoria, & an etiam inducatur per ſententiam condemnatoriam ſuper crimine, & non expreſſa priuatione, & an per gratiam beneficij factam à Papa inducatur eiuſdem beneficij vacatio. 138

CXXXV. Simonia & confidentia an ſit plenè & concludenter probanda, an verò ſufficiant indicia & coniecturæ, & quæ: an confidentia probetur ex perceptione fructuum facta à reſignante poſt reſignationem, an etiam ſimonia probetur ſolutione pecuniarum, pro ceſſione litis & iurium facta, præſertim in pręſentia Epiſcopi, & cum reſeruatione beneplaciti Apoſtolici. ibid.

CXXXVI. Vendito officio ſocietas ſuper eo fundata diſſoluitur, nec ampliùs currũt fructus, ſiue is, qui dedit pecunias ad ſocietatem, ſciuerit venditionem, ſiue etiam ignorauerit. 139

CXXXVII. Simonia an inducatur ex pręſentatione, cum pacto, quòd pręſentatus faciat celebrare Miſſas, & quòd teneatur recuperare bona ad capellam pertinentia illius ſcripturas congregare, & iura tueri. 140

CXXXVIII. Societates officij initę cum eadem perſona, & ad fauorem eiuſdem perſonę, non ſuſtinentur, niſi vſque ad valorẽ officij. 141

CXXXIX. Teſtamẽtum an reddatur nullum, ex eo quòd inſtitutio fuerit facta à teſtatore grauiter infirmante, & reſpondente per verbum ſic vel annuente cum capite: & an Notarius poſſit redargui ex eo quòd in dicto teſtamento non ſcripſerit verba aliqua extranea ab actu teſtandi, & à teſtatore prolata, ex aliquo morbo accidenti ſuperueniente. 143

CXL. Simulatio probatur cõiecturis, probata tamen ſimulationis cauſa, quæ ſufficit opinata, licèt non vera, ac de pluribus coniecturis, quibus ſimulatio, filiatio & illegitimitas probatur. 144

DECISIO

# DECISIONES ROTAE
## CXL.

### *CRIMINVM MATERIAM IN PRAECEDENtibus præſertim Conſiliis pertractatam, reſpicientes:*

AB EODEM PROSPERO FARINACIO I.C. ROMANO hîc poſt eadem ſua Criminalia Reſponſa poſitæ & recollectæ.

*Quibus etiam acceſſerunt Additiones non inuditæ FAMIANI CENTOLINI I.C. GALESII.*

### CAPVTAQVENSIS.

*Ex manuſcriptis, lib. 1. Deciſ. 250.*

### ARGVMENTVM.

De reſponſione facienda interroganti, an inſtrumẽto vti quis velit pro bono: quando admittatur cum concluſione, quatenus ſit bonum, vel donec de contrario non appareat.

### *SVMMARIA.*

*Reſponſio quòd quis vult vti inſtrumento, quatenus appareat bonum, vel, quouſque fuerit certificatus de contrario, an & quando admittatur, num. 1. & 2. & in addit. litera a, per totam, vbi latè de materia.*

*Reſponſio non admittitur, quòd quis vult vti inſtrumento ſeu teſtibus, quatenus boni ſint, aut quid ſimile, quando datur aliquis odor ſeu ſuſpicio falſitatis, nu. 2. & 4. & ſeq. & in additio. litera a, in diſcurſu, vbi de materia.*

*Interrogatio, an quis velit vti teſtibus examinatis pro bonis & legalibus, an admittatur ante factam publicationem eorum depoſitionum, & præſertim in Rota, nu. 3.*

### DECISIO PRIMA.

1 PETITIONI, an † quis velit vti inſtrumẽto pro bono, cenſetur ſufficienter reſponſum, quòd vult vti pro bono [a], donec & quouſque fuerit legitimè certificatus de cõtrario, quia licèt, quando quis non reſpondit purè de præſenti ſe velle vti, ſed ſub conditione, quatenus appareat bonum, non ſit ſufficiens reſponſio, Bart. *in l. diuus, la 2. ff. ad legẽ Cornel. de falſ.* Lap. alleg. 119. Paul. *in l. 2. C. de fid. inſtrum. Capoll. caut.* 59. *deciſ. Neap.* 189. Rip. *in cap. cum M. Ferrarienſis, nu.* 100. *de cõſtit.* tamen quãdo pura eſt reſponſio, reſpectu præſentis temporis, bona eſt reſpõſio, quamuis reſpectu futuri temporis dicat, quòd perſeuerabit vti pro bono, donec certificatus fuerit de contrario, & his terminis procedit Speculat. *in tit. de edit. inſtrum. §. videndũ. nu. 3. verſic. quid ſi velit*, Cyn. Salic. vide Farin. Conſil.

A Angel. *in l. ſi falſos, C. de falſis*, Alberic. *in l. 2. C. de fid. inſtrum.*

Nec † poteſt cogi ad magis præciſè reſpondendum, niſi detur odor aliquarum falſitarũ, iuxta adducta per Ant. Rub. Alexãd. *in l. non ſolùm, § morte, ff. de non oper. nunciat. num.* 314. *verſ. pro reſolutione*, qui allegat Aret. *in c. præſentium, de teſtib. n.* 28. Et ita tenuit Rota in vna Portuen. Caſtri Riani 15. Martij coram Capizucco 1555. *Hactenus Caputaquen.* 2

### ALIA DECISIO.

*Et † proſequendo eandem materiam placuit hîc inſerere duas alias deciſiones in vna Senogalien. frumenti coram Robuſtero; quarum prima fuit facta die 8. Octobris 1571. & ex eius libris manuſcriptis per me exemplata, ſub his verbis videlicet.* Quòd primam partem, licèt Domini procliuiores eſſent, quod Io. Petrus & litis conſortes eſſent cogendi reſpondere, licèt non ſit facta publicatio teſtium formalis, attamen propter ſtylum Rotæ, quòd teſtium dicta, quando ipſe voluerit, oſtendãtur partibus, taliter quòd non poſſunt prætendere ignorantiam, tum quoniam raro haberet exſequutionem iſta coacta reſponſio; tum quoniam per ipſum ſtat, quominùs habeat illam publicationem. Nec releuat præiudiciũ, quod conſideratur in eo, quòd non poteſt examinare alios teſtes, quoniam iſta viſio ſeu publicatio, cùm fiat ex cauſſa neceſſaria, non inferret hoc præiudicium; nihilominùs ad abundantem cautelam ordinarunt, vt offeram parti priuatè & extraiudicialiter, quòd ſi abſque aliquo eius præiudicio voluerit videre iſtos teſtes, oſtendam ipſi, & ita ceſſabit difficultas ex facto. 3

Quo † ad aliam partem fuit reſolutum, quòd niſi adſit aliqua ſuſpicio falſitatis, non coguntur præciſè reſpondere, ſed poſſunt dicere ſe velle vti, quatenus ſint veri ſeu boni, ex allegatis, nec placent reſponſiones Bartholomæi ex dictis per informantes Petri & litis conſortes. An verò ex ſententia A. C. ſuper aliis, ſi quæ ſunt, conſtet de ſufficienti ſuſpicione, poterit per memoralia informari, &, ſi res habebit probabile dubium, dabitur dubium. 4

### ALIA DECISIO.

*Altera † verò deciſio die 3. Decembris eiuſdem anni 1571. ſub his verbis videlicet*; Fuit reſolutum, quòd iſti de Monte Mariano tenentur præciſè reſpondere, an velint vti nécne teſtibus tanquàm veris, quoniam ad cogendum ita præciſè reſpondere ſufficiũt bene ſuſpiciones iuris, quæ hîc adſunt ex ſententia in iudicio criminali iam per plures annos lata & non reuocata, & licèt ab ea pendeat appellatio, tamen ad hunc effectum placebat Dominis, quòd non ſit 5

omninò ſuſpenſa præſumptio ſententiæ ex allegatis. Præterea illa reuocatio vnius ex teſtibus ſatis mouebat animos Dominorum, ad ita arbitrandum, iuncta præſertim cum renitentia iſtorum particularium in non reſpondendo præcisè, nec ea, quæ in contrarium extraiudicialiter adducentur contra teſtes Bartholomæi. Mouebant Dominos, quoniam fortè vndique ſunt anguſtiæ, & ſi iſti particulares inſtiterint contra Bartholomæum, vt etiam ipſe debeat ita præcisè reſpondere, fortaſſe Rota arbitrabitur, quoniam ſeries iſtius facti videtur ſcrupuloſa & turbida, ſed dixerunt de his aliàs eſſe agendum ad partem contra Bartholomęum, ſi pars inſtiterat,

## *ADDITIONES.*

a VTi *pro bono.* In materia harum deciſionum, quando ſcilicet admittatur interrogatio, an velit quis vti inſtrumento ſeu teſtibus pro bonis & legalibus, & quando interrogatus reſpondere teneatur, & quomodo, & an præcisè: an verò ſub conditione generaliter de tota materia, vide aliam deciſionem Cottæ *in vna Imolen. Canonicatus*, 16. *Maij* 1567. Catell. Cotta *in memoral. verſic. instrumento vel teſtibus*, Neuiz. *conſil.* 8. *numer.* 65. Imol. *concluſ.* 23. *lib.* 5. *Gabr. lib.* 7. *concl.* 1. *per totam* Franc. Marc. *deciſ.* 737. *par.* 1. Pract. Corrad. *fol. mihi* 395. *nu.* 18. *& ſeqq.* Alex. Stiac. *in pract. iudiciar. cap.* 22. *n.* 8. *& ſequentib.* Monticell. *reg. crim.* 15. *nu.* 74. *& ſeqq.* Clar. *in pract.* § *falſum, verſic. vtens dicto*, Cephal. *conſil.* 4. *num.* 9. *& ſeqq. lib.* 1. Menoch. *de arbitr. quæſt. lib.* 2. *caſu* 315. *num.* 21. *& ſeqq. & caſu* 294. *num.* 57. *& ſeqq.* vbi particulariter quid de Ruſtico reſpondente (de quo ſcripſit etiam Dom. meus Farinacius *in ſua. Pract. criminal. part.* 2. *tit. de pœn. temperan. q.* 98. *cauſ.* 11,) Hier. Laurent. *deciſ. Auinionen.* 50. *nu.* 2. *& ſeq.* Bertaz. *conſ.* 496. *lib.* 2.

Ex quorum & aliorum tam antiquorum, quàm modernorum dictis aliquantulùm hanc materiam reaſſumēdo reperio, duas eſſe in propoſito Doctorum opiniones; quarum prima eſt. vt reſponſio prædicta debeat eſſe præciſa, & non ſub conditione, ſcilicet, *Volo vti teſtibus vel inſtrumento quatenus ſunt boni, ſeu veri*, vel, *Donec appareant falſi, & non aliter*, ſecundùm Alex. ad Bartol. *in l. diuus, ff. ad legem Corneliam, de falſis, litera B.* vbi quòd Speculat. malè ſenſit contrarium, Lap. *alleg.* 119. *n.* 1. *& ſequentib.* vbi iuribus & rationibus hinc inde contrariis ponderatis reprobato Speculat. hanc partem veriorem, melioríſque & purioris practicæ eſſe affirmat, Mandoſ. *in additio. litera F*, Cæpoll. *cautel.* 52. *incipiente, communiter in cauſſis, nu.* 1. *&* 2. Afflict. *deciſ.* 189. *incip. facta publicatione*, vbi relatis contrariis ita teſtatur in illo conſilio fuiſſe reſolutum. Bero. *conſil.* 22. *in fine, nu.* 34. *lib.* 3. Menoch. *de arbitrar. quæſt. lib.* 2. *caſu* 315. *nu.* 22. Monticell. *reg. crimin.* 15. *num.* 77. *verſic. præterea iſta cautela non eſt vera*, Mandoſ. *in tracta. de monitor. quæſt.* 9. *poſt num.* 2. vbi hanc opinionem dixit veriorem Laurent. Tennin. *in Pract. caute.* 70. *num.* 26. Ioan. Bapt. Ferret. *in conſil.* 88. (Quamuis, vt mox eum referam, contrarium * communiter reſponderi per Doctores affirmauerit.)

Altera fuit huic contraria opinio, quòd imò talis reſponſio non præciſa, & ſic conditionata admittatur, quam originaliter amplexus fuit Speculat. *in tit. de inſtrumentor. edit.* §. *videndum reſtat, num.* 3. *& ſeq.* Bal. *in l. ſi aduerſarius, in fine, C. de fid. inſtrum.* Cyn. *in l. ſi falſos, num.* 3. *C. ad legem Corn. de falſ.* & ibi etiam Angel. *poſt num.* 1. *verſ. item ex prædictis*, & Salic. *poſt num.* 4. Papien. *in forma produc. inſtrum. in verbo, appareant, num.* 1. Aym. *conſ.* 46. *num.* 11. Boſſ. *in tit. de falſ. num.* 150. vbi loquitur in interrogato reſpondente. *ſe velle vti teſtibus ſi apparebunt veri, aliàs non*: relati per Gabr. *lib.* 7 *concl.* 7 *num.* 2. *verſ. contrarium, &c.* vbi dixit, hanc opinionem tenuiſſe Rotam coram Capizucco; & in hac opinione tanquàm in vltimo loco per eam relata reſidere videtur Monticell. *reg. crim.* 15. *num.* 76. allegat Cæpol. *cau.* 83. (Qui tamen hoc non dicit, ſed contrarium *in caut.* 52. vt mox eum retuli) Mandoſ. *in tracta. de monitoriis, q.* 48. *num.* 1. vbi quòd ita reſpondent * communiter Doctores (quamuis poſteà contrarium ſentiat parte opponente, vt infrà eum referam in ſecunda declaratione huius contrariæ opinionis) Aug. ad Angel. *de malef. in verbo, falſario, poſt n.* 44.

Et retenta hac ſecunda opinione, quæ ſuſtineri poteſt, A adhibitis tamen infraſcriptis declarationibus, amplia illam multò magis procedere, quando producens talem declarationem ſeu proteſtationem facit nulla præcedente interrogatione: ſic enim ſimpliciter nulla facta mentione interrogationis præcedentis loquuntur Bald. *in l. ſi aduerſarius, in fine, C. de fide inſtrumentorum*, Cyn. *in l. ſi falſos, num.* 3. *C. ad legem Cornel. de falſ.* & ibi etiam Angel. *poſt. num.* 1. *ver. item ex prædictis*, & expreſsè declarant Fulgoſ. *in conſil.* 177. *publicato proceſſu, colum.* 2. *in princ. verſ. ſed videtur dici poſſe*, Rub. Alexandrin. *in l. non ſolùm*, §. *morte. num.* 314. *verſic. ſecundus caſus eſt, ff. de noui oper. nunciat.* Papien. *in forma productionis inſtrumen. verbo, appareant, num.* 1. Afflict. *deciſ.* 189. *incipiente, facta publicatione, num.* 3. Gabr. *lib.* 7. *concl.* 7. *num.* 8. Baiard. ad Clar. *in* §. *falſum, num.* 135. *verſ. item adde, quòd reſponſio.*

B Declaratur primò eadem propoſita ſecunda opinio, vt non procedat. quando producenti fuit præfixus terminus à Iudice ad ſe informandum & certificādum, *an ſcriptura producta, ſeu teſtium depoſitio ſit falſa*, quia tunc lapſo dicto termino poteſt cogi ad præcisè reſpondendum, fuit opinio Bart. *in l. diuus, nu.* 4. *ff. ad legem Corn. de falſ.* quē ſequuti ſunt Lap. *alleg.* 119. *nu.* 4. *in fin.* & ibi Mandoſ. *in addit. litera f*, Felin. *in c. præſentiam, nu.* 12. *de teſtib.* & ibi etiam Aret. *nu.* 17. *&* 18. *de teſtib.* Fulgoſ. *conſil.* 177. *incipiente, publicato proceſſu, per totum*, vbi latè defendit hanc Bartoli opinionem & præcipuè reſpōdet Bald. *in l. ſi aduerſarius, C. de fid. inſtrum.* & Cyn. *in l. ſi falſos, C. de falſ.* allegatis *ſupr. num.* 1. quòd loquuntur vel parte non inſtante, vt producens magis præcisè reſpōdeat, vel quando fit productio nulla præcedente interrogatione, Rip. *in c. cùm M, nu.* 100. *ver. tollendo tamen, extra de conſtit.* vbi C eorum opinionem, qui dixerunt admittendam eſſe reſponſionem producentis cum conditione, *quatenus teſtes non appareant falſum dixiſſe, aut inſtrumentum eſſe falſum*, declarat non procedere, quando terminus prædictus ad præcisè reſpondendum aſſignatur, quia tunc producens arctabitur præcisè reſpondere, vt ibi per eum, Afflict. *deciſ.* 189. *incipiente facta publicatione*, vbi relatis hinc inde contrariis, teſtatur ita fuiſſe in illo conſilio reſolutum, Angel. *de malef. in ver. falſario, nu.* 43. *ver. ſed cautelæ eſt*, Boſſ. *de falſ. num.* 255. vbi relatis Doctorum auctoritatibus in materia loquentium, confuſo tamē ordine more ſuo, teſtatur ita ſe habere communem opinionem, Clar. *in Pract.* §. *falſum, ver. vtens falſo inſtrumento, num.* 59. vbi etiam de communi ex Boſſ. *in loco præcitato.* Et ampliùs, quod ita vſu obſeruatur, ſiue producens ſit veriſimiliter inſtructus de prætenſa falſitate, ſiue non (& ſic cōtra Ang. & Salic. *in l. ſi falſos, C. de fal.* quos inD frà referam pro contraria opinione) Alex. Stiac. *in Pract. iudicia. c.* 22. *nu.* 9. *& nu.* 11. *in fin. ver. tertia concl. & nu.* 22. *in fin.* vbi pariter aliis relatis teſtatur de communi, Mādoſ. *in tract. de monitoriis, quæſt.* 98. *num.* 2. *ver. quam opinionem Hier. Laurent. deciſ.* 50. vbi quòd ita fuit apud ipſum iudicatum in Rota Auenionen. Bertaz. *conſil.* 496. *num.* 3. *& ſeqq.* vbi aliis pluribus relatis, ita expreſsè declarat contrariam opinionem, volentem, eſſe admittendam reſponſionem dubiam, ſeu conditionatam non procedere, quando talis terminus fuit præfixus; quia tunc producens tenetur clarè, nitidè, ac purè reſpondere ſine conditione, & purè, non obſcurè & confusè, vt ibi per eum, *nu.* 4. & ita Claud. Fil. *ibidem in fin. conſilij*, teſtatur eo caſu fuiſſe iudicatum, Baiard. ad Clar. *in* §. *falſum, nu.* 135. Laurent. Tennin. *caut.* 70. *nu.* 26. vbi etiam de communi & magis communi opinione.

Iſte autem terminus dandus eſt à iudice, vel ad inſtantiam eius, contra quem fit productio, ſecūdùm Felin. *in cap.* E *præſentium, num.* 12. & ibi Aret. *num.* 17. *extra de teſtib* Fulgoſ. *conſil.* 177. *incip. publicato proceſſu*, in fin. ver. *quibus ex omnibus*, Rip. *in c. cùm M. numer.* 100. *verſ. primum eſt, extra de conſtitu.* vel ad inſtātiam ipſiuſmet producentis, Afflict. *deciſ.* 189. *incipiente facta publicatione, nu.* 4. Gabr. alios referens, *lib.* 7. *concluſ.* 7. *num.* 6. Clarus *in pract.* §. *falſum, verſic. vtens falſo inſtrumento, num.* 19. vbi quòd ſi pars petat tanquàm non inſtructa dilationem ad reſpondendum, debet illi impendere longiorem dilationem, quādo agitur de facto alieno, quàm ſi ageretur de facto proprio, teſtatúrque, quòd ita apud eum vſu obſeruatur. Et rursùs idem terminus datur non ad ſe informandum, ſeu certificandum de veritate, ſed tantùm de credulitate ſeu veriſimilitudine, quæ ſufficit, vt pro vſu

producens

producens puniatur, quia ſi ſuſpicabatur teſtes falſos eſſe, A aut inſtrumentum falſum, non debeat illos producere, & producendo dicitur eſſe in dolo, etiam quòd certe non ſciret veritatem, Felin. *in cap. præſentium, nu.* 12. & ibi Aret. *num.* 17. *&* 18. *extra de teſtibus.*

Et licèt Ang. *in l. ſi falſos, ver. ſed credo, C ad legem Corn. de falſ.* dixerit hanc termini præfixionem non releuare, niſi doceretur, quòd producens de falſitate fuerit inſtructus, vel quòd potuerit de ea inſtrui, & noluerit ſe inſtruere, quem ſic dicẽtem ſequitur ibidem Salic. *poſt nu.* 4. & Aug. ad Ang. *in verbo, falſario, poſt nu.* 414. *ad finem additionis*, & propterea non obſtante eadem termini præfixione producentem poſſe reſpondere, *Volo, uti*, &c. *quatenus non appareat falſitas*, tenuerit Papien. *in forma productionis inſtrumentorum, in verbo, appareant, num.* 1. dixerítque etiam Aret. quòd quando producens non potuit veriſimiliter informari de falſitate, B vel ſecundùm veritatem, vel ſecundùm credulitatem, non teneatur tunc præcisè reſpondere, quamuis fuerit ſibi datus terminus ad ſe informandum, & Aretinum ſic dicentem ſequuti ſunt Rube. Alex. in *l. non ſolùm, §. morte, num.* 314. *in fin. verſ. iſtum caſum intelligo, ff. de noui oper. nunc.* Gabr. *lib.* 7. *concl.* 7. *num.* 7. Laurent. Tennin. *caut.* 70. *poſt num.* 26. Communis tamen opinio eſt, quòd ſiue producens ſit veriſimiliter inſtructus de prætenſa falſitate, ſiue non, tenetur præcisè reſpondere, quando huiuſmodi terminus ad ſe inſtruendum præfixus eſt, ſicut poſt Boſſ. quem allegat teſtatur Clar. *in Pract. §. falſum, verſ. vtens falſo inſtrumento, nu.* 19. vbi ampliùs teſtatur, quòd ita vſu obſeruatur. Sic etiam & idem producens tenetur præcisè reſpondere, ſiue potuerit veriſimiliter informari, ſiue non, ſecundùm Bertaz. *conſ.* 496. *num.* 6. vbi in ſpecie, quòd opinio Aretini contrarium ſentientis reiicitur C ab aliis, & præſertim à Fel. *in d. c. præſentium, num.* 12. *extra de teſtib.*

Verùm quicquid prædicti Doctores dicunt in ſupradicta deciſione Senogallien. frumenti, de qua *ſuprà num.* 3. fuerat vigore Commiſſionis aſſignatus parti producẽti terminus ad reſpondendum, prout colligitur ex alia deciſione ſub die 12. Ianuarij eiuſdem anni 1571. & tamen ibi reſoluitur admittendam eſſe reſponſionem, *velle ſcilicet vti teſtibus, quatenus, ver. &c.* niſi adſit aliqua falſitatis ſuſpicio.

Declaratur ſecundò, & hæc declaratio, ſi vera eſt, omninò deſtruit opinionem relatam, *ſup. in verſic. altera fuit, &c.* Vt tunc demùm producens non teneatur præcisè reſpõdere, ſi pars aduerſa non inſtet, nec petat magis præcisè reſpõderi, & acquieſcat reſponſioni factæ: ſecus autem ſi petat, & D inſtet producẽtem ad præcisè reſpondendum cogi. Sic enim parte petente & inſtante loquuntur Lap. *in d. alleg.* 19. *poſt num.* 1. *pars aduerſa*, dicit Cæpoll. *caut. mihi* 52. *incipiente, Communiter in cauſis, num.* 1. *in fin. verſ. ſed tu dic*, & expreſsè diſtinguendo & declarando hanc limitationem poſuerunt Fulgoſ. *conſil.* 177. *publicato proceſſu, colum.* 2. *in princ. ver. ſed videtur dici poſſe.* Rub. Alexandrin. *in l. non ſolùm, §. morte, num.* 314. Afflict. *deciſ.* 189. *incipiente facta publicatione, n.* 3. & in fine dictæ deciſionis teſtatur, ita in illo conſilio fuiſſe votatum & reſolutum, Menoch. *de arbitr. quæſt. lib.* 2. *caſu.* 315. *nu.* 22. Monticell. *reg. crim.* 15. *num.* 77. Mandoſ. *in tractatu de monitoriis, quæſt.* 48. *nu.* 2. Laurent. Tennin. *caut.* 70. *nu.* 26. *ante finem, verſ. aduerte.*

Verùm hæc declaratio redditur dubia ex deciſione prædicta coram Robuſtero, de qua *ſupr. num.* 3. in qua reſoluitur E admittendam eſſe reſponſionem non præciſam, niſi detur ſuſpicio falſitatis. Et tamen in caſu illius deciſionis per partem inſtabatur producentem cogi ad reſpondendũ præciſè.

Declaratur tertiò, vt non admittatur reſponſio obſcura ſeu conditionalis, quando producens interrogatur nõ ſimpliciter, *an velit vti teſtib. vel inſtrumento, &c* ſed in ſpecie, *an velit vti inſtrumento in tali parte, in qua ſic dicitur, vel dictis teſtium in eo, in quo ſic deponunt*, ſecundùm Rip. *in c. cùm M num.* 100. *ver. ſecundum remedium eſt, de conſtit.* ſequitur Mandoſ. *in tract. de monitoriis, q.* 48. *num.* 2. *in fine, verſ. aut ſpecificè exprimendo.*

Declaratur quartò, vt nec pariter admittatur reſponſio producentis ac dicentis, ſe velle vti teſtibus ſeu inſtrumento in illis partibus & punctis tendentibus in ſui fauorem; non autem in aliis Bald. *conſil.* 96. *incipiente decreto cauetur, num.* 1. *& ſequentib. lib.* 1. Cæpoll. *caut.* 52. *incipiente communiter* A *in cauſis, num.* 1. *in fin. & ſequen.* vbi etiam idem concludit in eo, qui reſpondendo dicit, ſe velle vti teſtibus, atteſtationibus & inſtrumentis pro bonis, veris & legalibus, ſi, & in quantùm de iure ſunt, & non aliter, Catell. Cotta *in memoral. in verbo, inſtrumento, in fine*, vbi refert & ſequitur Bald. *in dicto conſilio* 96. Bero. *conſil.* 22. *in fine, n.* 34. *lib.* 3. Menoch. *de arbitr. quæſt. lib.* 2. *caſu* 315. *nu.* 22. Monticell. *reg. crim.* 25. *num.* 77. Laur. Tennin. *cau.* 70. *num.* 27. Et licèt contrarium apud eum ſeruari teſtetur Boſſ. *in tit. de falſ. n.* 255. *in fine.* vbi loquitur in interrogato reſpondente, ſe velle vti teſtibus in concernentibus ipſum negotium & negotij ſubſtantiam ac fidem teſtis, & non aliàs. Et quamuis de iure contrarium magis communiter receptum eſſe affirmare videatur, *ibid. d. num.* 255. *ante finem*: adhuc tamen eandem obſeruantiam etiam de iure communi ſuſtineri poſſe, defendere videtur *ibid. nu.* B 158. & Boſſium refert Lauren. Tennin. *caut.* 70. *n.* 26. *ad med. & num.* 29. Vide tamen Bertaz. *dicto conſil.* 496. *ſub num.* 2. *iuncto num.* 6. *in fine*, vbi aduertit, quòd conſuetudo & obſeruantia, de qua teſtatur Boſſ. *in loco præcitato*, non ſit ad alia loca extendenda.

Subdeclara omnes prædictas declarationes, in quibus dixi non admitti dubiam & conditionatam reſponſionem producentis, non procedere, quando idem producens reſpondet ſe velle vti inſtrumento pro bono, donec, & quouſque fuerit legitimè certificatus de contrario: tunc enim talem reſponſionem eſſe ſufficientem & admittendam, reſoluit Rota, *de qua ſuprà, nu.* 1. *&* 2. Et nihilominùs, quando datur aliquis odor falſitatis, tunc nec talem reſponſionem eſſe admittendam, reſoluitur in eadem deciſione, & in aliis deciſionibus, *de quib. ſup. num.* 4. *&* 5.

C *Famianus Centolinus V. I. D. Galeſij.*

## THOLOMEI.

*Placentina cenſurarum die* 26. *Maij* 1541.

### ARGVMENTVM.

**In materia Bullæ Alexandrinæ reſoluitur primò, an offenſio præſumatur facta ex cauſſa litis: ſecundò, cui applicetur pœna incurſa propter offenſam prædictam, & an parti offenſæ, præſertim in feudo.**

D

### *SVMMARIA.*

*Offenſio ad effectum incurrendi pœnam Bullæ Alexandrinæ, præſumitur facta occaſione litis, niſi alia cauſſa probetur: probata autem alia cauſſa, præſumitur ex ea, & Alexandrinæ locus non eſt, num.* 1. *&* 2.

*Teſtis vnus deponens, quòd offenſio fuit facta occaſione litis, plenè probat ad effectum, vt ſit locus Bullæ Alexandrinæ, nu.* 2.

*Bullæ Alexandrinæ pœna ad hoc vt incurratur, ſufficit probare offenſionem ex cauſſa litis per probabilia argumenta, num.* 2.

*Teſtes participes criminis non probant, offenſionem non fuiſſe factam ex cauſſa litis, vt effugiatur pœna Bullæ Alexandrinæ, num.* 2.

*Teſtes ſeruitores vulnerantium, non probant offenſionem fuiſſe fa-* E *ctam ex cauſſa litis, vt effugiatur pœna Bullæ Alexandrinæ, num.* 3.

*Pœna incurſa vigore Bullæ Alexandrinæ, non applicatur parti offenſæ, num.* 3. *Vide præſertim quid in feudo.*

*Lex vbi priuat partem contemplatione alterius partis, pœna proueniens ex priuatione acquiritur parti offenſæ, cuius contemplatione ſit priuatio, præterquàm in feudo, num.* 3. *verſ. Et quod quando.*

*Mors ciuilis æquipollet naturali, quando quis per mortem ciuilem eſt diffidatus, num.* 3. *verſic. Et quia per Alexandrinam.*

*Violans ſequeſtrum, priuatur ipſo iure, ſed cui ſequeſtrata res applicetur, num.* 3. *in fine.*

### DECISIO II.

PLacentina † cenſurarum de Scotis, quoad Alexandri- 1
nam [a] vulnerato Procuratore fuit dubitatum 26. Maij 2

1541. *An præſumeretur vulneratio occaſione litis?* Et quia D.Mo- A
hedanus habebat cauſſam conſimilem Vrbeuetani Caſtri, & tenementi inter Io.Franciſcum de Sabellis,& D.Paulum Petrum Nam Ioannes cùm litigaret cum Gentile,illum occidit: Domini fuerunt in voto, quòd ſi non conſtat, quòd adeſſet alia cauſſa,quòd præſumatur occaſione litis,& quòd ſi aliæ cauſſæ non demonſtrarentur, tenebant, quòd fuiſſet locus Alexandrinæ: ſed quia Ioannes Franciſcus probauit cauſſam homicidij, quia Gentilis emerat bona tanquàm confiſcata per Cameram propter rebellionem Ioan. Franciſci: ideò ex hac cauſſa fuit ibi tentum,quòd tunc non eſſet locus Alexandrinæ.

2 Sed † in iſta mea Placentina nulla alia adducitur cauſſa, & vnus teſtis dicit ea fuiſſe ex cauſſa litis, & Alexandrina contentatur probabilibus argumentis, ideò pro Alexan- B
drina & Domini 27 Iunij fuerunt,quòd teſtes dicentes vulnera non fuiſſe illata ex cauſſa litis, ſed quia Amolinus maledixit de vulnerantibus, non ſuffragaret ipſis, quia non probatur cauſſa maledicentiæ,& teſtes erant participes criminis,& ſeruitores vulnerantium,& videbantur ſubornati; ideò pronunciaui vulnerantes incidiſſe in Alexandrinam, non tamen contra alterum fratrem, qui non interfuit vulneribus, neque apparet, quòd mandauerit, aut ratum habuerit.

3 Et † in vna Treuiſana feudi Bonifacius de ruſtica vulnerando Petrum de Trapolinis ipſius aduerſarium, inciderat in Alexandrinam,& Petrus petebat ſibi adiudicari feudum, pro parte ſpectante ad D.Bonifacium, videlicet quoad fructus durante vita naturali Bonifacij: Antonius verò frater Bonifacij, qui vnà cum Bonifacio eius fratre erat in lite cõ- C
tra D.Petrum, dicebat ad eum ſpectare, & pro Petro adducebatur *l. Statius, §. Cornelio, ff. de iure fiſci*, Et quòd quando lex
b priuat partem [b] contemplatione alterius partis,quòd tunc debet acquiri parti offenſæ, *per gl. in cap. in quibuſdam, in verbo, prorſus, de pœn.* Felin. *in rub. de iud. in fi.* tamen Domini fuerunt in contrarium per not. per Barto. *in l. lege agraria, ff. de term. mot.* & quia hoc non procedit in feudo, quod debetur alteri agnato, vt latè per Alex *conſil. 23. vol. 1*. Et quia Alexãdrinam eſt diffidatus, quo caſu mors ciuilis æquipollet naturali. Et hoc in feudo adducebatur etiam conſilium Signor de Homode 220. Rip. *in rubric. de indic.* ſed in aliis bonis Domini fortaſſe dubitaſſent; tamen videtur eadem ratio,quia aliàs in Rota fuit reſolutum, quòd licèt violans ſequeſtrum, priuetur ipſo iure, *per Clem. 1. de ſequeſt poſſeſſ. & fruct.* tamen beneficium non applicatur parti, ſed illi, qui D
priùs impetrauerit.

## *ADDITIONES.*

a A*Lexandrinam.* Prima pars huius deciſionis vſque ad *n.* 3. ſumpta eſt ex deciſionibus Tholomei in manuſcriptis, *lib. 2. deciſ.* 136. ſecunda autem pars incipiens *d. n.* 3. ſumpta eſt *ex lib. 1. deciſ.* 68. & in materia Bullæ Alexandrinæ; & illius pœnæ incurſus. Vide aliam deciſionem coram Cantucio *die* 10. *Nouemb.* 1581. de qua in impreſſis inter diuerſas, *par. 2. dec. 166. incip. Domini pro maiori parte*, & alias duas deciſiones eiuſdem pariter inter eaſdem diuerſas, *par. 3. deciſ.* 868. *&* 869. & vide etiam infrà alias deciſiones coram ViceComite inſimul poſitas ſub die 28. Nouembris 1580. in vna Hortana Bonorum,& vide demùm ſuprà *conſ. 67.* vnà cum E
alia deciſione coram Illuſtriſſ. D. Blanchetto die 10. Nouembr. 1581. quibus in locis plura notabilia in materia Bullæ Alexandrinæ explicantur.

b *Partem.* Si vis ſcire quando pœna applicetur parti,& quãdo fiſco, recurre ad Abbatem *in rub. de iud. nu. 5. verſ. tertia opinio, & ibi etiam* Dec. *nu. 94. verſ. ſecunda opinio, in 1. lectura*, Rip. *nu. 96. verſ. ſecundo amplia*, Blanch. *in Pract. crim. §. viſis indiciis, 158. in prin. pag. 61.* Clar. *in Practic. §. fin. q. 1. in fine princ. & verſ. quartus caſus eſt.*

*Famianus Centolinus I.V.D. Galeſij.*

## ORADINI.

*Romana Beneficiatus ſancti Petri 16. Iunij 1561.*

## ARGVMENTVM.

Priuatus beneficiis per ſententiam contumacialem, non poteſt illa cedere per regreſſum, & hinc plura de facultatibus Gubernatoris Vrbis in condemnando abſentes & contumaces.

## *SVMMARIA.*

*Priuatus beneficiis per ſententiam contumacialem, non poteſt illa cedere per regreſſum, nu. 1. & per totam.*

*Princeps poteſt tollere citationem & defenſionem in criminalibus, num. 2.*

*Gubernator Vrbis non habet in facultatibus auctoritatem procedendi ſine citationibus & defenſionibus, num. 2. & in addit, litera [a], vbi de materia.*

*Gubernator Vrbis quando procedit contra contumaces, poteſt eos citare domi, non facta diligentia de perſonaliter citando, num. 3. & in addit. litera [b], vbi de materia.*

*Citari an quis poſſit ad domum in criminalibus, non facta priùs perquiſitione perſonæ, num. 3. & in addit. litera b.*

*Teſtes non repetiti non probant, quod quando proceditur in tribunali Gubernatoris Vrbis, & contra contumacem, num. 4. & in addit. litera [c], vbi de materia.*

*Gubernator Vrbis poteſt inquirere nullo iuris ordine, nullâque præcedente infamia, nullóque proceſſu, &c. nu. 4. in addit. litera [d], vbi de materia.*

C *Delictum an & quando cenſeatur probatum per ſententiam contumacialem, num. 5. & in addit. lit. [e].*

*Sententia iniuſta Gubernatoris Vrbis exſequi debet, etiam nõ conſtito de iuſtitia illius, vigore facultatum, num. 6. & in addit. lit. [f], vbi de materia.*

## DECISIO III.

COnclnſum † fuit pro validitate ſententiæ Gubernato- 1
ris Vrbis, ex facultatibus quæ ſunt ampliſſimæ. In qua cùm fuerit ille priuatus omnibus beneficiis, ſequitur quòd ceſſio regreſſus ab eo facta nulla fuerit, cùm eſſet iam priuatus, non obſtantibus iis, quæ in contrarium adducuntur.

Primò, †, quòd Papa non poteſt concedere facultatem ita 2
procedendi, Caſtren. *in l. ad peremptorium, nu. 5. & 6. de re iud.* Nam ſuperflua eſt hæc dubitatio; præſertim in atrocibus, prout eſt hoc crimẽ, Afflict. *deciſ. 391.* & deinde non tollitur hîc citatio & defenſio [a], vt patet ex facultatibus.

Secundò, †, quòd dicitur citationem non rectè factam, a
quia non fuit perquiſitus [b] in Vrbe, antequàm citaretur do- 3
mi, vt per Tiraq. *de retract. §. 9. gloſſ. 2. nu.* 50. reſpondetur, imò b
contrarium à multis affirmari, vt non ſit neceſſaria alia perquiſitio, Soc. *fall. 53. in vlt. fall.* Tiraquell. *vbi ſup. nu. 56.* Deinde in caſu noſtro, verba facultatum ſunt clara, tollúntque hanc dubitationem, dum dicunt, *prima vice ad domum*, cum aliis verbis ſimilibus.

Tertiò †, quòd dicitur non eſſe rectè condemnatũ, quia 4
non fuerũt repetiti [c] teſtes: reſpondetur & hoc tolli ex ver- c
bis facultatum, dum dicunt, *nullo iuris ordine, nullaque præcedente infamia, nullóque proceſſu inquirendi* [d], &c. d

Quartò †, quòd dicitur, licèt eſſe condemnatus tamen 5
nõ ideò probari delictum, cùm ſit ex contumacia [e], quæ nec e
nocet, vt per Ruin. *conſil. 19. nu. 7. lib. 3.* Alciat. *reg. 3. præſumpt.* 22. reſpondetur, licèt nõ probetur delictũ, tamẽ probari priuationem, quæ ſufficit, Alex. *in l. ſæpe, nu. 64. de re iud.*

Quintò †, quòd dicitur non eſſe ſtandum ſententiæ huic, 6
niſi conſtito de iuſtitia [f], reſpondetur ex facultatibus hoc f
tolli, quæ nimis ſunt amplæ, vnde ab eis non poſſum recedere.

## *ADDITIONES.*

C*Itatio & defenſio.* Hæc deciſio eſt notanda contra com- a
munẽ practicam tribunalis Gubernatoris Vrbis, cuius Locum tenentes in criminalibus homines morti tradunt, aliiſque corporalibus pœnis afficiũt, nulla præcedente citatione

tione ad ſententiam:& tamen in hac deciſione,ni fallor ex- A preſsè affirmatur, quòd in facultatibus ipſius Gubernatoris non tollitur citatio, & aliàs pluries miratus ſum de practica prædicta,cùm in aliis quibuſcunque articulis ante ſentẽtiam in omnibus criminalibus,etiam leuibus,citatur inquiſitus in dicto Tribunali,& in ſentẽtia, quæ maioris eſt præiudicij, vbi receptum eſt, eos non citari, eſſet vtique hæc mala practica exſtirpanda & abolenda, eo præſertim quòd, vt bene hîc Rota exiſtimauit, non eſt in facultatibus admiſſa.

Et quòd attinet ad defenſiones, poſtquàm nec illæ ſunt ſublatæ à ſummo Põtifice in eiſdem facultatibus vt hîc voluit Rota, prout latè etiam probauit D. meus Farinacius *in hac Pract.crimin.par.1.q.39.ſub nu. 15 & ſeqq. pluribus*, non poſſum niſi valdè excandeſcere contra eoſdem iudices cri- B minales Gubernatoris Vrbis, qui quandoque res denegatis defenſionibus torquent in vim aſſertarum facultatum.

b *Non fuit perquiſitus.* Quando proceditur contra contumacem, an tunc debeat citari perſonaliter, vel domi dimiſſa copia, bene ponit Dom. meus Farinac. *in ſua Pract.cri. quæſt. 11. nu.41.* Et in eo quod hîc dubitatur, an poſſit domi citari, non facta priùs perquiſitione perſonæ, communis practica facit ceſſare difficultatem: quia in monitoriis præſcribitur certa forma citandi reos; perſonaliter ſcilicet, ſi eorum perſona apprehendi poteſt, aliàs domi eorum ſolitæ habitationis,& ad valuas, &c. Et iſto caſu non eſt dubium, vt forma præſcripta ſeruetur, faciendam eſſe priùs perquiſitionem perſonæ antequàm domi ſeu ad valuas abſens & contumax citetur. Et de hac perquiſitione & diligentia debet expreſsè curſor facere fidem in calce citationis, aliàs ſentẽtia eſt nulla, prout in quadam ſententia Tribunalis Gubernatoris Vrbis bene reſoluit Rota coram Illuſtriſſ. & Reuer. tunc Patriarcha Seraphino, in vna Romana ſecretariatus Lunæ 17. Feb. 1592. de qua inf.

c *Non fuerunt repetiti.* Ex hac deciſione videtur colligi, quòd Gubernator Vrbis habet in facultatibus auctoritatem procedendi ex proceſſu informatiuo, & teſtibus non repetitis: & quidem ſi hoc volumus intelligere, prout ſunt termini huius deciſionis; quando proceditur contra contumacem, tunc ſine dubio res de plano procedit, quia & idem etiam ſeruatur in omnibus aliis tribunalibus, & eſt de iure, prout bene docuit D. meus Farinac. *in ſua Pract.crim. part. 1.q. 11. nu.305.* Verùm ſi procederetur contra præſentem & carceratum, ſecus eſſet, quia ex teſtibus non repetitis, nec ad condemnationem ad torturam vllatenus deuenitur etiam in D tribunali Gubernatoris Vrbis.

d *Inquirendi.* Poteſt ſine dubio Gubernator Vrbis inquirere nullo iuris ordine, nulla præcedente infamia,& ex nullo proceſſu, capiendo inquiſitionem in genere pro aſſumptione informationum: ſed ſi voluerit ſpecialiter inquirere contra abſentem & contumacem, & eum non comparentem condemnare, tunc ne decipiaris, aduerte, quòd ſi procedat ſine indiciis vel etiam nulliter, non ſeruando ſolitos terminos, aut aliàs quomodocunque,& tunc ſine dubio tales ſententiæ non ſuſtinentur & exſequendæ non ſunt, ad ea, quæ latè ſcripſit Dominus meus Farinacius *in ſua Pract. cri. part. 1.q.11.num.16.& 34.* Et ego vidi quamplurimas ſententias tribunalis Gubernatoris Vrbis reuocatas, vel quia fuerunt latæ, legitimis non præcedentibus indiciis, vel quia nulliter defectu citationis, aut aliàs non obſtantibus ſuis ampliſ- E ſimis facultatibus.

e *Ex contumacia.* Pro declaratione huius deciſionis vide in ſpecie alias duas deciſiones Cottæ, relatas per Dominum meum Farinacium *in ſua Pract.crim.q.11.poſt nu.92.*

f *De Iuſtitia.* Hæc deciſio multùm fauet facultatibus Gubernatoris Vrbis, ſed, vt prædixi, ſi ſententia contumacialis fuerit iniuſta ex defectu indiciorum præcedentium, abſque dubio, quoad pœnas in eo contentas nullo pacto exſequi poteſt,& ita paſſim ſeruatur.

*Famianus Centolinus V. I. D. Galeſij.*

## ILLVSTRISSIMI ET REVERENDISS. D. Stephani Cardinalis.

*Romana legatis Veneris 2. April. 1568.*
Farin. Conſil.

## ARGVMENTVM.

Donatio ſeu legatum factum à muliere clerico adultero, an valeat.

## SVMMARIA.

*Legatum factum à muliere maritata clerico, cum quo eadem mulier adulterij conſuetudinem habuerat, an valeat, num.1. & per totam deciſionem.*

*Donatio ſeu legatum factum cõcubinæ præterquàm à milite ſeu clerico, non valet, num.1. & in additio. litera a, vbi de materia.*

*Adulteria maximè damnantur à legibus ciuilibus, nu.2.*

*Legatum factum turpi perſonæ, an & quando valeat, numer. 2. & ſeq.*

*Donatio facta turpi perſonæ, an & quando valeat, numer. 2. & ſeqq.*

*Adulterium habet in ſe turpitudinem tam reſpectu adulteri, quàm reſpectu adulteræ, nu.3. in fine.*

*Legatum ſeu donatio facta concubinæ, valet, quando tempore legati ſeu donationis non erat concubina, nu.4.*

## DECISIO IV.

1 FVit † dubitatum, *An legatum factum à quadam muliere, quæ virum habebat, cuidam Clerico, cum quo adulterij conſuetudinem habuerat, valeret?* Et quidem iſte articulus de Iure ciuili videbatur ſatis dubitabilis, propter regulam *l. affectio-* C *nis, ff. de donat.* maximè quòd Doct. *ibi, & in l. miles ita, §. mulier, de teſt. milit.* conſtituunt regulam; Quòd donatio ſiue legatum relictum concubinæ a, valet: fallit in milite & clerico: quare cùm iſta mulier non ſit de exceptuatis, videtur comprehendi ſub regula. Et hanc opinionem tenuit in terminis in adultera Capell. Tholoſ. *deciſ.* 141. facit conſil. Bertran. 706. *nu.* 11. *& ſeq. lib.* 3.

2 In † contrarium tamen etiam habito reſpectu ad Ius ciuile tãtùm videbantur facere multæ leges, quæ maximè deteſtantur adulteria, & inualidant huiuſmodi legata, veluti, *text. in l.1. C. de naturalibus liber. l. ſi quis inceſti, C. de inceſt. nupt. l. his verbis, §. interdum, de hered. inſtituen. l. 1. C. de colluſ. detegen. l. 1. C. de mulier. quæ ſe propriis ſer. iunxer. l. Claudius, de his, quibus vt indign.*

3 Sed † poterant multæ ex his legibus euitari reſpondendo, quòd relicta nõ valebant in ſpeciebus harum legum, ex D eo quòd contractum fuerat matrimonium contra leges *C. de inceſt. nupt.* Ideò magis videbatur vigere doctrina Bald. *in l.1. num.4. C. de condict. ob turpem cauſ.* quam Doctores ſequuntur communiter *in l. fina. de actio. & oblig.* & inter alios Cuman. quòd aut turpitudo eſt ex latere dantis tantùm & non recipientis, vel ex vtraque parte,& tunc non valet, *ad l. mercalem, C. de condict. ob turpem cauſſam,* Lup. *in repet. rubricæ de donatio. inter virum & vxorem,* §. 39. Et clarum eſt, quòd in adulterio turpitudo eſt ex vtraque parte, cùm adulterium ſit legibus prohibitum, & ita tolluntur quæ ex aduerſo allegantur de concubina: cùm ibi non adſit turpitudo ex parte recipientis, cùm iure ciuili concubinatus ſit permiſſus.

4 Quidquid † tamen ſit de Iure ciuili, fuit per Dominos E vnanimiter concluſum, quòd de iure Canonico huiuſmodi donationes neque legata valent, cùm etiam inter perſonas minore odio dignas prohibentur, *cap. donare, cum ſeq. 86. diſtinct.* & in terminis videtur elegãs *conſil. Bal.* 447. *lib.* 5. quem ſequitur, licèt corruptè alleget eum Aym. *conſil.* 229. *lib.* 2. Et hæc opinio eſt honeſtior, & iuris Canonici grauitati & ſeueritati conuenientior: nec fuit habita ratio deciſionis Tholoſanæ, cùm nihil alleget quod ad rẽ faciat. Tamen cùm nõ conſtaret, an de tempore legati duraret huiuſmodi conſuetudo, quinimò prætenderetur ceſſaſſe per plures annos ante legatum factum, reſeruarunt Domini, vt videretur an hoc caſu valeret legatum propter doctrinam gloſſ. *in dicta lege miles ita, §. mulier, de milita. teſtam.* Capic. *deciſ.* 102. Guliel. Benedict. *in cap. Raynutius, in verbo, & vxorem nomine Adelaſiam, in diuiſ. 5. num.* 161. *num.* 9.

A

*ADDITIONES.*

a CONcubinæ. De legato ſeu donatione facta per militem, per Clericum, ſeu per alium, concubinæ, an & quando valeat, & quid ſi fuerit firmata iuramento, vel fuerit facta ob benemerita, & de materia vide Rolan. *conſil.* 98. *per totum, lib.* 1. Ioſeph. Ludou. *in commun opin. concluſ.* 25. *pariter per totam, lib.* 1. Aym. *conſil.* 229. Anchar. Regien. *quæſt.* 12. *par.* 2. *pariter per totam.*

*Fam. Gent. I. V. D. Galeſij.*

ILLVSTRISSIMI ET REVERENDISS.
Domini Seraphini Cardinalis.

*Romana vſurarum, Veneris 16. Decembris 1569.*

ARGVMENTVM.

An valeat pactum inter Hebræos, quòd debitor moroſus ſeu ſocius fœneratitij banchi ſoluat creditori aut conſocio ſeptem cum dimidio pro centenario.

*SVMMARIA.*

*Vſura eſt etiam inter Hebræos, ſoluere ſeptem cum dimidio pro centenario, ceſſante ratione lucri ceſſantis aut damni emergentis, num.* 1.

*Intereſſe ratione lucri ceſſantis aut damni emergentis poteſt peti & taxari per ſententiam Iudicis contra debitorem moroſum, ſecus ſi non eſt moroſus, num.* 2.

*Intereſſe propter tardatam ſolutionem à debitore pupilli, an & quando poſſit peti, taxari à partibus, vel declarari à iudice, numero* 3.

*Intereſſe lucri ceſſantis non poteſt peti, niſi concurrant requiſita, de quibus remiſſiuè, numero* 4. *& in additio. litera* [a], *vbi de materia.*

DECISIO V.

1 FVit † per DD. reſolutum, quòd aut petuntur iſta cum dimidio ratione vſurarum, aut ratione lucri ceſſantis, aut ratione damni emergentis: ſi ratione vſurarum, omnes fuerunt in voto quod peti non poſſint, neque iuxta præcepta diuina, neque ſecundùm auctoritates Rabinorum, qui volunt quòd in pecuniis pupillaribus neceſſaria ſit auctoritas iudicis.

2 Si verò † ratione lucri ceſſantis aut damni emergentis, maior pars erat, quòd poteſt peti iſtud intereſſe limitatum per ſententiam ad ſeptem cum dimidio. Quod tamen vnus ex Dominis intelligebat data mora; nam ſine mora ſecus; & ideò videndum eſſe, an ſententia comprehenderet omne tempus ſine diſtinctione, an verò reſpectu alicuius moræ.

3 Mouebantur † Domini ex eo quòd ſi iſti pupilli habuiſſent iſtas pecunias, potuiſſent ex eis lucrari parem & etiam maiorem ſummam, & contractus principaliter eſſet mutui: tamen habebat quãdam mixtionem cum ſocietate, propter locationem Banchi & facultatis fœnerandi, & conſtabat lucrum fuiſſe factum in genere, cùm Hebræi ſoleant mutuo dare ſub pignore, & ideò locum habuiſſe iudicis arbitrium maximè ita moderatum, & etiam de concordia partium fuerat lata ſententia, & de ea pluries tractatum in Rota proponente R.P.D. meo Gropperio, & videbatur iniquum nunc ab ea recedere.

4 Duo † tantùm ex Dominis contrarium tenebant: nam aliàs fuerat reſolutum coram bonæ memoriæ Cantucio, contractum eſſe illicitum, & ſi pupilli veniunt ratione lucri ceſſantis [a], non eſſe probata requiſita per Paulum de Caſtro, *l.* 3. *§.* nunc *de officio, ff. de eo quod cert. loc.* & in terminis fuit etiam deciſum in vna Romana vſuraria coram R. P. D. meo Caputaquen. 13. Aprilis 1557. Afflict. *deciſ.* 20. Mohed. 208.

*ADDITIO.*

LVcri ceſſantis. Lata & diffuſa eſt illa materia, an ſcilicet, quando & quomodo debeatur intereſſe lucri ceſſantis, in qua ſufficiat pro nunc, & pro illius reſolutione lectorem remittere ad Doctores omnes *in l.* 1. *C. de eo quod intereſt*, Iaſ. *in l.* 3. *§. fin. ff. de eo quod certo loco*, Felin. *in cap. cùm venerabilis, col.* 2. *extra de exceptionib.* vbi ponitur regula cum limitationibus, Dec. *in l. diem functo, num.* 8. *ff. de aſſeſſor.* Socin. *conſil.* 156. *col.* 2. *lib.* 2. Roman. *ſingul.* 637. Dec. *conſil.* 3. *colum.* 1. *& cõſil.* 116. *col. fin.* Aym. *conſil.* 320. *num.* 6. Nau. *conſil.* 370. *&* 450. *lib.* 2. Syluan. *conſil.* 10. *num.* 8. 18. 19. *&* 47. Diaz. *reg.* 350. Plot. *in l. ſi quando, num.* 468. *& ſeq. C. vnde vi, ſecundùm antiquam impreſſionem*, Couarru. *variar. reſolut. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 2. *verſic. primò deducitur.* Roland. *conſil.* 35. *lib.* 1. *& conſil.* 55. *num.* 9. *lib.* 2. Strac. *de mercatur. in tit. de contractibus mercator. nu.* 3. *& ſequentibus.* Put. *deciſ.* 237. *nu.* 1. *lib.* 1. Menoch. *de arbitrar. quæſtionib. lib.* 2. *caſu* 119. Maſcard. *de probationib. lib.* 2. *concluſ.* 933. a

B

*Famianus Centolinus I.V.D. Galeſij.*

ILLVSTRISSIMI ET REVERENDISS.
olim Cardinalis Lancellotti.

*Bononien. Bonorum de Scaranis Veneris 17. Martij 1572.*

ARGVMENTVM.

C

Spurius ſeu illegitimè natus, an dicatur turpis perſona, ad effectus, vt propter illius inſtitutionem à teſtatore factam, teſtatoris fratre præterito, teſtamentum dicatur inofficioſum.

*SVMMARIA.*

*Spurius, qui natus eſt ex matrimonio non legitimo, dicitur infamis infamia facti, num.* 1. *in princ. & in addit. lit.* [a], *vbi de materia.*

*Fratre inſtituente heredem aliquem ſpurium cum præteritione fratris ſui legitimi & naturalis, teſtamentum dicitur inofficioſum, num.* 1. *& per totam deciſionem, & in addit. lit.* [b], *vbi de materia.*

*Fratris teſtamentum, in quo inſtituitur expoſitus in hoſpitali, an dicatur inofficioſum ſtante Bulla Iulij II. num.* 1. *verſic. Secundò videatur.*

D

*Spurius natus ex legitimo matrimonio, dicitur affectus aliqua leui infamiæ nota, num.* 1. *in fin.*

DECISIO VI.

DVbium † fuit propoſitum, ſed Domini fuerunt varij: 1 ideò placuit, vt videretur primò de virtute opinionis Azonis *in ſumma, C. ex quibus cauſſ. alicui infamia irrogetur*, qui dicit, quòd is, qui eſt natus ex matrimonio non legitimo [a], dicitur infamis non infamia facti, & quòd querela priuat eum hereditate [b]. Secundò videatur, ſi Thomas, ex quo fuit expoſitus in dicto hoſpitali, & ſtante Bulla Iulij II. & quòd fuit in teſtamento Thomæ ſenioris inſtitutus ſub illis verbis, &c. & ſi talis turpis perſona, vt non ſit locus *l. fratres, C. de inoffic. teſtament.* Et die Lunæ 17. Iunij eiuſdem anni, licèt Domini inclinauerint, quòd opinio Azonis ſit vera, E ſaltem quoad inducendam leuem notam, voluerunt tamen, ob grauitatem materiæ, vt circumſcriptis aliis circunſtãtiis facti, de hoc particulariter dubitandum ſit.

*ADDITIONES.*

a NAtus ex matrimonio non legitimo. An ſpurij ſint infames, & qua infamia, an iuris vel facti, & quid ſi fuerint legitimati, vide pro & contra, & poſteà duobus modis diſtinguentem D. meum Farinac. *in ſua Pract. crim. part.* 1. *tit. de accuſat. quæſt.* 13. *nu.* 52. 70. *& ſeq.*

b *Hæreditate.* Fratris teſtamentum, an & quando rumpatur ob præteritionem fratris, ſi ſit inſtituta turpis perſona, &

generaliter

generaliter materia habetur per Bald & alios *in l. fratres, C. de inoffic. teſtam.* aliquid per Corſet. *in ſing. in verbo, heres,il 3.* Diaz. *reg.* 634. cum allegatis per eum, Clar. *in §. teſtamentum, quæſt. 50. & 52.* Qui etiam declarant, quæ dicantur turpes perſonæ, de quo etiam per Rolan. *conſil. 87. num. 13. & ſequentib. lib. 3.* Vbi de damnato ob aliquod delictum infamiam irrogans, & de concubina, Anchar. Regien. *quæſt. 60. num. 11. part. 2.* vbi declarat, an & quando meretrix ad iſtum effectum dicatur turpis perſona, *& num. 1.* vbi facit generalem concluſionem, quòd quælibet turpitudinis macula etiam leuis, facit iſto caſu reputare turpem perſonam, *& q. 11. num. 2. & ſeqq. part. 1.* vbi reſpondendo contrariis firmat in materia aliam generalem concluſionem, quòd ad remouendum fratrem à querela inofficioſi, ſufficit illum inſtituere in legitima, & ſi inſtituatur in minori portione, quàm ſit legitima, non poteſt petere, niſi ſupplementum legitimæ, vt ibi per eum.

Particulariter autem, an ſpurius iſto caſu dicatur turpis perſona, vide Roland. *d. concluſ. 87. lib. 3.* qui concludit, quòd non: quod & idem conſuluit Cephal. *conſil. 227. num. 5. & ſequentib.* Cuius contrarium videtur conſuluiſſe Pariſ. *conſ. 64. lib. 3.* & faciunt ſcripta per Ancharan. *d. quæſt. 60. num. 1. & ſequentib.* Vbi quòd fratri Sacerdoti non licet filium ſuum ſpurium inſtituere excluſo fratre, nec etiam filiam ſpuriam, quia dicuntur turpes perſonæ, ſed hoc limitat non procedere in ſpuria nupta viro legitimo & naturali, *vt ibi per eum, num. 4. & ſeqq.*

*Famianus Centolinus V. I. D. Galeſij.*

ILLVSTRISSIMI ET REVERENDISS. D. Seraphini Cardinalis. C

*Leodien. hereditatis Veneris 6. Martij* 1573.

ARGVMENTVM.

Concubinatus ex quibus actibus deducatur & probetur.

*SVMMARIA.*

*Concubinatus quando propriè dicatur, & quæ requirantur ad inducendum concubinatum, in addit. lit. a.*

*Concubinatus inducitur & probatur per ſuſceptionem liberorum, num. 1.* D

*Concubinatus probatur per reputationem & tractatum decentiorem, num. 1.*

*Concubinatus probatur ex eo quòd mulier differenter tractatur ab aliis ancillis, num. 1.*

*Concubina præſtat etiam ſeruitium lauandi pannos, num. 1.*

*Vxor quandoq; etiam præſtat viro ſeruitium lauandi pannos, nu. 1.*

*Confeſſio, quæ non eſt clara, non probat contra confitentem, num. 1. , verſ. Non obſtat confeſſio.*

*Concubina, quæ reuerà talis eſt, non deſiit eſſe concubina ex eo, quòd in teſtamento nominetur ancilla, & non concubina, num. 1. verſ. nec etiam.*

*Filij nati ex illicito coitu, an præſumantur nati ex ſtupro, num. 1. ad fin.*

*Filij nati ex publico concubinatu ſunt inſucceſſibiles, num. 1. in fin.* E

DECISIO VII.

Domini † dixerunt probari, quòd Auguſtinus retine-
1 bat Mariam potiùs pro concubina de facto, quàm pro
ancilla: nam ea quæ per teſtes probantur, nempe ſuſceptio
liberorum, reputatio, tractatus decentior, cura rei familiaris, differentia inter eam & alias ancillas, magis conue-
niunt concubinæ [a], quàm ſimplici ancillæ. Nec obſtant ali-
a qua miniſteria per eam præſtita, ſicut lauandi pannos, &c. quia etiam hæc plerunque ab vxoribus præſtari ſolent. Non obſtat confeſſio eiuſdem, quia non eſt clara, nec etiam nominatio, de qua in teſtamento, quia fuit pudoris potiùs cauſa, quàm quòd ita res ſe ſe haberet. Reſeruatur, an iſti ſuſcepti ex tali coitu à ſacris canonibus damnato teneantur docere ſe natos non fuiſſe ex ſtupro, vel aliàs propter publicitatem concubinatus ſint inſucceſſibiles, ex his quæ tradit Diaz. *in Pract. crimin. cap. 73. in verbo, concubinarij,* & Rebuff. *de concubin. public.* item & Dec. *in cap. Eccleſia ſancta Mariæ, de conſtitut. col. 3.*

*ADDITIO.*

*Concubinæ.* Clericus concubinarius quis propriè dicatur, & de requiſitis concubinatus ponit Diaz *in Pract. crimin. canon. in cap. 73. in verbo, concubinarij.* Quæ autem dicatur legitima cócubina, vide ſeptem requiſita per Rot. *diuerſor. deciſ. 254. num. 1. & 2. part. 2.* an & quando concubinatus crimen tranſeat in crimen ſtupri, vide eandem Rotam *deciſione 147. num. 4. part. 2.* a

*Famianus Centolinus V. I. D. Galeſij.*

ILLVSTRISSIMI ET REVERENDISS. Lancellotti olim Cardinalis.

*Neapolitana Matrimonij 10. Martij 1574.*

ARGVMENTVM.

Accuſator an & quando teneatur in accuſatione exprimere diem commiſſi delicti.

*SVMMARIA.*

*Accuſator regulariter non tenetur in accuſatione exprimere diem commiſſi criminis, num. 1.*

*Accuſator tenetur in accuſatione exprimere diem commiſſi criminis, quando pars hoc petit, num. 2. Declara procedere vbicumque conſtat facta dicta expreſſione reum habere paratam defenſionem; aliter ſecus, num. 3. & in addit. lit. a, vbi de materia.*

*Accuſator non tenetur in accuſatione exprimere diem, de quo non eſt certus, num. 4. & 5.*

*Accuſator non tenetur in accuſatione exprimere diem delicti clam commiſſi, num. 5.*

*Excipiens de delicto non tenetur in exceptione ponere die m criminis, de quo excipitur, num. 6.*

DECISIO VIII.

Fvit † concluſium, Octauium non teneri ad ſpecifican- 1
dum diem [a] commiſſi criminis per Beatricem, *per text. in* a
*l. libellorum. ff. de accuſat.*

Nec † obſtat, quòd ſit neceſſaria expreſſio, quādo id pars 2
petit, quia aliàs ei tolleretur defenſio, vt declarat ibi Bartolus *num. 12.* cum aliis allegatis, pro parte Beatricis.

Quoniam † reſpondetur id procedere, vbicumque con- 3
ſtat, reum habere paratam defenſionem facta dicta expoſitione, vt dicit Salicet. *in l. 1. num. 5. C. de accuſat.* cuius opinionem eſſe ſeruandam in Practica teſtatur Corſet. *in repert. ad Abbatem, verſic. accuſator,* quam defenſionem habere nunc Beatricem non conſtat.

Præſertim † cùm delictum non ſit perpetratum cum ipſo 4
Octauio, de quo ipſe poſſet tunc eſſe certus, ſed cum aliis, vt per Boſſ. *in tit. de inquiſit. num. 92. verſic. & ſi videret,* Clar. *in Pract. crimin. lib. 5. §. fin. quæſt. 12. verſic. dixi etiam.*

Nec † eſt etiam delictum, quòd ſoleat palàm fieri, ſed clā 5
& occultè, vnde non exprimitur dies, Bald. *in cap. 1. num. 20. in fin. quibus modis feudum amittatur,* Auguſtin. *in 1. addit. ad Angel. de malefic. in verbo, de præſenti anno.*

Præterea † Domini dixerunt, nos non eſſe in propriis ter- 6
minis accuſationis, nec in materia obiectiua, ſed in probatione exceptionis, quam opponit Octauius contra Beatricem aſſerentem illum eſſe ſuum maritum, & Octauius allegando libertatem excipit contra ipſam; præterea hæc exceptio non oritur ex facto ſuo, ſed Beatricis, iuxta tradita, per Caſſad. *in deciſ. 2. de except.*

*ADDITIO.*

*Ad ſpecificandum diem.* De hac materia, an ſcilicet & quādo in accuſatione vel inquiſitione facienda ſit expreſſio loci, temporis, menſis ſeu diei commiſſi criminis, vide omninò Domin. meum Farinacium *in ſua Pract. crimin. part. 1. tit. de inquiſit. quæſt. 1. num. 12. & pluribus ſeqq.*

*Famianus Centolinus V. I. D. Galeſij.*

ILLVSTRISSIMI ET REVERENDISS. D. Lancellotti olim Cardinalis.

*Biſignanen. Penſionis Lunæ 17. Maij 1575.*

ARGVMENTVM.

Simonia eſt crimen occultum & difficilis probationis: ideò probatur præſumptionibus & coniecturis, & quibus.

*SVMMARIA.*

*Penſio impoſita ſuper beneficio, cuius reſignatio ſit ſimoniaca, nulla eſt, num. 1.*
*Simonia probatur per famam, num. 1.*
*Simonia probatur per confeſſionem reſignantis & reſignatarij, qui ſimoniam commiſerunt, num. 2.*
*Simonia ſolet occultè committi; ideò leuiores admittit probationes, num. 3. Vbi etiam, quòd ſufficiunt præſumptiones, & in addit. lit. a, vbi de materia.*
*Simonia quando ciuiliter agitur, probatur ex confeſſione extraiudiciali, num. 4.*
*Confeſſio extraiudicialis an probetur in foro Canonico & Eccleſiaſtico, num. 4. & in addit. lit. b.*
*Teſtes ſingulares non probant confeſſionem extraiudicialem, numero 5.*
*Teſtes non præſumuntur ſingulares, ſed conteſtes, num. 5.*
*Teſtes ſingulares probant concurrentibus adminiculis, num. 6.*
*Simonia operatur, vt non cenſeatur abdicatum ius à reſignante, num. 7.*
*Reſignatarius non poteſt conſentire penſioni impoſitæ ſuper beneficio ſimoniaco, etiam quòd ſimoniam ignorauerit, num. 7.*

DECISIO IX.

1 COncluſum † pro nullitate penſionis; quia reſignatio beneficiorum, ſuper quibus fuit impoſita penſio, eſt ſimoniaca. Primò enim probatur ſimonia ex fama ante dictam reſignationem per primum teſtem ſuper tertium, & per tertium iuxta nonum, & per quintum iuxta duodecimum.

2 Probatur † etiam dicta ſimonia ex confeſſione Ioannis Aloyſij, qui eam commiſit ante dictam reſignationem, vt probat ſextus ſuper tertio, & quintus iuxta nonum: item D probatur ex confeſſione ipſius Ioannis Bernardini, vt depoſuit primus ſuper quinto, & tertius iuxta nonum.

3 Et † quia ſimonia ſolet occultè committi, leuiores probationes admittuntur, *cap. 1. de teſt. in 6. Aym. conſil. 122. nu. 8.*
a & propterea ſufficiunt, ſigna [a], *cap. ſicut ſimonia, de ſimon.* & ibi notat, Abb. *num. 4.* dicit, quòd in illius odium ſufficiunt præſumptiones.

4 Et † propterea confeſſio extraiudicialis ſufficit ad illius probationem, cùm agatur ciuiliter, Felin. *in cap. cum olim, n. 5.*
b *de reſcript.* præſertim in foro Eccleſiaſtico [b], Socin. iun. *conſil. 32. num. 18. vol. 2.*

5 Nec † obſtat, quòd confeſſio probatur per teſtes ſingulares, quia reſpondetur, quòd teſtes hîc non probantur ſingulares: ideò præſumuntur conteſtes, Alexan. *conſil. 115. nu. 1. vol. 2.*

6 Vltra † quòd admittuntur, quando concurrunt adminicula, Gabr. *de teſt. concluſ. 2. in fin.* prout hîc concurrit fama, confeſſio Ioannis Bernardini, ſuſpenſio eiuſdem facta ab ordinario.

7 Et † ſtante dicta ſimonia, non fuit abdicatum ius à reſignante, Sarnent. *in reg. de triennal. quæſt. 12. num. 9.* Propterea reſignatarius non potuit conſentire penſioni, etiamſi ignorauerit ſimoniam, Caſſad. *deciſ. 3. in fin. de ſequeſtr. poſſ.* Capell. Toloſ. *quæſt. 438. in addit.* cum aliis, de quibus hîc per informantes.

*ADDITIONES.*

a *SVfficiunt ſigna.* Agebatur in hac cauſa ad inualidandam penſionem nulliter impoſitam ſuper beneficio, cuius reſignatio erat ſimoniaca; ideò non eſt mirum, ſi Rota voluit
A iſto caſu ſimoniam cenſeri probatam ex præſumptionibus in hac deciſione enumeratis. Si enim fuiſſet actum ad priuationem beneficij, & tunc Rota tenere ſolet non præſumptiuam, ſed concludentem probationem requiri; prout colligitur ex pluribus deciſionibus eiuſdem Rotæ recollectis in hoc volumine per Dominum meum Farinacium. Et cum iſta diſtinctione aliàs cogitabam poſſe concordari contrarias opiniones Doctorum, quorum plerique voluerunt ſimoniam præſumptionibus & coniecturis probari. Aliqui verò, niſi concludenter probari poſſe, affirmarunt, vt ſcilicet prima opinio procedat, quando non agitur ad priuationem beneficij: ſecunda autem, quando ſic ad priuationem beneficij agitur.

Poſſent etiam prædictæ opiniones ex mente eiuſdem Rotæ conciliari, vt ſcilicet ſimonia probetur indiciis, coniecturis & præſumptionibus, dummodo ſint perſpicuæ, euidentes & manifeſtæ. Sic & econtrà ſimonia debeat concludenter probari, & quòd ſatis concludenter dicatur probata, ſi illa probetur ex dictis perſpicuis & euidentibus coniecturis & præſumptionibus, aliàs ſecus: ex communi illa Doctorum concluſione; Quòd in delictis occultis & difficilis probationis, quamuis præſumptiua probatio habeatur pro plena & concludenti probatione, ad tradita per Bald. *in l. quicunque, n. 25. C. de ſeru. fugitiu.* Alexand. *conſil. 69. nu. 1. & ſequentib. lib. 2.* Aym. *conſil. 73. num. 19. & ſeq.* Marſil. *conſil. 44. num. 8. & ſequentib.* Grammatic. *conſil. 22. nu. 15. & ſeq.* Nouell. *reg. 160. in 3. fallent.* Herculan. *in tractat. de negatiu. n. 309. & 317.* deciſ. Pedemont. 72. *num.* 1. cum aliis per Maſcard. *de probationib. lib. 1. concluſ. 496. n. 4. & concluſ. 459. nu. 16. & concluſ. 461. n. 10. verſic. limita concluſionem, & lib. 2. concluſ. 830. num. 4. & num. 7. & lib. 3. concluſ. 1386. num. 4. & ſeq.*

Hoc tamen procedit, quando præſumptiones & indicia ſunt euidentia & indubitata, aliàs ſecus; ſicut miniſtraliter docuit D. meus Farinacius *in ſua Pract. crim. part. 2. tit. de reo confeſſ. & conuict. quæſt. 86. num. 33. iuncto num. 55.*

*In foro Eccleſiaſtico.* Quòd confeſſio extraiudicialis probet b de iure Canonico & de illius æquitate, voluerunt Aret. & alij relati per Marant. *in Pract. par. 4. diſtinct. 9. nu. 49. & part. 6. in 5. actu, num. 19* & per Gabriel. *in tit. de confeſſ. concluſ. 1 nu. 4. & 47. in fin.* vbi etiam teſtatur de * communi, Marſil. *in rubr. de probationib. num. 92.* Villalob. *in communi opin. litera C, num. 133. & 134.* vbi ex hoc infert, quòd in terris Eccleſiæ confeſſio extraiudicialis plenè probat, & ibi pariter teſtatur de * communi de qua etiam per Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Peruſin. 9. num. 6.* & per Maſcard. *de probationib. concluſ. 347. num. 57. & ſeq. lib. 1.* vbi de magis * communi, etiam quòd confitentes eſſent laici, *& ibi nu. 59. & nu. 96.* vbi multò magis in confeſſione facta in foro pœnitentiali.

Quamuis contrarium tenuerit Alexand. relatus per Villalob. *d. litera C, eodem num. 134.* & per Gabriel. *in tit. de confeſſ. concluſ. 1. num. 47.* & per Maſcard. *d. concluſ. 347. num. 57. verſic. ſed conſuluit*, & per Herculan. *de negatiu. num. 198. in fin.* vbi pariter pro hac contraria opinione videtur teſtari de magis * communi: niſi eſſemus in ſpiritualibus, in quibus ſine dubio extraiudicialis confeſſio plenè probabit, vt per eum, & per Gabriel. *dicta concluſ. 1. nu. 63.* & per Maſcard. *dicta concluſ. 347. num. 13. concluſ. 550. num. 28. & ſeq.* apud quos plures alios reperies antiquiores idem tenentes.

E *Famianus Centolinus V. I. D. Galeſij.*

ILLVSTRISSIMI ET REVERENDISS. D. Blanchetti Cardinalis.

*Panormitana ſeu Agrigentina reſciſſionis contractus, die 13. Iunij 1575.*

ARGVMENTVM.

De cenſibus illicitis contra formam iuris & Bullæ Pij V. ac aliarum conſtitutionum creatis, quomodo & quando ſuſtineantur, & de materia.

## SVMMARIA.

*Cenſus conſtitutus ſuper certa re, præſumitur licitus, non autem illicitus, num. 4.*

*Contractus omnis præſumitur iuſtus & legitimus potiùs, quàm econtra, num. 4.*

*Vſura non præſumitur committi à muliere nobili, num. 5. & in addit. lit. , vbi de materia.*

*Cenſus quamuis contineat pacta contra formam Bullæ Pij V. ſuſtinetur ex parte, proteſtatione facta in inſtrumento, quòd non intendunt emere aut vendere contra formam dictæ Bullæ, nu. 5. 9. & 13.*

*Clauſula,* non aliàs, aliter, nec alio modo, *arguit præciſam contrahentium mentem, num. 5.*

*Pactum de retrouendendo in cenſu non collatum in liberam voluntatem vendentis, ſed limitatum ad certum tempus, vltra quòd cenſus ipſe redimi non poſſit, dicitur illicitum, num. 6.*

*Pactum in inſtrumento cenſus, quòd emptor non teneatur ad remiſſionem, niſi damnum & deterioratio aſcendat ad quartam partem, eſt illicitum, num. 6.*

*Pacta illicita & iniuſta in contractu cenſus non inualidant ipſum cenſum in reliquis, num. 6. verſ. nihilominus.*

*Concedere qui voluit plus, præſumitur etiam voluiſſe concedere minus, num. 6. verſ. ita quòd.*

*Vtile per inutile non vitiatur, quando ſumus in ſeparabilibus & diuiduis, num. 6. verſic. Vnde quod, & in addit. lit. b, vbi de materia.*

*Cenſus ad rationem decem pro centenario, ſuſtinetur ex conſuetudine loci ſic contrahendi ad iſtam rationem, num. 7.*

*Conſuetudo facit licitum contractum, aliàs de iure illicitum, nu. 7. & in addit. lit. c, vbi de materia.*

*Cenſus dicitur fœneratitius, quando pecunia non fuit exburſata, vel exburſata & ſtatim reſtituta, vel etiam ſi partim fuit data pecunia, & partim gemmæ, num. 8. declara, vt num. 10.*

*Teſtes reprobantes inſtrumentum, debere eſſe omni exceptione maiores, nu. 8. & in addit. lit. d, vbi de materia.*

*Fideiuſſor repellitur à teſtimonio, aut ſaltem ei non creditur iudicis arbitrio, nu. 8 in fin. & in addit. litera e, vbi de materia.*

*Cenſus non dicitur illicitus, etiam quòd fuerit impoſitus ſuper omnibus bonis venditoris, & quomodo hoc intelligatur, num. 1. 14. & 18.*

*Annui reditus emptio eſt licita, dummodò non reſoluatur in mutuum, num. 1.*

*Annua præſtatio ſuper reditibus communitatis emi poteſt, ſub numero 1.*

*Pactum quòd emptor cenſus poſt illius retrouenditionem poſſit ſtare per aliquot menſes in re cenſuali non eſt illicitum, num. 2.*

*Pactum de retrouendendo cum modicitate pretij in contractu cenſus, quando illum faciat illicitum, num. 3.*

*Cenſus an ſit illicitus, valdè conſiderandum eſt, an emptor illius vſus fuerit pactis in eo contentis, num. 9. in fin.*

*Cenſus dicitur licitus, etiam quòd pecunia non fuerit exburſata, ſi illius loco fuit data ſchedula bancaria, nu. 10. & 17.*

*Schedula bancaria habet vim ſolutionis, num. 10.*

*Forma inducta ad obuiandum fraudibus poteſt adimpleri per æquipollens, num. 10.*

*Promiſſio campſoris de ſoluendo ſchedulam creditori, habet vim ſolutionis, num. 11.*

*Libri mercatorum probant etiam inter tertios, ſi fuerint adminiculati, num. 11.*

Statim, *dictio, intelligitur cum aliquo temporis interuallo, & ſecundùm ſubiectam materiam, & quandoque etiam verificatur in terminum duorum menſium, num. 12.*

*Cenſus creati ante conſtitutionem Pij V. non requirebant effectualem pecuniæ exburſationem, nu. 15. & ſeq.*

*Cenſus creati ante Bullam Pij V. non annullantur per dictam Bullam, nu. 15.*

*Legis naturæ eſt, reſpicere negotia futura, non autem præterita, nu. 15. in fin. & ibi in addit. lit. f, vbi de materia.*

*Cenſus ante conſtitutionem Pij V. potuerant creari ex pecunia antea debita emptori per venditorem, num. 16.*

*Cenſus etiam ſine exburſatione pecuniæ ſuſtinetur, quando reuerà conſtat, pretium ad manus venditoris perueniſſe, numero 17.*

*Cenſus impoſitus ſuper fundo non capaci, adhuc ſuſtinetur, quando fuit generaliter impoſitus ſuper omnibus bonis, num. 18.*

## DECISIO X.

A
DVbitaui † 13. Iunij 1575. in vna Panormitana ſeu Agrigentina reſciſſionis contractus, *An ex conſtitutione cenſus ſuper omnibus bonis, & ex pacto de retrouendendo, & ex conuentione, quòd poſt reluitionem cenſus emptor poſſit remanere in caſtro per ſex menſes, contractus efficeretur illicitus ſeu vſurarius?* Et fuit reſolutum ex impoſitione cenſus ſuper omnibus bonis, contractum non poſſe dici illicitum; permittitur enim emptio annui reditus, dummodò contractus non reſoluatur in mutuum, Sylueſt. *in verb. vſura, 2. nu.* 12. Abb. *in cap. in ciuitate, num. 7. de vſur.* & ibi Anan. *num. 15.* vbi vult, quòd poſſet emi annua præſtatio ſuper reditibus alterius communitatis, Aret. *conſil. 151. nu. 26. verſic. ſecus ſi annua præſtatio*, & Bullæ Calixti & Martini permittunt in iſto caſu 1
B obligari etiam hereditatem, quæ eſt ius vniuerſale, quod eo magis videtur dicendum in hoc caſu, in quo obligatio omnium bonorum accedit pro ſecuritate obligationis particularis caſtri Ricchelmuti, prout expreſsè legitur in inſtrumento.

Idem † etiam dixerunt Domini, quoad pactum quòd emptor poſt reluitionem cenſus ſuper caſtro impoſiti deberet remanere in caſtro per ſex menſes: nam expreſsè dicitur, ex qua cauſſa debeat remanere, videlicet vt commodiùs poſſit mobilia tranſportare: nec dicitur, quòd eo tempore Franciſcus debeat frui fructibus caſtri. 2

Quo † verò ad tertium pactum ad retrouendendo, Domini dixerunt videndum, an ſtantibus illis pactis reſpicientibus fauorem D. Franciſci, reſultet talis modicitas pretij, 3
C quòd iuncta cum pacto de retrouendendo, efficiat contractum vſurarium.

Et † in alia coram Orano in vna Foroliuienſi cenſus 13. Nouembris 1589. fuit concluſum, ſententiam Auditoris Cameræ annullantem annuum cenſum, de quo eſt quæſtio, tãquàm fœneratitium, reuocandam eſſe: cùm enim fuerit ſuper re certa conſtitutus, & de eo confectum publicum inſtrumentum, præſumptionem pro ſe habet, vt ſit factum de contractu licito, Cæpol. *de ſimulat. contract. præſumpt. 26. n. 85.* & regula eſt; Vt omnis contractus præſumatur iuſtus & legitimus, Bald. *in l. rogaſti, §. ſi tibi, num.* 19. *ff. ſi certum petat.* Alexand. *conſil. 200. num. 4. lib. 2.* Socin. iun. *conſil. 83. num. 3. lib. 2. cum ſimilib.* 4

Tantò † autem magis, quia celebratus cum muliere nobili a, in qua difficiliùs cadit præſumptio vſuræ, Tiraq. *de retract. conuent. in præfat. nu.* 34. Couar. *variar. reſol. cap. 8. num. 3.* 5 a
D præſertim cùm in ipſo actu proteſtata fuerit ſe velle emere ſeruata diſpoſitione Bullarum, ſuper cenſibus editarum Summorum Pontificum; ſignanter autem conſtitutionis Pij V. cum clauſula, *non aliàs aliter, nec alio modo*, ex qua arguitur præuiſa ipſius intentio, *l. non aliter, de legat. 3. l. qui heredi, §. fin. ff. de condit. & demonſtr.*

Licèt † autem in illo legatur duplex appoſitum pactum, dicta conſtitutione damnatum: vnum ſcilicet de retrouendendo, quod aliter non eſt collatum in liberam & abſolutam voluntatem vendentis, ſed eſt limitatum, vt poſſit redimere tantùm infra decem annos & duos menſes: Alterum, per quod ad remiſſionem cenſus non vult teneri, niſi damnum & deterioratio, occaſione cuius remiſſio petitur, aſcẽdat ad quartam partem: nihilominùs propterea concludendum eſt, contractum non eſſe vſurarium, ſed debent tan- 6
E quàm vitioſa pro non appoſitis haberi, *l. cùm precariò, ff. de precar.* Nam illis non obſtantibus adeſt voluntas diſponentis in principali actu: ita quòd qui ampliùs concedere voluit, vtique & quod minus eſt, voluiſſe dicatur. Vnde quod plus eſt, additum ſecundùm intentionem diſponentis, ſeparabile eſt, adeóque non vitiatur vtile per inutile b, ſed tantùm inutiliter adiectum vitiatur, *l. 1. §. ſed mihi, ff. de verb. obligat.* Hoc autem comprobat clauſula dictæ conſtitutionis, *Non obſtantibus quibuſcunque directè vel indirectè ipſi conſtitutioni aduerſantibus.* Ex qua expreſsè colligitur, intentionem Papæ fuiſſe, infirmare actus in contrarium, Angel. *in l. quod autem, num. 2. ff. ſi quis omiſſa cauſſ. teſtam.* b

Nec † dici poteſt vſurarius ſub prætextu, quòd fuerit cõſtitutus ad rationem decem pro centenario. Nam quicquid ſit de iure, de quo per Tiraquell. *de retract. conſanguin. §. 1. gloſſ. 6. num. 16. & ſeq.* iſte cenſus fuit venditus ſecundùm vſum & obſeruationem 7

obſeruationem prouinciæ Romandiolæ, vbi prædia, ſuper A
quibus cenſus eſt impoſitus, ſunt ſita, in qua quidem prouin-
cia ſolent vendi & conſtitui cenſus ad rationem decem pro
centenario. Certum eſt autem, quòd ſtante huiuſmodi con-
ſuetudine, ceſſat omnis ſuſpicio vſuræ, & ex conſuetudi-
c ne [c] iudicari debet contractus licitus, *l. quid ſit fugitiuus*, §. *i-
tem apud Labeonem*, vbi Bart. *ff. de ædilit. edict. l. quid ergo*, §. 1. *in
verſic. cum vſuris*, *& iis, quæ in regione obſeruantur*, *ff. de con-
tract. & vtil. auct. tut. l. tutor, qui repertorium*, §. *ſed ſi negauit*, *ff. de
administr. tutor.* Socin. ſen. *conſil.* 83. *num.* 21. *libro* 2. Dec. *in l.* 2.
*num.* 17. *C. de eden. cum ſimilib.* & probant extrauagantes Mar-
tini & Calixti *ſub tit. de empt. & vendit. in extrauagantib. com-
munibus.*

8 Minùs † habita fuit ratio teſtium deponentium in huiuſ-
modi creatione cenſus pecunias nec fuiſſe ſolutas, ex quo
reſtitutæ fuerint in continenti, nec penes venditorem cen- B
ſus remanſerunt, neque etiam pretium integrum fuiſſe in pe-
cunia numerata, ſed partim in gemmis, quæ contrariantur
formæ præſcriptæ, in conſtitutione Pij V. Quia Domini re-
ſponderunt iſtis teſtibus nullam adhibendam fidem: ex quo
enim ad impugnandum publicum inſtrumentum fuerunt
d inducti, neceſſum eſt, quòd ſint omni exceptione maiores [d],
Bero. *conſil.* 147. *num.* 36. *& ſeq. vol.* 2. Tantùm autem abeſt, vt
ſint tales, vt etiam omninò veniant repellendi, cùm duo ſint
e fideiuſſores [e], qui regulariter repelluntur, aut ſaltem ſecun-
dùm Ang. *conſ.* 295. arbitrio iudicis remittitur: tertius autem
multas exceptiones notabiles patitur, de quibus hîc per in-
formantes; ex quibus & aliis & deductis fuit reſolutum, ſen-
tentiam reuocandam.

9 Et † rurſus in eadem materia coram Illuſtriſſimo & Re-
uerendiſſimo Domino Cardinali Pamphilio in vna Bene- C
uentana cenſus 29. Maij 1593. dixerunt Domini, ſententiam
Auditoris Cameræ ſuper inualiditate cenſus non ſuſtineri:
validitas enim ipſius cenſus, videlicet quòd in inſtrumen-
to adeſſent aliqua pacta repugnantia conſtitutioni felic. re-
cordat. Pij V. videbatur Dominis ſatis reſeruata in declara-
tione & proteſtatione per contrahentes in principio, medio
& fine contractus facta, quod inſtrumentum intelligatur
initum, factum & ſtipulatum iuxta formam prædictæ con-
ſtitutionis, ita quòd ſi in eo aliquid contra dictam formam
eſſet appoſitum, illud habeatur pro non appoſito, ſcripto
& ſtipulato, ſed reducatur, & reductum cenſeatur iuxta il-
lius tenorem; cùm illorum intentio fuerit & ſit ſecundùm
formam dictæ Bullæ contrahere, *& non aliàs, aliter nec alio
modo.* Iſta enim proteſtatio cùm ſit facta in ipſo contractu
ad limitandum illius obligationem, & illi ambæ partes con-
ſenſerint, conſeruat ius proteſtantis & validitatem contra-
ctus, perinde ac ſi fuiſſet celebratus ſine illis pactis, & in o- D
mnibus & per omnia iuxta formam & tenorem prædictæ
conſtitutionis, ad notata per Bart. *in l. non ſolum*, §. *morte*, *num.*
24. *Alexand. num.* 13. *cum ſeq.* & alios, *ff. de noui operis nunciat.*
Abb. *in c. cum M. Ferrarienſis, ſub num.* 15. *de conſtitut.* Alexand.
*conſil.* 27. *num.* 12. *lib.* 3. Put. *deciſ.* 32. *num.* 3. *lib.* 2. Et in termino
huius proteſtationis in inſtrumento cenſus tradit Hieron.
Gabriel. *conſil.* 47. *num.* 7. *lib.* 2. & tenuit Rota hanc proteſta-
tionem referri etiam ad pacta expreſſa in cauſſa Foroliuien.
cenſus coram D. meo Orano ſub die 13. Nouembris 1589.
maximè, quòd non conſtat, quòd emptor, qui produxit in-
ſtrumentum pro conſequendis tantummodò fructibus, vſus
vnquàm fuerit aliquo ex prædictis pactis, quæ prætendun-
tur illicita.

10 Non † obſtat, quòd proteſtatio non poſſit ſupplere rea-
lem numerationem pecuniarum, quam conſtitutio in ipſo
actu celebrationis inſtrumenti coram Notario & teſtibus E
requirit, quia per dationem ſchedulæ Bancariæ, quæ habet
vim ſolutionis, *Bart. in l. ſi ſolutarum*, *ff. de ſolutionib.* Put. *deciſ.*
186. *libro* 1. videtur ſatisfactum huic formæ inductæ ad eui-
tandum fraudem & ſimulatas ſolutiones, ad notata per Dec.
*in l. ſi mater, ſub num.* 4. *C. de inſtit. & ſubſtit.* Caſſan. *deciſ.* 2. *de
Iudæis*, latè Brun. *de forma & obſerua. form. in* 1. *fallent.* maximè
cùm pretium prædictum eſſet conuertendum cum extin-
ctione aliorum cenſuum, quod cum eodem temporis mo-
mento fieri non poſſet, valdè expediebat emptori, vt ſolutio
fieret per ſchedulam, ne interim pecuniæ conuerterentur in
aliam cauſſam, ad not. *in authent. hoc ius porrectum*, *C. de ſacro
ſanct. Eccleſ.*

A Et † ceſſat difficultas, quia iſte defectus fuit ſanatus per 11
ſpecialem commiſſionem S. D. N. quæ licèt habeat clauſu-
lam *Conſtito*, quòd ſtatim poſt celebrationem venditionis
cenſus fuerit ipſis Dominis de Cariſſimis ſolutum pretium,
vigore ſchedulæ datæ inſtrumento: illa tamen eſt ſatis iu-
ſtificata ex libris illorum de Citarella mercatorum, qui
pro emptione cenſus conſtituerunt illos debitores in ſum-
ma ſcutorum quatuor millium pro pretio prædictæ vendi-
tionis, quæ promiſſio habet vim ſolutionis, vt poſt Bart. *in
l. ſingularia*, *ff. ſi certum petet.* tradit Afflict. *deciſ.* 353. *in fin.* & a-
deſt deciſio Iaunenſ. 4. *num.* 9. *& ſeq.* Præſertim, quia illa ea-
dem ſumma fuit poſteà à prædictis mercatoribus ſoluta, il-
liſmet creditoribus D.D. de Cariſſimis, quibus vigore præ-
dicti inſtrumenti erat ſoluenda, vt patet ex eiſdem libris, qui
cùm ſint adminiculati ex ipſo inſtrumento venditionis &
B ſchedula, probant etiam inter tertio, Bart. & alij *in l. admo-
nendi*, *ff. de iureiurand.* Guid. Pap. *deciſ.* 441. Aym. 275. *num.* 8.
maximè in libris mercatorum ciuitatis Neapolis, per ea, quæ
aliàs deducta fuêre de anno 1578. coram bon. memor. D. Bu-
balo in cauſſa Neapolitana pecuniaria, & faciunt notata per
Iaſ. *in l. admonendi, ſub num.* 120. cum aliis poſt Roland. *conſ.* 92.
*num.* 5. *lib.* 3.

Neque † obſtat, quòd iſta ſolutio facta fuerit poſt qua- 12
tuor dies à celebratione inſtrumenti, quia non ideò minùs
dicitur facta ſtatim, vt loquitur commiſſio, cùm hæc dictio,
*ſtatim*, intelligatur cum aliquo temporis interuallo, *l. quod di-
cimus*, *& ibi gloſſ. ff. de ſolut.* adeò vt ſecundùm ſubiectam ma-
teriam aliquando verificetur in ſpatio duorum menſium, vt
latè per Alber. *in ſuo dictionar. in verbo, ſtatim*, Tiraq. *in l.
ſi vnquàm, verſicul. reuertatur, ſub n.* 119. *C. de reuocan. donat.*

C Neque † obſtat, quòd in prædicta commiſſione non fue- 13
rint narrata alia pacta, quia de illis non erat habenda men-
tio, cùm ex ſpeciali partium conuentione illa habeantur pro
non appoſitis, quatenus Bullæ ſuper forma creandi cenſus
contraria eſſent, vt ſuprà dictum fuit.

Nec † obſtat, quòd cenſus in defectum aliorum bonorũ 14
fuerit generaliter impoſitus omnibus bonis: quia non ideò
redditur nullus, cùm fuerit impoſitus ſuper certis rebus, li-
cèt pro illius ſecuritate in defectum illorum fuerit etiam
impoſitus ſuper aliis bonis: & aliàs in fortioribus terminis
fuit reſolutum in cauſſa Panormitana ſeu Agrigentina re-
ſciſſionis contractus ſub die 13. Iunij 1575. coram Illuſtriſſi-
mo & Reuerendiſſimo D. Cardinalis Blanchetto, & ex his
Domini reſoluerunt, cenſum ſuſtineri, & ſententiam Audi-
toris Cameræ eſſe reuocandam.

## ALIA DECISIO.

D Et demùm coram Litta in vna Eugubina cenſus Lunæ
10. Feb. 1597. fuit propoſita hæc facti ſpecies de anno 1564.
Euangeliſta Lames & Bernardinus Gorantes mercatores
Eugubij, aſſerentes ſe Dominos cum iuramento duorum
prædiorum in territorio Eugubij exſiſtentium, impoſuerunt
ſpecialiter ſuper illis hypothecando & ſupponendo genera-
liter omnia alia eorum bona cenſum ſcut. 135. ad fauorem
Bernardini Raynerij pretio ſcut. 1500. quæ ſcut. 1500. tunc
non fuerunt exburſata venditoribus, ſed verè ipſi alia ex
cauſſa erant debitores emptoris dictæ ſummæ; huius cenſus
fructus per plures annos fuerunt ſoluti ſine aliqua contro-
uerſia: mox Bernardino emptore cenſus defuncto, denegata
fuit ſolutio heredi, vnde introducto iudicio inter heredem
emptoris & heredem venditorum, dantes de nullitate d. cẽ-
ſus; tum quia non interuenerit in eius creatione pecunia nu-
E merata; tum etiam quia dicta duo prædia, ſuper quib. ſpecia-
liter impoſitus fuit cenſus, non erant capacia cenſus tantæ
ſummæ, iudices de partibus per duas ſententias declararunt,
dictum cenſum fuiſſe nullum, & fructus ex eo perceptos, nõ
ſecus ac ex illicito cõtractu perceptos, vltra ſummam quin-
que pro centenario dicti capitalis ſcut. 1500. eſſe imputãdos
in extenuationem ſortis principalis. At tandem introducta
cauſſa in Rota coram me, dubitaui, *an ſtante inſtrumento
cenſus, & aliis, de quibus in actis, ſententiæ de partibus ſint iuſtæ?*

Et † Domini vnanimiter pronegatiua reſoluerunt mo-
ti, quia cùm cenſus iſte fuerit creatus ante conſtitutum Pij 15
V. non potuit iudicari nullus ex eo quòd in actu impoſitio-
nis cenſus, pecunia numerata non interuenerit, cum de iure
commu

communi debitum ex vna cauſſa non ſit prohibitum ex conſenſu partium conuerti in debitum ex alia cauſſa, & ſic ex cauſſa cenſus, *l. ſingularia,ff.ſi cert.pet.l.3.§ fin. ff.de donat. inter vir.& vx.l.ſi ei nuptura,& l.ſi.ſponſalibus,§.1.ff.de iur.dot.* Nec conſtitutio Pij V. annullat cenſus aliter anteà factos, vt ex lectura eius conſtat, & ex eo comprobatur, quòd proprium legis eſt reſpicere negotia futura,& non præteri-
f ta[t], *l.leges & conſtitutiones,C.de legib.*

16 Et † quòd cenſus ante conſtitutionem Pij V.potuerit validè creari de pecunia ante debita emptori per venditorem, Nauar.*conſil. 1. num. 1. tit.de empt.& vendit.* Surd.*conſil. 162. num.30.lib.2.*

17 Imò † etiam poſt conſtitutionem Pij V. non videtur improbata conſtitutio cenſus, & ſi in ipſo actu non interueniat pecunia numerata, dummodò reuerà conſtet ad manus venditoris perueniſſe pretium ipſius cenſus, vt aliàs in ſignat. Sanctiſ. per Gregorium X I I I. felic. recordat. fuiſſe declaratum, dixerunt Domini in vna Beneuentana cenſus coram R. P. D. Pamphilio, dum tenuerunt pro validitate cenſus, licèt in actu illius conſtitutionis non interueniſſet pecuniæ numeratio, ſed ſola ſchedula Bancaria.

18 Sicut † nec ex eo potuit iudicari nullus cenſus iſte,quod prædia illa duo,ſuper quibus ſpecialiter fuit impoſitus, non eſſet tanti reditus, quòd ſufficerent pro ſoluendis fructibus ipſius cenſus, ſtante quòd fuit etiam impoſitus ſuper omnibus aliis bonis ipſorum venditorum, quòd bene ante conſtitutionem Pij V. fieri potuit, vt expreſsè probatur in conſtitutione Calixti III.*tit.de empt.& vend.in extrauag.*ibi.*ſuper eorum bonis,domibus.agris, prædiis, poſſeſſionibus & hæreditatibus,&c.* & tenet Socin.*lib.6.ff.de iuſt.& iur.quæſt.78.& art.4. tit.de cenſib.* & fuit reſolutum in illa Panormitana ſeu Agrigentina reſciſſionis contractus 13.Ianuarij 1575.coram Illuſtriſſimo Blanchetto.

## *ADDITIONES.*

a *MVliere nobili.* Contrarium conſuluiſſe videtur Alexád. *in conſil.54.lib.6.*volens, ſexus mulieris qualitatem nó excuſare à præſumpta vſura: ſed tu pro concordia potes dicere, primam opinionem eſſe declarandam, vt non procedat in muliere ſagaci,& quoad reſciſſionem contractus cùm reſtitutione vſurarum,prout(ni fallor) ſic videtur de mente Nat. *in conſ.497. num.7. & ſeq.lib.3.* & expreſsè voluit Ioan. Bapt.Lup.*de vſur.comment.2.§.1.num.4.& 5.*ſubdens ampliùs iudicis arbitrio remiſſum,an præſumatur mulierem ſic contraxiſſe per ſagacitatem & malitiam,an verò ex ſimplicitate & ſine dolo.Quod & idem affirmatur à Menoch. *de præſumptionib.lib.3.præſumpt.122.num.40.& 41.*

b *Vtile per inutile.* Veriſſima eſt iſta diſtinctio,quod in indiuiduis & inſeparabilibus vtile per inutile vitiatur, ſecus in diuiduis & ſeparabilibus, iura & concordantes adducit Stephan. Lamberteng. *in tract.de contractibus eorum,&c.gloſſ.fin. num.139.& gloſſ.5.num.2.& 3.*vbi etiam, quòd in diuiduis & ſeparabilibus actibus vtile per inutile non vitiatur, maximè quando actus eſt nullus ob omiſſionem ſolemnitatis; in indiuiduis verò tunc demùm vtile per inutile vitiatur, ſi inutile ſit potentius vtili,ſecus econtrà, *& ibi num.2.* teſtatur de communi,& vide rurſus eundem Lamberteng. *ibidem gloſſ. 11.num. 68. & ſeqq.* vbi quòd vtile per inutile non vitiatur, quando illud inutile eſt ſuperabundans & non neceſſarium, *vt d.gloſſ.5 num.7.*vbi generaliter & remiſſiuè declarat,quando actus dicatur diuiduus vel indiuiduus, de quo latiſſimè per Anton. Gomez *de contractibus,tom.2.capit.10.titul. de indiuid.per totum,*& vide etiam Roland. *conſil.72.num.66.lib.3.* vbi quòd in iis, quæ ſunt de forma, vtile per inutile vitiatur. Quod & idem probauit Tiraquell.*de retract.part.1.§.1. gloſſ.21.num.17.* Multa exempla,in quibus diſcutitur, an & quando vtile per inutile vitiatur, videas per Aymon. *de antiquit.tempor.part.4.ſect.abſolutis differentiis,num. 59. 61. 62. & 63.& ſect.materia iſta ſingularitatis,num.1. & ſeqq.fol. mihi 258. & 272.*

c *Ex conſuetudine.* In iſta materia, an ſcilicet, & quando conſuetudo excuſet ab vſurario & illicito contractu, vide quæ dixit Dominus meus Farinac.*in ſua Practic.crimin. part.2.titul. de pœn.temporal. nondum impreſſo,quæſt.95.numer.*
A *tertio,& ſequentib.* vbi facta concluſione affirmatiua, quam dicit magis communiter teneri per Doctores, eam præcipuè limitat ac declarat procedere, vt licèt excuſet à pœna, non tamen excuſat à reſtitutione vſurarum, nec videtur facere contractum licitum & validum, ſi reuerà ſit illicitus & vſurarius, ex Nat.*conſil. 498.numero 26. libro tertio* Roland.*conſil.75.poſt num.47.lib.1.*Ioſeph.Ludouic.*dec.51.verſ. quando tamen,in fin.fol.115.*Menoch.*de præſumpt.lib.3.præſumpt.122.nu. 97.* & refert Rotam in vna Romana ſocietatis coram Illuſtriſſimo Lancellotto 2.Iunij 1570.(cuius deciſio fuit ſuprà in conſiliis regiſtrata)dixiſſe,quòd licèt conſuetudo in contractu vſurario operetur quoad euitationem pœnæ,non tamen operabitur validitatem contractus,ex Bero.quem allegat *in cap.quia in omnibus,num.8.& 9.extra de vſuris*, ex qui-
B bus valdè dubia reddi videtur,iudicio meo, hæc deciſio, in qua etiam quoad validitatem contractus videtur admittere excuſationem & contrahendi conſuetudinem prouenientem.

*Omni exceptione maiores.* Ad hanc materiam, an ſcilicet & d
quando teſtes reprobantes inſtrumentum debeant eſſe omni exceptione maiores,vide Alber.*in l.qui teſtamento,§.mulier, num.5.& ſeqq.ff.de teſtam.*Pract. Corrad.*tit.de teſtib.rubric.perſonas teſtium aggrediendo. num. 89. fol. 110. & in rubr.de inſtrumentis, ſub num.17.& ſeqq.in diſcurſu,fol.149.*Iul.Scharlat.*inter conſil.crim.diuerſor.conſil.118.num.24.lib.1. & inter ead.conſil.* Ferran. Gargiar. *conſil.122.num. 17. & conſil.123.ſub num.11.& ſeq. & conſil. 126. num 15. & ſeqq. plurib.in diſcurſu per totum,* Ioan.Ronchegall.*conſil.127.num.11. eodem lib.1.* Monticel. *in repert.teſtium,fol.mihi 318 col.2.verſic.3.5.& penul.*Natta *conſil.*
C *95.num.10.& ſeq.lib.1.* Ancharan. Regieſ. *quæſt.71.part.1.* Maſcar.*de probat.lib.1.in præfat.q.6.59.& ſeqq.& num.68.& ſeq.lib. 2.concluſ.919.num.5.& ſeq.& lib.3.concluſ.1360.nu.2.*Menoch. *de arbitr.quæſtionib.lib.2.caſu 105.num.6.& ſeq.& num.33.* Virgil.Boccac.*in conſtitut.Marchiæ,gloſſ.7. num. 14. & ſeq.* Oſaſc. *conſil 64.num.47.& conſil.66.num.2.*

*Fideiuſſores.* Si ad ſaturitatem ſcire volueris, an & quando e
& in qua cauſſa fideiuſſor teſtis admittatur,& admiſſus qualem faciat fidem, vide omninò Dominum meum Farinacium *in ſuo tract.de teſtib.quæſt.60.num.368.& pluribus ſeqq.*

*Futura & non præterita.* Quandoque tamen lex ſeu conſti- f
tutio aut ſtatutum trahitur ad præterita, quod quando verum ſit,& de materia remitto lectorem ad tradita per Felin. *in c.fin.de conſtitut.*Socin.iun.*conſil.21.per totam,lib.1.* Diaz.*reg. 136.*Capr.*concluſ.6.per totam,*vbi latiſſime Franc. Turzan.95. Cephal.*conſil.162.num.12.& ſequentib.lib.2.& conſil.35.num.51.*
D *lib.1.*Roland.*conſil.95 num.23.& ſequent.lib.1.*Contard.*de moment.poſſeſ.tit.*Ægid.*quæſt.5.*

*Famianus Centolinus V. I. D. Galeſij.*

### ILLVSTRISSIMI ET REVERENDISS.
Domini Seraphini Cardinalis.

*Imolenſ. Caſtrorum Lunæ 12. Decembris 1575.*

### ARGVMENTVM.

Contumacia ſine trina citatione non inducitur.

### *SVMMARIA.*

E *Contumax eſſe non poteſt,qui latiſſimè citatus non eſt,num.1.*
*Contumacia requirit trinam citationem,num.1.*
*Contumax vt quis dicatur, & vt tanquàm contumax poſſit condemnari propter contumaciam, quomodo citari debeat, & de materia,in addit.lit.a.*

## DECISIO XI.

DOmini † perſtiterunt in reſolutis ex eo, quòd funda- 1
mentum, quod fit pro parte Illuſtr.Dn. Herſiliæ, totum conſiſtit in contumacia Alidoſij, de qua in facto non conſtat,cùm non appareat legitimè de citatione [a], & text.*in* a
*cap.1.de milite vaſallo*, pro ea allegatus, requirit trinam citationem,ideò cum deficiat in facto,fundamentum hoc non ſubſiſtere.

## *ADDITIO.*

a *Citatione.* Vbi citatio eſt inualida & nulla, tũc contumacia inde reſultans nullum operatur effectũ, ex pluribus allegatis per Dominum meum Farinac. *in ſua Pract. crimin. par.1. tit. de inquiſit. quæſt.*11.*num.*37.*&* 38. vbi in ſpecie, quòd non vnica, ſed trina requiritur citatio, *& num.*39.*& ſeqq.* vbi plenè ponit requiſita ad validitatem huius citationis.

*Fam. Cent. I. V. D. Galeſij.*

## ILLVSTRISSIMI ET REVERENDISS.
Domini Seraphini Cardinalis.

*Imolen. Caſtrorum Veneris* 16. *Martij* 1576.

### A GVMENTVM.

Contumax quando dicatur verus & quando fictus? Quomodo & ex quibus contumacia vera probetur, ad effectum, vt priuatio propter contumaciam ſit perpetua & non temporalis?

### *SVMMARIA.*

*Sententia priuationis contra contumacem lata, videtur non propter contumaciam, ſed propter delictum lata, quando in ea condemnatus vocatur filius iniquitatis, num.*1.

*Priuatio & confiſcatio bonorum videtur perpetua & non temporalis, quando in ea dicitur, quòd bona perpetuò ſpectent ad Cameram, num.*1.

Legitimè, *dictio, importat iuris ordinem & diſpoſitionem, numero* 2.

*Nullum quod eſt, nullum præſtat iuris fomentum aut adminiculum, num.*2.

*Citatio trina requiritur, ad effectum, vt quis ſuis bonis priuetur, nu.*3. *vbi declaratur, niſi quis fuerit verus contumax, quia tunc vnica tantum ſufficit citatio.*

*Teſtis inſtigator ſuſpectiſſimus eſt, eique non creditur etiam in crimine ſimoniæ & læſæ majeſtatis, num.*3.

*Citari amplius non debet is, qui ſemel citatus, dicit ſe nolle comparere, num.*4. *vbi declaratur, dummodò hoc dicatur tempore quo citatur, ſecus ſi poſteà.*

*Contumax verus dicitur is, qui citatus reſpondet ſe nolle venire, num.*4. *vbi hoc declaratur.*

*Contumax verus an dicatur is, qui citatus non comparet, nec de legitimo impedimento docet, num.*3.

*Sententia priuationis in contumaciam lata, non priuat perpetuò, & infra annum inducit priuationem quoad poſſeſſionem, non quoad proprietatem, etiam quòd præceſſerit trina citatio, nu.*5.

*Stylus probandus eſt de tempore, de quo eſt controuerſia, num.*6.

*Contumax ex vnica tantùm citatione non poteſt propter contumaciam priuari, num.*7.

*Sententia ſine proceſſu, ſi non eſt lata contra præſentem & non appellantem, præſumitur nulla, num.*8. *vbi declaratur, niſi fuerit lata contra abſentem verum contumacem. Et idem ſi contra fictum, qui non appellauit infra decem dies à die notitiæ, ſub num.*8.

*Iudices maiores, & eorum ſententiæ, habent præſumptionem pro ſe, & præſertim collegium iudicum, ſub num.*8.

*Clerici Cameræ Apoſtolicæ dicuntur habere à Papa mandatum generale cum libera, ſub num.* 8 *vbi etiam habent eandem facultatem, quam habet Gubernator vrbis.*

*Gubernator vrbis poteſt procedere non ſeruatis terminis ſubſtantialibus, ſub num.*8. *ante finem.*

*Contumax verus dicitur is, qui perſonaliter citatus eſt, num.*8. *ad finem.*

*Teſtes patientes exceptiones ſupplentur ex ijs, in quibus concordant, num.*8. *ad finem.*

*Sententiam nullam qui vult dicere, debet producere omnia acta, num.*9.

*Sententiæ exſequutionem Rota non ſolet dare, niſi facta matura diſcuſſione meritorum, num.*10. *Vbi declaratur hæc concluſio.*

*Contumax vigore ſtatutorum totius Italiæ habetur pro conuicto & confeſſo, num.*11.

A
## DECISIO XII.

Domini † præſuppoſitis deciſionibus coram me factis 1
ſuper decretorum nullitate, &c. fuerunt concordes, narratiuam fel. re. Clementis non eſſe ſufficienter. adminiculatam: tria enim videntur præcipuè ex dicta narratiua colligi. Primum, quòd Alidoſius fuerit priuatus, & quidem tacitè innuitur, licèt hoc expreſsè non dicatur, quòd fuerit ob delicta per eum perpetrata, cùm vocetur iniquitatis filius. Secundùm, quòd dicta priuatio fuerit legitimè facta, alias Caſtra non eſſent legitimè deuoluta. Tertium, quòd dicta priuatio fuerit perpetua & temporalis ex eo, quòd dicitur, dicta Caſtra ſpectare perpetuo iure ad Cameram Apoſtolicam.

Et † licèt primum ex decretis & facti notorietate verifi- 2
B cetur, nempè quòd Riccardus fuerit priuatus; ſecundum tamen quòd fuerit legitimè priuatus, nullo modo videtur iuſtificatum, dictio enim *legitimè* importat iuris ordinem & diſpoſitionem, Innocent. *in c. fin. de lib. oblatio.* Card. *cap. ad audientiam, de reb. Eccleſ. non alienan.* Cùm enim fuerit aliàs dictum, decreta ex eorum inſpectione eſſe nulla: ideò nullum præſtant iuris fomentum nec adminiculum, *l. nulla, de aucto. tuto.* Caſſad. *deciſ.*6. *num.*1. *de præben.*

Inſuper † regulare eſt, vt ad priuationem requiratur trina 3
citatio, *cap.*1. *de milit. vaſall. qui contra, &c.* de qua in caſu propoſito non conſtat. Nec obſtat, quòd intelligatur de ficto contumace ex ſententia Andr. *ibid.* Quia neque etiam probatur, quòd Alidoſius fuerit perſonaliter citatus. Nam neque de relatione Curſoris conſtat, neque eſt credendum te-
C ſtibus ſuſpectiſſimis, vtpote inſtigatoribus, quibus neque etiam in criminibus ſimoniæ & læſæ maieſtatis creditur, *c. per tuas, de ſimon. c.*1. *de teſtib. in* 6.

Non † obſtant alij teſtes Riccardi, quia vnus tantùm de- 4
ponit de auditu & rumore publico, neque deponit in ſpecie de perſonali apprehenſione, & ita tollitur etiam id, quod dicitur: cùm quis citatus dicit ſe nolle comparere, non eſſe ampliùs citandum, quia de hoc non conſtat, niſi per eoſdem teſtes: ſed dato quòd eis fides eſſet adhibenda, neceſſe eſſet, vt de hoc conſtaret Iudici per relationem, ſed neque habemus relationem Curſoris, neque dicunt teſtes hoc fuiſſe reſponſum Curſori, ſed poſt eius receſſum à Riccardo dictum, ita quòd non potuit iudex de hac re notitiam habuiſſe. Et ita locum habet doct. Bart. *in l. multùm intereſt, num.*4. *de condit. & demonſtr.*

Nec † obſtat, quòd imò apparuit eum fuiſſe verum con- 5
D tumacem, ex quo non comparuit, nec docuit de aliquo legitimo impedimento, quia ad hoc erat neceſſaria alia citatio, niſi fuiſſet comminatio appoſita in monitorio, vt per Alexand. *conſil.*212. *nu.*11. *& ibi addit. lib.*6. Marſil *in ſua prax. in §. examinanda, nu.*34. *&* 35 *idem in l. de vnoquoque, num.*191. *ff. de re iudic.* Igitur cùm ex his non conſtet Alidoſium fuiſſe verum contumacẽ, & priuatio fuerit facta in contumaciam, vt teſtatur clericus Cameræ, reſultat, quòd per talem priuationem non poterant dici caſtra perpetuo iure ad Cameram ſpectare, cùm infra annum non priuetur vaſallus proprietate feudi, ſed poſſeſſione tantùm, etiam ſi præceſſiſſet trina citatio, vt per Andr. de Iſern. *in d. c. num.*2. Aluar. *num.*7. *&* 15. *&* Afflict. *num.*9. & talis priuatio non eſt perpetua, ſed temporalis, Natta. *conſil.*444. *nu.*4. Felin. *in c. ex litteris, nu.*16. *de reſcript.*

E Nec † ad ſanandam nullitatem decretorum quicquam fa- 6
cit, ſtylus, tum quia non eſt ita receptus, vt percutiat illud tempus priuationis, &c. neque ſanat defectum trinæ citationis, quinimò fuit in contrarium, cùm dicatur in eo, quòd citatio, de qua in decreto fit mentio, non deſcribatur in lib. decretorum, ſed traditur notario, & tamen de tali citatione non conſtat.

Neque † placet, quod ex antiquitate præſumatur, cùm in- 7
ter priuationem & commiſſionem cauſſæ ſpoliæ interceſſerint tantùm quinque vel ſex anni, maximè in caſu iſto, in quo nimis præcipitanter fuit proceſſum, cùm in termino primæ citationis accuſetur contumacia & priuetur, vt per Aym. *de antiq. temp. par.*2. *num.* 53. Et ita omnia adminicula ſumpta ex dictis teſtibus & ſtylo corruere.

Fuerunt † tamen aliqui ex Dominis qui dixerunt, quòd 8
quatenus dubitaretur de reſolutionibus factis ſuper nullita-

te

re decretorum, & huiuſmodi nullitas non haberetur pro reſoluta, dubium propoſitum non carere difficultate. Primò, quia licèt regulariter ſententia ſine proceſſu, ſi non eſt lata contra præſentem & nõ appellantẽ, præſumitur nulla, gloſ. & Doctor. *in cap. per venerabilem, qui fil. ſint legit.* Ægid. *deciſ. 89.* Caſſad. *de præſumpt. deciſ.* 1. Sarnen. *de trien. quæſt.* 33. Tamen non procedit in ſententia lata contra abſentem verum contumacem, Rot. *de probat. in nou.* Butrig. *cap. quoniam contra, de probat. col.* 15. Cardin. *col. fin.* Imol. *col. 6. & in cap. cùm in iure peritus, num. 6. de offic. deleg.* Alexand. *conſil. 22. num. 2.* Gabriel. *de ſent. concluſ. 4. num.* 20. etiam contra fictum contumacem, ſi non appellauit intra decennium die notitiæ, Doctor. ſuprà citati *in d. cap. quoniam contra*, Gabriel, *ibid. num. 22.* & hæc limitatio videtur bene applicari ad caſum iſtum, maximè cùm pro maioribus iudicibus præſumatur, *l. 1. de offic. præfect. Præt.* Aym. *de antiq. temp. par. 2. num.* 21. & multò magis pro collegio, Abb. *cap. prudentiam, in 3. notab. de offic. deleg.* Et clerici Cameræ dicuntur habere à Papa mandatum generale cum libera, Dec. *conſil.* 404. *in princ.* & veriſimiliter habent facultatem, quam habet Gubernator vrbis, qui poteſt nullis ſeruatis terminis ſubſtantialibus procedere, Pariſ. *conſi.* 126. *num.* 4. & de contumacia vera Alidoſij cùm fuerit citatus perſonaliter conſtat ex teſtibus præſertim ex tertio, qui fuit clericus Cameræ, & licèt alij patiantur exceptiones, ſupplentur tamen ex decretis in iis, in quibus concordant, Aym. *conſil. 7. num. 66. & 98. num. 5.* & in iſtis decretis enunciantur ſubſtantialia, nempe decretum monitorij, citatio perſonalis, contemptus Alidoſij, Aym. *conſil.* 108. *num.* 2.

9 Ex † quibus ſequitur, quòd alleganti nullitatem incumbit onus probandi omnia acta, vt poſſit argui contra ſententiam, Cornel. *conſil.* 348. *num. 31. cum ſeq. in 1. volum.* Abb. *conſil. 41. in 1. deciſ. conſil. 341. num. 12.* Alexand. *48. colum. 1. in 2.* Aym. *de antiq. par. 2. num.* 30. Et ſic non obſtaret, quod non conſtet de trina citatione & aliis neceſſariis ad validitatem, quia hæc omnia ex ſuprà deductis præſumerentur, maximè cùm in decretis appareat, Alidoſium bis monitum, quod ex teſtibus deponentibus de duobus diuerſis nuntiis confirmatur.

10 Nec † hìc agitur de executione ſententiæ, quo caſu ſolet Rota maturiùs procedere, cùm executio ſit facta, ſed de ea ſuſtinenda, nec quicquam videtur facere conditio Alidoſij de anno 1536. in iudicio ciuili, quia erat neceſſaria appellatio, vt ſuprà dictum eſt. Nec præſumptiones iſtæ fundantur in tempore, ſed in decretis, teſtibus & aliis, & ex his videtur reſultare ſaltem adminiculum ſufficiens narratiuæ Clementis, cùm hæc ſint vrgentiora iis quæ pro adminiculis fuerunt conſiderata à Rota *in deciſ. 89.* Creſcentij, & dans de iure tertij debet dare de iure dato.

11 Prætereà † Caſtra huiuſmodi propter priuationem ſpectant proprio iure ad Cameram, ex quo per totam Italiam ſtant ſtatuta notiſſima, quòd contumax habeatur pro conuicto & confeſſo, Boſſ. *titu. quomodo proced. per præceptum, num. 4. & 13. & de requir. reis, num. 2. & 3. & in tit. banniti quid amittant, num. 19. & 20.* Ideò cogitandum, &c.

ILLVSTRISSIMI ET REVERENDISS. D. Lancelloti olim Cardinalis.

*Albiganenſ. Canonicatus vltima Februarij 1578.*

## ARGVMENTVM.

Simonia an dicatur commiſſa per mandatum factum ad acceptandum concordiam tractatam per iudicem, ſuper lite, quæ coram eo agebatur in cauſſa canonicatus cum clauſula, *dummodo in eius fauorem reſeruetur penſio.*

### *SVMMARIA.*

*Simonia non dicitur probata nec commiſſa ex mandato ad acceptandum concordiam ſuper lite beneficij, dummodo tamen in fauorem mandantis reſeruetur penſio, num. 1. & 2.*

*Reſeruatio beneplaciti ſedis Apoſtolicæ facit ceſſare ſimoniam, num. 2.*

*Solutio penſionis quomodo probetur, num. 3.*



## DECISIO XIII.

1 DOmini † reſoluerunt non probari ſimoniam oppoſitam D. Ioanni Baptiſtæ Scarampo. Nam ex ipſius mãdato non poteſt argui; quia cùm ſit factum ad acceptandum concordiam tractatam per Epiſcopum ſuper lite, quæ coram eo agitabatur ſuper canonicatu cum clauſula, *dummodò in eius fauorem reſeruetur penſio* [a], vtique materia non dicitur ſimoniaca, per doctrinam Abbatis *in cap. cùm pridem, num. 8. de pac. cum aliis*, de quibus latè per Gig. *de penſ. quæſt. 6.* a

2 Et † ſtante hac mandati validitate, potuit poſteà per dictum Procuratorem cedi canonicatus in manibus Epiſcopi, & per eum reſeruari penſio ex dicta cauſſa, & vice verſa potuit etiam Thomas ceſſionarius conſentire dictę penſioni, ſtante præſertim clauſula, *reſeruato beneplacito ſedis Apoſtolicæ*, & per conſequens etiam potuit penſio licitè exigi.

3 Addebant † prætereà Domini, quòd exactio dictæ penſionis non probatur ex literis productis pro parte D. Thomæ ceſſionarij; quia in illis fit mentio de penſione ſcutorum, & de illorum ſolutione facienda in duobus terminis, & tamen conſtat quòd fuit reſeruata in ducatis, & quòd ſolui debebat in vnico tantùm termino ſanctiſſimæ Natiuitatis Domini. Sed ſtante validitate reſeruationis, dicebant non eſſe neceſſe diſputare de probatione ſolutionis.

### *ADDITIO.*

a REſeruetur penſio. Simonia an & quando cenſeatur commiſſa ex reſignatione beneficij ad fauorem certæ perſonæ cum reſeruatione penſionis ad fauorem reſignantis, pleniſſimè tractatur materia per D. meum Farinac. *ſuprà in conſil. 75.* & ad ibi tradita Lectorem remitto.

*Fam. Cent. V. I. D. Galeſij.*

## ARGVMENTVM.

Sententia ex celeritate proceſſus quare nulla, & cur ex delicto procuratoris, præſertim in committendo, non poſſit mulctari dominus: conſiderandúmque ſit, an Vicarius habeat facultatem tranſigendi, & an illa tranſactio efficiat, quo minùs Abbas ad reuocationem executionis factæ per ipſum procedere valeat.

### *SVMMARIA.*

*Sententia dicitur nulla propter celeritatem proceſſus, num. 1.*

*Vicarius an habeat facultatem tranſigendi, & an illa tranſactio obſtet, quo minùs Abbas ad reuocationem executionis factæ per ipſum procedere poſſit, num. 3.*

*Procurator ex ſuo delicto, præſertim in committendo, non poteſt facere, vt dominus mulctetur, num. 2.*

## DECISIO XIV.

1 DOmini † omiſſa illa difficultate, an Eccleſia S. Agathæ, de cuius viſitatione agebatur, eſſet in diœceſi Latinenſ. vel alia, & an in ea R. P. D. Epiſcopus Latinenſ. habeat ius viſitandi, tenuerunt tres ſententias conformes latas extra Rotam contra prædictum Epiſcopum Latinen. non eſſe notoriè iniuſtas. Nam cùm dictæ ſententiæ reuocent executionem factam à dicto Epiſcopo, tanquam notoriè nullam & iniuſtã, videntur ſatis iuſtificatæ. Quòd autẽ executio facta ab Epiſcopo ſuper pullis equinis DD. Abbatis & Canonicorum monaſterij Heremitarum, ſit nulla & iniuſta, apparet ex duobus. Primò, ex celeritate proceſſus, nam ſpacio duorum dierum poſt monitorium executum Epiſcopus proceſſit ad executionem, quo caſu non eſt dubium, quòd ſententia eſt nulla [a], ex traditis per Bartol. *in l. prolatam, numero 1. C. de ſententia & interd. omn. indic.* a

2 Secundò, quia † licèt vicarius illius Eccleſiæ S. Agathæ

dixerit ſe velle obedire præcepto Epiſcopi; tamen ex iſta inobedientia non poterat fieri executio ſuper bonis Abbatiæ, ſicut dicimus, quòd ex delicto procuratoris, præſertim in committendo, non poteſt mulctari dominus, *l.1.§.ſi procurator*, vbi Iaſ.*num.1.& ſeq.ff.ſi quis ius dic.non obtemp.* neceſſariò ergo erat in caſu, de quo agitur, monere Abbatem Heremitarum ad hoc, vt poſſet fieri executio in bonis Abbatiæ.

3 Sed † quoniam pro parte Epiſcopi allegatur tranſactio facta cum illo vicario S. Agathæ, Domini dixerunt, quòd particulariter videatur, an ille vicarius haberet facultatem tranſigendi, & an illa tranſactio obſtet, quo minùs Abbas potuerit procedere ad reuocationem executionis factæ per ipſum.

## *ADDITIO.*

a SEntentia eſt nulla. Sententia eſt nulla, ſi nimis feſtinanter & breui tẽpore lata eſt, *l.2.ibi, nõ ſubitas, &c.C.de ſent. experic. recitan gloſ.in l.ſed & ſi per Prætorem, in verbo, vnius,* ibi *alios quoque modo in vna die, &c.ff.ex quib.cau.maior.cum aliis in propoſito,* per Pet.Roiz.*deciſ.Lictuan.2.num.81.& ſeqq.* & per Mandoſ. *in pract.commiſſ.forma.9. in verbo, in ſtatu, &c. fol. mihi 58. à tergo colum.2. & fol. 590. colum.1.* vbi ampliùs, quòd ſi cauſſa eſt inſtructa coram vno iudice, & in eiſdem ſtatu & terminis fuerit commiſſa alteri iudici, qui celeriter pronunciauit, talis ſententia eſt nulla. Breuitas enim temporis non ſolùm reddit actum nullum, ex trad.per Roland. *conſil.76.num.23.volum.1.*& per Menoch. *de arbitr.quæſt.lib.1. quæſt.42.* vbi hanc concluſionem ampliat, limitat & exemplificat: verùm etiam ex breuitate temporis & fraudem & dolum præſumi, ſcripſerunt Tiraquell.*de retractu, §.1.gloſ.7. num.77.*& Cephal.*conſil.89.nu.1.lib.*1.apud quos plures alios reperies concordantes.

*Fam. Cent. V. I. D. Galeſij.*

## ILLVSTRISSIMI ET REVERENDISS. D. Seraphini Cardinal.

*Veliterna Bonorum Vener.*14. *Nouemb.* 1578.

## ARGVMENTVM.

Homicidæ quando dicantur notorij, vel de homicidio diffamati ad effectum, vt intret Bulla Pij V. eos excludens ab omni actu legitimo.

## *SVMMARIA.*

*Homicidium commiſſum in via publica, & pluribus præſentibus, dicitur notorium, num.1.*

*Notorium inducitur ex circunſtantiis loci & temporis, num.1.*

*Delinquens dicitur de delicto diffamatus ex monitorio ei ad comparendum facto, & ſententia contra eum non comparentem lata, num.1.in fin.*

*Notorium delictum non dicitur, niſi fuerit factum coram maiori parte populi, ita quòd inexcuſabile ſit, num.2.*

*Fama facit regulariter indicium ad inquirendum, num.3.*

*Homicida diffamatus, de quo in Bulla Pij V. quando dicatur, & de qua diffamatione Bulla intellexerit, num.3.*

*Alternatiuè vna pars declarat aliam, num.3.*

*Bullæ facientes mentionem de condemnatis, intelligendæ ſunt de condemnatis propter delictum, & non propter contumaciam, num.3.*

*Diffamatio de qua in Bulla Pij V. debet eſſe talis, quæ inducat notorium, & ideò requiritur declaratoria, num. 3. verſicul. Et ideò.*

*Sententia lata in contumaciam contra non comparentem, non facit, vt condemnatus dicatur de delicto infamatus, num.3.verſ. Nec poteſt dici.*

*Infamis ſeu infamatus non dicitur, niſi de hoc procedat declaratoria, num.3.verſic. & ideò requireretur, & verſicu. neque eſt verum.*

A *Diffamati delinquentes dicuntur famoſi graſſatores, qui quamplurima commiſerunt homicidia, num. 4.*

*Notorium non inducitur ex ſola fama, num. 4.*

*Bannitus excluſus ab omni actu legitimo, cenſetur etiam excluſus à ſucceſſione, num.5.& in addit.litera a, vbi de materia.*

*Infamia facti inducitur ex ſola accuſatione, num.6.*

*Pœna vbi imponitur ipſo iure, non requiritur ſententia declaratoria, num.7.*

*Sententia declaratoria vbi requiritur, illa poteſt ferri quandocunque, num.8.*

*Sententia declaratoria requiritur in pœnis impoſitis ipſo iure ad executionem facti, non autem ad executionem iuris, num.9.*

*Diffamatio ſeu infamatio duplex eſt: vna quæ ſufficit ad inquirendum tantùm, altera verò qualificata, quæ ſufficit ad condemnandum, num.*10.

B *Alternatiua ſeu diſiunctiua licèt ponatur inter diuerſa, arguit tamen ſimilitudinem & conformitatem, num.*11. *in fine.*

*Seu, dictio, poteſt ſtare expoſitiuè, num.* 11.*in fine.*

*Notorium non dicitur delictum, nec facit vt ſine citatione poſſit procedi ad condemnationem, niſi illud ſit inexcuſabile, nu.*12. *& in addit. litera* b *vbi de materia.*

*Fama vbi vigore ſtatuti probat delictum, tunc non ſufficit teſtes dicere audiuiſſe à maiori parte populi, niſi etiam articularetur & probaretur qualitas hominum, num.12.*

*Interpretatio in Bullis & Conſtitutionibus ſemper debet eſſe talis, vt ex ea excludatur iniquitas, vt etiam non ſit contra regulas iuris communis, & quæ non mereatur à ſapientibus reprehendi, num.13.*

*Statuta non dicuntur fauorabilia ex eo quòd propter publicam vtilitatem puniant delicta, quando alias ſine illis delicta non remanerent impunita, num 13.*

C *Notorium vt dicatur delictum, articulanda & publicanda eſt qualitas notorietatis, num.14.*

*Sententia propter contumaciam lata non inducit notorium, numero* 15.

*Notorium delictum non dicitur, quamuis ſuper eo deponant teſtes de viſu, & de publica voce & fama, num.16.*

*Statuta exorbitantia ſtrictè interpretanda ſunt, num.17.in fine.*

## DECISIO XV.

CVm † variæ exſtent Bullæ ſummorum Pontificum 1
contra homicidas, confirmatas à fel.re. Pio V. & in ſpecie in Bulla Pij II. caueatur, quòd homicidæ, quorum delictum ſit notorium, vel de homicidio infamati ſeu condemnati, ſint ab omnibus actibus legitimis ſuſpenſi, fuit dubitatum, an homicidium per quendam Leandrum com-
D miſſum, fuerit taliter notorium, vel ipſe taliter fuerit de eo infamatus, vt intret diſpoſitio præfatæ Bullæ? Et pro parte affirmatiua deducebatur, homicidium fuiſſe notorium, ex quo per teſtes probetur, quòd fuerat commiſſum in loco qui dicitur *il Pellegrino*, in apotheca cuiuſdam ſartorij ante ipſius Bancam, de die, præſentibus ibidem perſonis. Quæ circunſtantiæ loci & temporis vidẽtur inducere notorium, iuxta trad.per Cyn.*in l.ea quidem, col.5. C.de accuſat.* Boſſ. *in pract.crim.tit.quom.proced.in crim.notor.nu.7.* Iul.Clar.*in pract. crim.§.fin.quæſt.9.verſi.item quia,* Menoch.*de arbit.lib.2.cent.2. caſu 166.num.*20. Put.*deciſ.*10. *de probat.* Et prætereà conſtat etiam de diffamatione ex eiſdem teſtibus, & ex monitorio ei facto, & ſententia contra eum non comparentem lata, Bart. *in l.turpia.de leg.1.* Angel.*de maleſ.in verbo, iniuria, nu.7.* Clar.*in pract.§ fin.quæſt.6.*

E Contrariam † tamen ſententiam amplexi ſunt Domini, 2
hîc non conſtare de notorio crimine, nec de ſufficienti diffamatione. Et primò, quantum ad notorium attinet, dicebant, quòd licet per teſtes probetur delictum, non tamen probari qualitatem illius notorij: nam ad eius probationem requiritur, quòd factum ſit coram maiore parte populi, ita quòd ſit inexcuſabile, prout tradunt Archid. *in cap.manifeſtè, 2.quæſt.1.* Salicet.*in l.ea quidem, num.66.C.de accuſ.* Aretin. *conſil.63.num.3.& 7.* Capra.*tit.de notor.in 2.memb.num.7.& in 7.memb.num.12.* Franc.*in cap.peruenit, il 1.num.12.de app.in 6.* Hippol.*in rubr.de probat.num.226.* Clar.*§.fin.quæſt.9.in princ.* Boſſ.*in titu.quom.proced.in not.num.13.* Foller.*in pract.crim.§. item quod eſt notorium.* Gabriel.*conſil.12.num.2.& 5.*

Quantum † verò ad infamationem, dixerunt eam non 3
probari, non enim intelligendæ ſunt Bullæ de ſimplici diffamatione,

ſamatione,quæ regulariter facit indicium tantùm ad inquirendum:eſſet enim abſurdum,velle,quòd pro tali diffamatione irrogaretur tam rigoroſa pœna,ſed intelligendæ ſunt de diffamatione, quæ æquipollet condemnationi, propter alternatiuam illam poſitam in Bulla diffamati vel condemnati, cùm vna pars alternatiuæ declarat aliam, *l.1.ff.de reb. dub.*Rom.*conſil.31.num.2.* Maximè, quia Bullæ ſunt intelligendæ de condemnatis pro delicto,& non propter contumaciam, vt alias fuit coram me reſolutum in illa ciuitatis Caſtelli donationis. Et ideò hæc diffamatio debet eſſe talis, quæ inducat notorium, & ideò requireretur declaratoria.Anch.*conſil.191.* Marſil.poſt Pet.de Cyn.*conſil.*10.*num.*10. plures congerit Gram.*vot.3.num.37.* Nec poteſt dici,ſententiam contra Leonardum latam habere vim huius declaratoriæ, cùm ſit ſententia lata in contumaciam ob non paritionem monitorij,& ita non parit eum effectum,quem parit ſententia lata ob delictũ,& ideò non æquipollet ei, nec inducit diffamationem ſufficientem,neque eſt verum,quòd Doctores requirentes declaratoriam,loquantur in infamia iuris tantùm,cùm ex eorum lectione contrarium appareat, & benefacit Ferret.*conſil.31.num.36.in princ.*

4 Addebat vnus ex Dominis, diffamatos videri hîc accipi pro famoſis graſſatoribus, qui quamplura commiſerũt homicidia,Boſſ.*in tit.de inquiſit.num.32.*& ſic non obſtant teſtes de fama ſola,ſola enim fama non facit notorium, Rot. *de except.deciſ.5.num.1.in nouis.* Quare concluſum fuit,Bullas non habere locum in caſu de quo agitur.

ALIA DECISIO.

5 Et † in eadem die Veneris 13.Februarij 1579.iterum dubitatum fuit,an conſtet de tali diffamatione Leandri ſuper homicidio per eum commiſſo,quæ ſufficiat,vt intret Bulla prædicta edita contra homicidas, &c. Tota difficultas fuit in interpretatione ipſius Bullæ,in illis verbis, *ita quod omnes & ſinguli homicidæ, quorum delictum notorium foret, vel de homicidio infamati ſeu condemnati, &c.* Ex quibus videtur colligi, quòd ad hoc vt habeat locum pœna in Bulla contenta, quæ prædicta ab omnibus actibus legitimis perpetuò ſuſpendit, & per conſequens à ſucceſſione [a], vt per Alexand. *conſil.75.lib.1.*Dec.& Cagn.*in l.actus legitimi ff.de reg.iur.* ſufficiat,quòd quis de homicidio ſit diffamatus.

6 Et † ideò prætendebatur pro parte Erſiliæ, cum in caſu propoſito proceſſum fuerit coram gubernatore Vrbis contra Leandrum: & fuerunt examinati duo teſtes pro informatione Curiæ,& factum monitoriũ ad perſonaliter comparendum ſub pœna confeſſati criminis,confiſcationis bonorum,& vltimi ſupplicij,& demùm lata ſententia declaratoria incurſus pœnarum ob non paritionem monitorij, & de delicti ſubſtantia verè conſtet per quatuor teſtes poſteà formiter examinatos,ſatis dici poſſe Leandrum de homicidio diffamatum fuiſſe,cùm ad infamiam facti incurrendam ſufficiat etiam ſola accuſatio, *cap.omnipotens, de accuſat.* not. Doctores,*in l.qui alienationib.§.1.de teſt.* Bald. *in l.diffamari, C.de ingen.manũ* Batt.Paul.Imol. & cęteri *in l. turpia,de leg.*1.

7 Et † quia aliàs dicebatur requiri declarationem,reſpondebatur, Bullam imponere pœnam ipſo iure,vt per Bartol. *in l.iubemus,la 2.§.ſanè,C.de ſacroſanct.Eccleſ.*Felin.*in cap.Rodulphus,num.53.de reſcriptis*, & ideò non requiri declarationem,ad not.per Domin. & Franc. *in cap.fœlicis, de pœn.in 6.* Doctor.*in l.3.§.quod autem ff.quod quiſque iuris*, Felin.*in cap. Rodulphus, num.71.* & ideò ita eſſe limitandam doctrinam eorum,qui dicunt requiri declaratoriam.

8 Quinimò † etiamſi requireretur poſſe hodiè ferri declaratoriam facti, vt per Boſſ.*in pract.crim. de ſentent. num.47.* Et in ſimili videmus, vſurarij teſtamentum annullari per declaratoriam poſt eius obitum latam,ex eo quòd ipſo iure eſt inteſtabilis, Abb.& Card.*in cap. cum in diœceſi, de vſur.* idem Abb.*conſil.2.& 81.lib.2.*Federic.*conſil.8.*

9 Confirmabatur † hæc ſententia ex eo quòd attenta Bullæ diſpoſitione,non poteſt dici,quòd requiratur declaratoria, cùm imponatur pœna homicidij, etiam quòd fuerint abſoluti,quæ res eſt contraria:ideò dicendum eſt,talem declaratoriam eſſe facti,non iuris, requiritur enim ad executionem facti,non autem iuris,vt per Alexan. *in l.is cui,num. 6.de verbor.obligat.* cum aliis.

10 His † tamen & aliis per Dominos ex aduerſo informantes non obſtantibus,contrarium fuit reſolutum,nempe hîc

A non adeſſe diffamationem talem, qualem requirunt Bullæ allegatæ. Et pro deciſionis fundamento conſideratum fuit, quòd non ſimpliciter pro homicidio pœna fuit impoſita, ſed tantùm cum qualitate notorietatis vel infamationis ſeu condemnationis, quo ſtante, videndum eſt, qualis eſſe debeat infamatio:nam ea duplex eſt: vna, quæ ſufficit ad inquirendum tantùm: altera verò qualificata, quæ ſufficit etiam ad condemnandum,Dec. *in cap.quia nos, circa finem, de appellat.* Boſſ.*de inquiſit.num.28.cum ſeq.*

Cùm † igitur Bulla loquatur de infamatis de homicidio,vtique non poteſt intelligi de illa priori ſpecie diffamationis, quæ ſufficit ad inquirendum tantùm, cùm recipiat interpretationem à iure communi, ſed eſt intelligenda de tali diffamatione,quæ ſufficiat ad condemnandum, & hæc 11
B colligitur ex aliis qualitatibus conſideratis videlicet diffamatis & condemnatis, cùm enim inter iſtas qualitates ponat alternatiua ſiue diſiunctiua,licèt ponatur inter diuerſa, tamen arguit ſimilitudinem & conformitatem, Bart. *in l.1. num.6.de off.proc.Cæſa.* Rom. *conſil.231.num.2.* & dictio, *ſeu*, poteſt ſtare expoſitiuè,vt per Dec.*conſil.399.num.5.*

Hinc † ſequitur, qualitatem diffamationis debere eſſe talem,quæ æquipolleat notorietati & condemnationi,cùm nec notorietas ſimplex ſufficeret, niſi eſſet talis, quæ eſſet inexcuſabilis:nam ſi ſit dubium,an aliqua reo competat defenſio,tale notoriũ nõ facit,ſine citatione [b],vt poſſit procedi ad condemnationem, Bald. *in l.ea quidem, num.43. C. de accuſat.*Franc.*in cap.ex inſinuatione,num.5.de appellat.* & ideò cenſendum, Romanos Pontifices in prædictis Bullis intellexiſſe de diffamatione tali,ex qua poſſit ſequi condemna- 12
C tio,vt in ſimili. Quamuis exſtaret ſtatutum,quòd delictum probaretur,fama non ſufficeret, quòd teſtes dicerent audiuiſſe dici à maiori parte populi,niſi etiam articularetur & probaretur qualitas hominum, *cap.penult.de appel.* ad effectum ſcilicet condemnandi,licèt ſit ſecus ad effectum inquirendi,vt per Boſſ. *de inquiſ.num.*38.

Comprobatur,quia † ſi aliter interpretemur Bullas,vtique reddetur earum diſpoſitio iniqua,& contra regulas iuris communis,& eſſent tales, quæ merentur à ſapientibus reprehendi,maximè cùm ſint pœnarum contra homicidas inductiuæ,neque per interpretationem agitur de tollendo pœnam & impunitatem inducendo,quo caſu interpretatio fieri deberet rigoroſè,Alex.*l.1.de verb.oblig.num.25.* ſed tantùm de interpretanda mente Papæ circa nouas pœnas ho- 13
D micidij irrogandas, quo caſu mitior interpretatio eſt eligenda, maximè quòd eſt conformis diſpoſitioni iuris communis.

Et † ideò non poteſt iudex condemnare vel declarare homicidam vti notorium, niſi probata huiuſmodi qualitate,iuxta doctr.Bald.*in l.ea quidem num.43 verſic.vnde aduerte,C.de accuſ.* & idem dicendum, ſi vellet condemnare vti diffamatum; vnde ſequitur,quòd etiamſi concedamus non eſſe neceſſariam declaratoriam: tamẽ eſt ſaltem neceſſariũ, vt ſit articulata & probata huiuſmodi qualitas,vt ſuprà ex Boſſio deductum eſt,quod in caſu propoſito non eſt obſeruatum, vt bene per informantes pro Capiſucchis deducitur:non enim ſtatim ex probatione delicti ſequitur probatio diffamationis vel notorij inexcuſabilis, vt per Boſſ. 14
E *in tit.quomodo proced.in crim.not.num.4.& num.15.*

Non † obſtat ſententia,quia non eſt lata ſuper crimine principaliter, ſed propter cõtumaciam ob non paritionem monitorij,& ideò intrat deducta coram me in illa ciuitatis Caſtelli donationis,ſub die 16.Decemb.1577. 15

Non † obſtant teſtes deponentes de viſu & publica voce & fama, quia hoc non ſufficit ad probationem notorij homicidij,vt per Specul.& Bald.*in titu.de notor.crim.§ notorium*, quod ſit in fieri,maximè in caſu iſto,in quo teſtes viderint inferentem vulnera: tamen non viderunt vulneratum mortuum, cum non ſtatim obierit, ſed poſt aliquos dies,ita vt prætendi poſſit obiiſſe propter malam curam in medendo adhibitam. 16

Non † obſtat,quòd imponatur huiuſmodi pœna,etiamſi delicto non poſſit quis ex forma ſtatutorũ puniri,vel pœnę eſſet facta remiſſio,quia ſola omnia locum habent retento pręſuppoſito,nempe delicti qualificati,vt ſuprà,ſed nõ ideò extendenda eſt pœna,imò quò magis exorbitãs eſt diſpoſitio,eo magis anguſtanda & reſtringenda eſt interpretatio. 17

18 Cùm † ergo in propoſita facti ſpecie non probetur de- A
lictum cum iſta qualitate à Bulla requiſita, non intrat eiuſ-
dem diſpoſitio reſpectu pœnarum, quæ vltra pœnas iuris
communis homicidij irrogantur, & ideò concluſo ſtandum
eſſe in reſolutis.

## *ADDITIONES.*

a *Succeſſione.* Ad comprobationẽ huius concluſionis, quòd
ſcilicet bannitus ab omni actu legitimo excluſus vigo-
re ſtatuti non ſit capax hereditatis ſibi delatæ, non ſolùm
de eodem iure ſtatutario, ſed etiam de iure communi, vide
Alex. *in conſil.75. num.1. verſic.ex quo infertur, iuncto num.4.*
vbi quinque fundamentis docet, ſucceſſionem in alterius
hereditatem dici actum legitimum, *& num.11.reſpondet con-* B
*trariis, lib.*1.Boſſ.*in tit bannit.quid amit.nu.14.ad med.verſi.&*
*tu reddaris certus*, Claud.ad Bertaz.*conſil.*489.*litera A, verſic.*
*limitatur primò*, Decian.*conſil.64.num.41.in fin.& nu 42.lib.3.*
Paul.Granut. Theoren.4.*num.9.*Menoch. *conſil.*492.*num.*18.
*verſicu.N.amicos excludit, lib.5. & in tracta. de præſumpt.lib.5.*
*præſumpt.45.nu.16.*Peregr.*de iure fiſci, num.5.lib.3.tit.7.nu* 45.
Simon. de Præt.*de interpr.vlt. volun.lib.2.interpr.2. dubi* 1.
*ſolut.1.num.*26.*fol.*125. Tob.Non. *conſil.92.num.4.* Vbi, quòd
hoc præſertim procedit vigore Bullarum ſummorum Pon-
tificum, videlicet Pij II. & Clementis VII. Et Tobiam
eo loci refert & ſequitur Flamin.Cartar. *de exſeq.ſent. cap.1.*
*num.*423. Vulpell. *conſil.*80.*num.7.* Vbi pariter, quòd hoc
procedit vigore Bullarum Pij V. Rota *diuerſa.deciſ.*369.*nu.*1.
Et ibi pariter loquitur vigore Bullarum Apoſtolicarum,
*tom.1.& deciſ.515.num.*1.*eod.tom.* & ita etiam loquitur vigo-
re Bullarum, Baiard.ad Clar.*quæſt.71.num.*16. C

Verùm præcedens concluſio videtur declaranda, vt ſci-
licet prædictus bannitus non ſit capax hæreditatis ſibi pro-
uenientis ab inteſtato, ſicut ex teſtamento, quia tunc illius
eſt capax, etiam ſtante ſtatuto excludente bannitos ab om-
ni actu legitimo, ſecundùm Bertaz. *in conſil.*489.*num.*8. *&*
*ſeqq.lib.2.* Vbi eam reddit rationem, quia ſcilicet ſucceſſio
ex teſtamento non dicitur ſucceſſio legitima, *l.3.§.de illo ff.*
*pro ſoc.l.legitima, & ibi gloſ.ff.de petit. heredit.* Socin. *conſil.12.*
*num.3.lib.3.* Abb.*conſil.3.colum.4.num.8.lib.2.* & notant com-
muniter* Doctores omnes, *in l.omniũ, & ibi præſertim* Curt.
Iun.& Cagnol.*C.quando non peten.par.*cum aliis ibi per Ber-
taz.allegatis, quibus etiam reſpondet Alexand.& aliis con-
trarium in hoc ſentientibus, & facit gloſ. *in l.legitima.ff.de*
*part.ſuppoſ.* exponens verbum, *legitima*, id eſt, iuris ciuilis,
teſtamentum autem, licèt de iure ciuili approbatum ſit, non
de iure ciuili, ſed de iure gentium inuentum eſt, ſecundùm D
Bertaz. *in loco præcitato.*

*Citatione.* An citatio in notoriis, vide latè explicantem
D.meum Farinac. *in ſua pract.crim.par.1.tit.de delict. & pœn.*
*quæſt.21.num.66.& ſeqq.plurib.*

*Fam. Cent. V. I. D. Galeſij.*

## BVBALI.

*Mantuana Bonorum de Pedochis die 1. Decemb.*1578.

### ARGVMENTVM.

De vaſallo, quando propter delictum feudo
priuetur ipſo iure, & abſque ſententia declara- E
toria: quando & quomodo confiſcatio bonorum
trahatur ad bona ſita extra territorium cõfiſcan-
tis: cuive eadem bona applicentur: quando ſen-
tentia confiſcationis bonorum dicatur lata de
iure communi ſeu potiùs de iure ſtatutario: &
an feudum Eccleſiaſticum veniat in confiſca-
tione bonorum: & cui applicetur propter cri-
men læſæ maieſtatis commiſſum in principem
ſecularem.

### *SVMMARIA.*

*Vaſallus in caſibus, in quibus incurrit pœnam priuationis feudi, regulariter non priuatur ipſo iure, ſed ſequuta ſententia declaratoria, num.2.& ſeqq.*

*Sententia priuationis feudi ferenda eſt cum cognitione cauſſæ, & citato feudatario, de cuius præiudicio agitur, num.2.*

*Dominus feudi non poteſt ſe intromittere in feudo in præiudicium vaſalli, qui prætenditur eo priuatus ante ſententiam priuationis, num.2.in fin.*

*Pœna etiam impoſita ipſo iure non incurritur ſine ſententia declaratoria, num.3.*

*Veritas meri facti declaranda eſt per ſententiam iudicis, num.3.*

*Pœna non habet ſuum effectum, niſi præcedat ſententia declaratoria, num.3.in fin.*

*Iudex cauſſæ feudalis inter dominum & vaſallum quiſnam ſit, num.4.*

B *Feudum nouum, quando illo feudatarius priuatur, deuoluitur ad dominum in præiudicium agnatorum & deſcendentium, nu.5. Quod quando verum ſit, in addit. litera* [b].

*Feudum an & quando veniat in confiſcatione bonorum, remiſſiuè, in addit. litera* [a].

*Bona ſita extra territorium confiſcantis, veniunt in confiſcatione bonorum, & applicãtur illi domino, in cuius territorio ſita ſunt, quando confiſcatio fit de iure communi; ſecus ſi fiat de iure ſpeciali, vtputà ſtatutario aut vigore bannimentorum, num.6. Vbi etiam, an iſto caſu ſententia lata in vno territorio operetur ſuum effectum in alio, ſed quando hæc concluſio vera ſit, & quando non, remiſſiuè in addit. litera* [c], *& num.*10.

*Sententia declaratoria non requiritur in facto notorio, num.8. ſed an hoc verum ſit, & quando, vide in addit. litera* [d].

*Sententia declaratoria non requiritur, quando conſtat de priuatione ad euitandum circuitum, num.8.*

C *Sententia confiſcationis bonorum quando dicatur lata de iure communi, & quando de iure ſtatutario, plura ponuntur ſigna, ſub num.*11. *& ſeqq.*

*Dictio illa, ſtat augmentatiuè & cumulatiuè, non autem reſtrictiuè, num.15.*

*Pœnalia ſunt ſemper interpretanda, vt mitior pœna cenſeatur impoſita, dummodò delictum non remaneat impunitum, num.*18.

*Clauſula,* omni meliori modo, *nihil operatur, quando non habet copulam, & num.*20.

*Feudum Eccleſiaſticum non amittitur propter crimen læſæ maieſtatis commiſſum in Principem ſecularem, etiam ſupremum: ſed ad Eccleſiam deuoluitur, num.22. & in addit. litera* [e], *vbi de materia.*

*Crimen læſæ maieſtatis commiſſum in Principem Papæ confœderatum, dicitur etiam commiſſum in ipſum Papam, num.22.*

D *Reſtitutio bonorum confiſcatorum trahitur etiam ad bona in alterum alienata, in caſu, de quo num.24.*

*Feudatarius habens facultatem ſubinfeudandi, non dicitur habere facultatem donandi, num.26.*

*Donatio eſt multò amplior, quàm feudum, num.*26.

*Feudatarius donare non poteſt ſine conſenſu domini, num.26. in fine.*

## DECISIO XVI.

Galeottus † Pedocha ciuis Mirandulanus, dum in hu- 1
manis ageret, poſſedit quædam bona feudalia ab ipſo
acquiſita, exſiſtentia in territorio Curiæ Podij, quã in feu-
dum obtinent ab Epiſcopo Mantuano Illuſtriſſ. D. D. de
Gonzaga, poſteà verò de anno 1568. die 5. Nouemb. præ-
E fatus Galeottus vti rebellis, proditor & læſę maieſtatis reus,
confeſſus & conuictus, eò quòd conſpirauerit cõtra ſtatum
& vitam Illuſtriſſimi D. Ludouici Comitis Mirandulę, con-
demnatus fuit in pœnam capitis, & confiſcationis bonorũ,
& commiſſum, vt ei caput amputaretur. De his habita noti-
tia ab Illuſtriſſimo Domino Maximiliano Gonzaga feuda-
tario, prætendens dictus Illuſtr. D. Maximilianus dicta bo-
na feudalia olim poſſeſſa per Dominũ Galeottum fuiſſe ad
ipſum deuoluta ob infamiã prædicti Q. Galeotti, occaſione
dictæ condemnationis capitalis ob crimen læſæ maieſtatis.
De menſe Nouemb. 1569. dicta bona feudalia, & omne ius,
quod in eis habebat, donauit inter viuos Domino Ioanni
Baptiſtæ Lutio, quam donationem etiam in codicillis con-
firmauit. Hinc orta controuerſia ſuper dictis bonis inter-
heredes Galeotti ex vna, & Dominum Ioannem Baptiſtam
Lutium

Lutium ex altera, prolata ſententia in partibus ad fauorem A
Dn.Lutij, cauſa fuit ad Curiam deuoluta: & quoniam he-
redes dicti Galeotti impugnabant dictam conceſſionem in
fauorem Lutij ex eo capite, quòd non proceſſit aliqua ſen-
tentia declaratoria, ideò propoſui dubiū in Rota cum qui-
buſdam præſuppoſitis: An præfatæ conceſſiones & inueſti-
turæ, factæ in fauorem prædicti D. Lutij per Illuſtriſſ. D.
Maximilianum Gonzagam, ſint habendę in aliqua conſide-
ratione, ex quo non conſtat pręceſſiſſe aliquam ſententiam
declaratoriam priuationis dictorum bonorum feudalium
contra præfatum Galeottum. Et pro nullitate dictarū con-
ceſſionum ex iſto capite plura in medium adducebantur.

2 Primò, allegatur † illa communis concluſio, quòd in ca-
a ſibus, in quibus vaſallus incurrit pœnā priuationis feudi,
regulariter non priuatur ipſo iure, ſed ſequuta ſententia de- B
claratoria, Alex. *conſil.124 lib.5.* Socin.iun. *conſil.69. num.28. lib.1.de commun.* Clar. *in § feudum quæſt.49 num. . . . & q.42.*
quæ proferenda eſt cum cauſæ recognitione & citato feu-
datario, Ruin. *conſil.153.num.15.lib.1.* Natta *conſil.93.per totum,*
Cephal. *conſi.241.num.35.* & bene per Grammat. *deciſ.15.nu.8. cum ſeq.* Cùm igitur Illuſtriſſimus Dominus Maximilianus
conceſſerit huiuſmodi bona feudalia Dn.Lutio, non præ-
cedente aliqua ſententia declaratoria, dicta conceſſio vide-
tur nulla, & per conſequens ex illa nullum ius fuiſſe acqui-
ſitum dicto Domino Lutio, quia ante ſententiam priuatio-
nis dominus feudi non poteſt in eo ſe intromittere, vt per
Alex. *conſil.103.num.17 lib.1.* Rolan. *conſil.150.nu.9.& ſeq.lib.1.*

3 Secundò, pro † hac parte adducebatur illa communis
regula, quòd in pœnalibus, etiam quòd pœna ipſo iure in-
curratur, tamen ſemper requiritur ſententia declaratoria, vt C
per Felin. *in cap. Rodulphus, num.35.de reſcriptis,* Abb.& Dec.
*in cap.peruenit il 1.de appellationib.* quia veritas meri facti eſt
declaranda per ſententiam iudicis, Iaſ. *in l.ſtipulatio, §.habet, num.8.ff.de nou. oper. nunc.* Facit, quod in ſimili concludit
Ruin. *conſil.258.& ſeq.& num.31.verſic.item & 2.lib.2.* vbi di-
citur, quòd pœna non habet ſuum effectum, niſi præcedat
ſententia declaratoria.

4 Tertiò dicebatur, quòd † dato etiam, quòd illa inueſti-
tura in fauorem dicti Lutij virtualiter contineret declara-
tionem Illuſtriſſimi Domini Maximiliani, & illa declaratio
ſufficeret: tamen iſto caſu ipſe non erat iudex competens
in cauſa propria; & ideò cauſa erat tractanda coram pari-
bus Curiæ, & ibi ſententia ferenda, Natta *conſil.174.num.7.*
Cephal. *conſil.247.num.35.* Clar. *in d.§.feudum, quæſt.90.* etiam D
quòd vaſalli ſint contumaces, Cephal. *d.conſil.241.num.37.*

5 Quibus † tamen non obſtantibus, contrarium per Do-
minos reſolutum fuit: nempe in caſu, de quo agitur, non
fuiſſe neceſſariam ſententiam declaratoriam ad effectum
validitatis dictæ conceſſionis. Mouebantur, quia, cùm bo-
na feudalia, de quibus agitur, fuerint acquiſita per Galeot-
tum, & ſic in feudo nouo clarum eſt, quòd ex quacunque
cauſa feudatarius priuetur, etiamſi delictum nō concernat
perſonam Domini, feudum ad Dominum deuoluitur, ex-
cluſis deſcendentibus, agnatis [b], *cap.1.§.fin.* vbi omnes, *quæ fuit prima cauſa benefic.amitt.* Curt.iun. *in tract.de feudi.5.par. concluſ.2.num.9.* quem refert Clar. *in §.feudum, quæſt.66.nu.7.*
& plures cumulat Burſat. *conſil.148.num.5.lib.2.*

6 Mouebantur, † quia cum Galeottus fuerit per ſenten- E
tiam condemnatus in Curia Mirandulæ ob crimen læſæ
maieſtatis, in pœnam capitis & publicationis bonorum,
iſta bona feudalia fuerunt ad D.deuoluta, licèt in alieno
territorio fuerit lata ſententia; quia quando condemnatur
c quis ex diſpoſitione iuris communis [c], & bona publican-
tur, tunc nō eſt dubium, quòd bona applicantur Domino,
in cuius iuriſdictione ſita ſunt, vt per Boſſ. *in tit.de bon.publie.num 62.* Marſil. *in l.fin.ſub num. 86.ff.de iuriſd.omn.iudic.*
cum aliis allegatis per Clar. *§.fin q.78.num.27.* & licèt Boſſ.
*in d.tit.num.65.* dicit, quòd poteſt fieri nouus proceſſus in
alio territorio, quando ſententia eſt lata in diuerſo territo-
rio: tamen ibi loquitur, quando ſententia eſt reſtricta in pu-
blicatione bonorum exiſtentium in illo territorio, quia
tunc in alio requiritur nouus proceſſus; ſecus autem in ca-
ſu iſto, in quo ſententia ſimpliciter eſt prolata ſuper publi-
catione bonorum.

7 Quibus firmatis †, patet reſponſio ad allegata in con-
trarium. Nam non obſtat primum fundamentum, quia
A poſſet procedere, quando non exſtaret aliqua ſententia.
Hic autem lata erat ſententia condemnatoria contra Ga-
leottum, quæ, vt ſuprà dictum eſt, decreuit etiam in alie-
no territorio, adeò vt ad effectum deuolutionis non re-
quiratur alia ſententia. Præterea domini dicebant, quòd ſa-
tis fuit verificare iſtam condemnationem & publicatio-
nem in proceſſu poſteà facto coram Commiſſario Curiæ
Podij, ex his, quæ adducit Dec. *in conſi.156.ſub num.3.verſ. & quia in propoſito caſu.*

Ad ſecundum † pariter reſponſum fuit, quòd vbi ſumus 8
in facto notorio [d], non requiritur alia declaratoria, vt per d
Felin. *in d.c. Rodulphus, num.35. de reſcript.* Quæ notorietas
reſultat ex dicta ſententia lata contra confeſſum & conui-
ctum, nec requiritur hoc caſu alia declaratoria; quia cùm
B conſtet de priuatione in ſimilibus caſibus ad euitandū cir-
cuitum, Rota non requirit aliam declarationem, vt fuit re-
ſolutum coram bon.memor. Oradino Rom. Vinearum 20.
Iunij 1572. De quo ſtylo etiam atteſtatur Galeſ. *de oblig. in forma Cameræ, in tit.de liquid.num.15.* & cùm non eſſet ne-
ceſſaria ſententia, non erat exſpectādum iudicium tractan-
dum coram paribus Curiæ, quia id procederet, ſi non con-
ſtaret aliunde de priuatione.

Ex quibus † Domini concluſerunt, in caſu iſto nō fuiſſe 9
neceſſariam ſententiam declaratoriam priuationis dicto-
rum bonorum, ad effectum validitatis dictæ conceſſionis
& inueſtituræ, circumſcriptis pro nunc aliis, quæ pro parte
Dominorum de Pedochis opponūtur contra inueſtituram
factam in fauorem D.Lutij, de quibus poſteà videbitur.

## ALIA DECISIO.

C Et in † eadem 27.Nouemb.1579. Domini dixerunt, va- 10
liditatem inueſtituræ D. Lutij pendere ab eo, an ſententia
confiſcationis bonorum lata Mirandulę contra Galeottum
Pedocham ſit prolata ex diſpoſitione iuris communis, vel
vigore ſtatuti particularis. Quia ſi vigore ſtatuti particula-
ris, bona extra territorium non potuerunt confiſcari ex do-
ctina Bart. communiter approbata *in l.cunctos populos, in fin. C.de ſum.Trinit.* Clar. *in pract.crim quæſt 78. num 27.* Et ideò
cùm non producatur proceſſus, illa ſententia nihil ſuffraga-
tur, præſertim ex ſtylo Rotæ, vbi ſententia ſine proceſſu nō
habetur in conſideratione, Mohed. *deciſ.319.*

## ALIA DECISIO.

D Et in † eadem die 9.Decemb.1580. coram Aldobran- 11
dino, nunc S. D. N. dicebatur, quòd, cùm propoſita diffi-
cultas, vt plurimùm ab eo pendere videatur, an ſententia la-
ta contra Galeottum Pedocham fuerit lata ex diſpoſitione
iuris communis, an verò vigore ſtatuti municipalis? idcirco
ad hoc ſe Domini reſtrinxerūt, & quoad condemnationem
& declarationem, quòd inciderit in crimen læſæ maieſtatis,
non fuerunt concordes, imò paribus votis in contrarias
iuerunt ſententias. Nonnulli enim tenebant, ſententiam
præfatam latam eſſe tam de iure communi, quàm ex diſpo-
ſitione ſtatuti. Et ad hoc ponderabant in primis commiſ-
ſionem datam à Comite eius Auditorij, procedendi contra
inquiſitos in illis verbis, (*ſecon le leggi, e ſtatuti dello ſtatuto*
E *noſtro*) ex quibus apparet, de vtroque fieri mentionem.

Secundò † ponderabant votum Michaëlis Angeli Sor- 12
bolungi, cum quo Comes voluit cauſſam terminari; dum
enim in eo loquitur de Lancelotto dicens (*Credo per giuſtitia ſi poſſi condemnare in pena della vita, e confiſcatione de ſuoi beni, ſi per la diſpoſitione della ragione commune, come anco per il gagliardo ſtatuto, del quale V. S. mi ha mandata copia.*) Et
poſteà ſubiungit (*Et nella medeſima della vita, e confiſcatione de tutti gli beni, credo ſia caſcato M.Galeotto Pedocha.*) Si ergo
Galettus incidit in eandem pœnam: ergo tam de iure com-
muni quàm ex diſpoſitione ſtatutorum, cùm ſuprà de am-
bobus loquutus fuerit, maximè, quia cùm hoc crimen eſſet
grauiſſimum, nulla veriſimilitudo, ſecundum ita tenentes,
viget, quòd iudices voluerunt minorare pœnam, cùm regu-
lariter ea delicto ſit commenſuranda.

Ponderabant † etiam ſententiam, dum in ea recenſen- 13
tur delicta, inter quæ recenſetur crimen non reuelationis,
ad quam inquit eos obligatos fuiſſe tam ex forma iuris com
munis, quàm ex forma ſtatutorum.

14 Inſuper † vltimo loco ponderabatur, ſententiam declarare iſtos incidiſſe in crimen læſæ Maieſtatis, de quo crimine nulla fit mentio in ſtatuto: vnde in hac parte oportet fateri ſententiam latam ex diſpoſitione iuris communis, non autem ſtatuti de hoc crimine minimè loquentis.

15 Ad reliqua † verba ſententiæ ponderata, pro alia parte reſpondebant, illa intelligi cumulatiuè, & potiùs augmentatiuè quàm reſtrictiuè, propter dictionem illam *ad l. ea tamen adiectio, de leg.* 3.

16 Alia † contrarium aſſerebāt: dicebant enim, quòd quantumuis Sorbolungus aſſerat, reos potuiſſe in huiuſmodi pœnis condemnari, tam ex diſpoſitione iuris communis, quàm ex diſpoſitione ſtatuti, quod ipſe appellat (*gagliardo*) iudex viſus fuerit ſequi diſpoſitionem huiuſmodi ſtatuti, vti fundamentum clarum & indubitatum, omiſſa diſpoſitione iuris communis. Et ad hunc effectum ponderabant productionem ſtatuti in faciem Pedochi, dum examinaretur ad interrogationem ei factam, an fateatur ſe incidiſſe in pœnas dicti ſtatuti, & an ſecundùm illius formam fuerit proditor, ad quæ ipſe reſpondit affirmatiuè, quam confeſſionem plurimùm potuit iudex ponderaſſe.

17 Item, † quia iudex, dum recenſet quæ viderat, inquit, viſo toto proceſſu fabricato contra ipſos, ac ſtatuto Mirandulæ, & rurſus dum in eo dicitur, quòd incidit in crimen læſæ maieſtatis, & in pœnas ſtatutas in ſtatuto, ex quibus videtur apparere, iudicem ſemper ad ſtatutum reſpexiſſe.

18 Vltimò † ſummoperè ponderabant in diſpoſitiua ſententiæ verba illa, *& iuxta formam in omnibus, & per omnia præfati ſtatuti*, quæ clarè videntur inducere vnam ſtatuti diſpoſitionem præ oculis iudicem ſemper habuiſſe, ad quod in omnibus & per omnia voluit ſe referre, quod etiam ſuadebatur, quia in pœnalibus ſemper facienda eſt interpretatio, quando delictum impunitum non remanet, quòd mitior pœna cenſeatur impoſita, *l. ſi præſes, ff. de pœnis*, ex quibus reſpondebant ad ſuprà pro alia parte deducta, quòd licèt Sorbolongus putauerit hos poſſe condemnari ex cenſura iuris communis & ſtatuti, iudex viſus fuerit amplecti diſpoſitionem ſtatuti vti magis claram.

19 Quo verò † ad confiſcationem, Domini pro parte tenuerunt, huiuſmodi confiſcationem reſtrictam eſſe ad diſpoſitionem ſtatutariam, quia illa vltima verba ſententiæ, in quibus iudex in omnibus & per omnia ſe refert ad ſtatutum, videntur potiſſimùm reſpicere confiſcationem: item quia confiſcat non abſolutè, ſed Cameræ Comitis, cui non poſſunt applicari bona ſita in alio territorio.

20 Nec † obſtat clauſula, *omni meliori modo*, quia non habet copulam, & ex Achil. *de clauſul. deciſ.* 1.

21 Nec facit, † quòd iudex non potuerit applicare niſi Cameræ Comitis, non autem aliis Dominis, in quorum territorio ſita erant alia bona. Nam poterat confiſcare generaliter omnia bona, & deinde applicare fiſco ſui Domini, quæ ei applicanda erant, & ipſe non confiſcat generaliter, ſed ſpecialiter confiſcat Cameræ præfati ſui Domini, & conſequenter præſupponit, quòd ea, quæ ipſe confiſcat, Cameræ prædictæ Domini ſui applicari poſſint, quod præſuppoſitum cum eſſet in bonis ſitis in alio territorio, ſequitur, quòd ceſſet etiam diſpoſitum ipſius confiſcationis, *ad gloſ. in l. municipia, C. de ſeru. fug.*

## ALIA DECISIO.

22 Et † in eadem 27. Februarij 1581. Domini † tenuerunt, procedendum eſſe ad vlteriorem executionem rei iudicatæ, quia ex nouiter deductis, non poteſt dici detecta iniuſtitia ſententiæ. Nam cùm ſimus in feudo eccleſiaſtico [e], illud non amittitur per crimen læſæ maieſtatis, non ſolùm commiſſum in Principem ſecularem inferiorem, ſed ne quidem in ipſum Imperatorem, quia ei Papa confirmauit, & dicitur Papæ aduocatus & defenſor: & poteſt hac de cauſa Eccleſia talem delinquentem feudo priuare, quia crimen dicitur commiſſum etiam in Papam, ex quo videtur commiſſum contra ius confœderatum, *Clemen. Paſtoralis, de re iudic.* Bald. *in l. 1. num. 34. verſic. 42. ff. de rer. diuiſ.* Alciat. *in cap. 1. § fin. de prohib. feud. alien. per Fed.* Ofred. *conſil. 5. num.* 34. Gig. *de crim. læſæ maieſtat. rubr. crimen læſæ maieſt. humanæ quid ſit, quæſt. 68 num.* 10. *&* 11.

23 Ex quibus † tolluntur omnia allegata pro alia parte, quòd ſcilicet in crimine læſæ maieſtatis ipſo iure fiat confiſcatio, quia non intelligitur reſpectu feudorum ab Eccleſia obtentorum, *d. Clem. Paſtoralis*, & quòd etiam non poſſit ſtare in Sala domini propter infamiam ex traditis à Docto. *in cap. 1. an ille, qui interfecit fratrem Domini*, nihil facit reſpectu horum feudorum ab Eccleſia habitorum, quia niſi Eccleſia tales delinquentes priuet, poſſunt ſtare in Sala, nec eis prædicta ſententia nocet per ſupradicta.

## ALIA DECISIO.

Et † in eadem Lunæ 3. Iulij 1581. Domini † dixerunt, 24 non ita conſtare de iure Dominis de Pedochis, vt ſit ſuperſedendum in executione ſententiæ Rotalis ad eorum fauorem latæ, quæ in rem tranſiuit iudicatam, imò magis videtur conſtare de eorũ bono iure. Licèt enim Galeottus fuerit condemnatus in crimen, quo mediante, ſequuta dicta ſententia Eccleſiæ feudum ad eam deuoluitur, cum tamen ante vllam declarationem fuerint filij reintegrati, videtur conſequenter ſublata illa facultas ampliùs declarandi, cùm illa prouenerit immediatè abſque facto nouo Eccleſiæ ab ipſa condemnatione & confiſcatione, Ægid. *deciſ. 744. col. 1.* Felin. *in cap. inter quatuor, num. 1. de maior. & obed.* Pariſ. *conſ. 1. num. 47. in 4.* cum aliis allegatis.

Idque tantò † magis, quia ante declarationem fuerunt 25 reinueſtiti à Troiano Delphino vti Procuratore Maximiliani, de quo mandato notarius aſſerit ſe rogatũ eſſe, quod ſit Dominis admodùm veriſimile, cùm ex toto proceſſu appareat, quòd iſte Troianus omnia in iſta materia gerebat, iſte enim eſt is, coram quo nomine dicti Maximiliani fuit poſteà declarata dicta deuolutio, qui mandauit immitti in poſſeſſionem Maximilianum, quod tamen poſteà factum non fuit, & tollere videtur omnem difficultatem inueſtitura facta eiſdem filiis à Galeotto ſucceſſore dicti Maximiliani cum illa declaratione, quòd feudum non erat deuolutum, ex quo de hoc ipſe fuerat informatus.

Non obſtat, † quòd præcedat inueſtitura Lutij, quia non 26 eſt inueſtitura, ſed donatio: Maximilianus enim donauit hæc bona Lutio vltima Nouembris 1569. quam donationem confirmauit in codicillis 16. Decembris 1569. quod facere non potuit, quia licet haberet facultatem ſubinfeudandi, non autem habebat facultatem donandi. Et iſta inter ſe multum differunt; multò enim amplior eſt donatio, quàm feudum, Dec. *conſil. 32. num. 1. & conſil. 269. col. 1.* Et hinc eſt, quòd feudatarius donare non poteſt, *cap. 1. §. donare*, vbi gloſ. *qualiter olim feud. alien. pot.* Brun. *conſil. 108. num. 29.* Ex quibus non ſolùm non poteſt ſuſpicari de iniuſtitia ſententiæ Rotalis, ſed videtur illius iuſtitia ſatis clara.

## ADDITIONES.

a *POenam priuationis feudi.* De hac materia, an ſcilicet & quando feudalia bona confiſcari poſſint, ſi vis ſaturari, vide Dom. meum Farinac. *in ſua pract. crim. par. 1. tit. de delict. & pœn. quæſt. 75. num. 67. & plurib. ſeqq.*

b *Excluſis deſcendentibus & agnatis.* De hac materia, an ſcilicet & quando in caſu confiſcationis bonorum feudum deuoluatur ad dominum directum: an verò ad agnatos & alios in inueſtitura comprehenſos, vide omninò latiſſimè pertractantem D. meum Farinac. *in ſua pract. crim. par. 1. titu. de delict. & pœn num. 71. & plurib. ſeqq.*

c *Ex diſpoſitione iuris communis.* Hæc concluſio, quòd ſcilicet confiſcatio bonorum facta de iure communi, comprehendat bona ſita extra territorium confiſcantis, quando facta eſt vigore iuris communis, ſecus ſi vigore ſtatuti, regulariter bene procedit: patitur tamen multas declarationes & limitationes, quas bene explicat Dom. meus Farinac. *in ſua pract. crim. tit. de delict. & pœn. q. 25. num. 94. & plurib. ſeqq.* vbi latiſſimè reperies tractatam materiam cõfiſcationis bonorum extra territorium iudicis confiſcantis.

d *In facto notorio.* Iſta concluſio, quòd in facto notorio non requiratur ſententia declaratoria, non tranſit ſine difficultate, quia quòd imò requiratur, quando negatur qualitas notorij, pluribus comprobat Dom. meus Farinac. *in ſua pract. crim. titu. de delict. & pœn. q. 21. num. 116. & ibid. num. 112. & ſeqq.* generaliter ponit, an requiratur aliqua ſententia, & quæ. Multa ponit pro & contra, & poſteà diſtinguendo reſoluit.

*In feudo*

c *In feudo eccleſiaſtico.* De iſta materia, an ſcilicet & quando poſſit confiſcari feudum, præſertim eccleſiaſticum, propter crimen læſæ maieſtatis, vide Dom. meũ Farinac. *in ſua pract. crim. par. 1. tit. de delict. & pœn. q. 25. num. 66. & num. 91. & ſeq. & num. 105. & ſeqq.*

*Famianus Centolinus I.V.D. Galeſij.*

## BVBALI.

*Romana bonorum de Vitellis Lunæ 1. Decemb. 1578.*

## ARGVMENTVM.

Bannitus propter homicidium, quando incapax ſit hæreditatis ſibi delatæ, etiam reſpectu legitimæ, & quid ſi fuerit reſtitutus, an etiam reſtitutus cenſeatur ad ius recuperandi legitimam & hereditatem tempore banni alteri acquiſitas.

## SVMMARIA.

*Bannitus propter homicidium, vigore Bullarum non poteſt ſuccedere in hereditate matris ſibi delata tempore banni, num. 1. & in additionib. litera a, vbi etiam quid de iure communi & Bullis circumſcriptis.*

*Bannitus propter homicidium, nec etiam ſuccedit in legitima patris aut matris defunctorum tempore banni vigore Bullarum Apoſtolicarum, ſed quid de iure communi, num. 1. & in addit. litera b.*

*Paria ſunt, filium non eſſe vel eſſe inhabilem ad ſuccedendum, ſub num. 1.*

*Ius accreſcendi habet locum etiam in legitima, num. 1. in fin.*

*Bannitus reſtitutus cenſetur reſtitutus ad ea, quæ habebat tempore confiſcationis, non autem ad ea, quæ obuenerunt poſteà, & quæ ad ipſum ſpectaſſent, niſi fuiſſet incapax, & ſic nec etiam cenſetur reſtitutus ad hæreditates ſibi delatas tempore banni, & præſertim alteri acquiſitas & apprehenſas, num. 2. & in addit. litera c, vbi de materia.*

*Bannitus reſtitutus etiam ad bona alteri quæſita, an cenſeatur etiã reſtitutus ad ius petẽdi legitimam in bonis matris defunctæ tempore banni, num. 3*

*Confiſcatio non trahitur ad bona futura, num. 5. quod an verum ſit & quando, in addit. litera d.*

*Reſtitutio nihil aliud eſt, quàm rerum amiſſarum recuperatio, num. 6. in fin.*

Nunc, *dictio, includit tantùm tempus præſens, & excludit præteritum, num. 7.*

*Actus quando valet ex nunc, non attenditur ſtatus antecedens, num. 7.*

*Ius quærendum & in ſpe conſiſtens, prout eſt ius adeundi, non dicitur eſſe in bonis ante aditionem, num. 8.*

*Primogenitus reſtitutus poſt mortem patris, non recuperat ſpem ſuccedendi, quam habebat in vita patris, num. 8. in fin.*

*Reſtitutus in pleniſſima forma, cenſetur etiam reſtitutus ad bona alteri acquiſita, ſiue in aliũ tranſlata, quod an verum ſit, & quãdo. num. 9. & in addit. litera e.*

*Caſſatio & abolitio ſententiæ operatur, quoad præterita immediatè ex ipſo actu caſſato prouenientia, non autem ad ea, quæ tertio acquiruntur mediatè ex ipſo actu, num. 10.*

*Bannitus reſtitutus an & quando recuperet ius ſucceſſionis tanquàm dependens à iure ſanguinis, numer. 11. & ibi in additionibus litera f, vbi, an & quando bannitus amittat iura ſanguinis.*

*Reſtitutio non trahitur ad non quæſita, ſed ad amiſſa tantùm, nu. 11.*

## DECISIO XVII.

1 CONcluſerunt † Domini Illuſtriſſ. D. Alphonſon Vitellio agenti ad bona materna obſtare exceptionem incapacitatis oppoſitam ex parte Illuſtriſſ. D. D. heredum bonæ mem. D. Angelæ. Nam cùm tempore mortis Illuſtriſſ. D. Angelæ reperiretur condemnatus in pœnam capitis, & confiſcationem omnium bonorum per Gubernatorem ciuitatis Caſtelli ex cauſſa homicidij, reſultat eius incapacitas vigore Bullarum cõtra homicidias editarum, qua ſtante non pote-
A rat ſuccedere in hereditate [a] matris, & effectus fuit incapax a
etiam reſpectu [b] legitimæ, vt per Alex. *conſil. 75. nu. 4.* Ruin. b
*conſil. 49. colum. 2. in princ.* de communi teſtatur Ludou. Carr. *
*inter conſil. crim. conſil. 103. num. 5. & 6. tom. 1.* quia paria ſunt, filium non eſſe, vel eſſe inhabilem ad ſuccedendum, *l. 1. §. ſi. ff. quod cuiuſq. vniuer. nom.* & cùm inſtituti in teſtamento D. Angelæ illius hereditatem adiuerint, illicò legitima D. Alphonſi accreſcit dictis inſtitutis, cùm etiam in legitima ſit locus iuri accreſcendi, Iaſ. *in l. planè, §. ſi duobus, num. 21. cum ſeq. de legat. 1.* Rip. *in l. re coniuncti num. 211. de leg. 3.* qui teſtatur de communi.

2 Nec obſtat † reſtitutio obtenta per Illuſtriſſ. Dom. Alphonſum, quoniam circumſcripta prægnantia clauſularum, de qua particulariter videbitur, Domini intelligebant, D.
B Alphonſum fuiſſe reſtitutum ad omnia, quæ verè habebat tempore confiſcationis: non autem ad ea, quæ ſibi obuenire potuiſſent, ſi non fuiſſet incapax, quia reſtitutio illa non
comprehendit [c], iuxta doctrinam Bart. *in l. fin. nu. 8. C. de ſent. paſſ.* Bald. *in authen. excipitur, C. de bon. quæ liber.* de communi, Boſſ. *de remed. ex ſola clem. in princ. num. 13.* Galliaul. *in l. Gallus, §. & quid, ſi tantum, nu. 58.* & ibi Ruin. *in 2. lect. ſiue addit. num. 63. de lib. & poſtul.* præſertim cum reſtitutio fuerit conceſſa, poſtquam hæreditas fuit adita per inſtitutos, vt per Iaſ. *in d. §. & quid, ſi tantum, num. 61.* & ibi Galliaul. *in d. nu. 58.* idque comprobabant ex diſtinctione Aret. *in l. ſi quis mihi bona, §. 1. ſub num. 3. verſi. quid autem iuris eſſet ff. de acqu. hæred.* vbi diſtinguit, quòd aut hereditas patris eſt delata filio ante incapacitatem, & tũc per reſtitutionem filius recuperat ius
C adeundi, ſi non fuit adita, & ratio eſt, quia recuperat ius adeundi, quod habebat ante incapacitatem: aut fuit delata tempore, quo fuit incapax, vt in caſu, de quo agitur, & tunc non recuperat. Quam diſtinctionem latè cõprobat Ruin. *in loco præcitato.*

3 Pariter † non obſtat, ſi dicatur, quòd cùm Illuſtris D. Alphonſus per reſtitutionem ſibi conceſſam recuperet omnia bona, quæ alteri fuerunt quæſita ex ſententia condemnatoria contra ipſum lata, cenſeatur etiã recuperaſſe ius petendi legitimam portionem in bonis matris, quæ ſtante ſua incapacitate, fuit acquiſita heredibus inſtitutis ex deciſio. Ægid. 744. & aliis per informantes allegatis, quia fuit reſponſum, quòd hoc ius non fuit quæſitum heredibus inſtitutis immediatè ex condemnatione D. Alphonſi, ſed ex diſpoſitio-
D ne matris & eius morte ſuperueniente tempore incapacitatis, quia condemnatio non potuiſſet hunc effectum operari, niſi mortua fuiſſet mater. Et ita bene declarat Ægid. *in d. deciſ. colum. antepenult. verſic. item quæro,* & optimè poſt alios Pariſ. *in d. §. & quid, ſi tantùm, num. 103.* & ibi Ruin. *num. 63.* ibi, *ſed alio caſu, quo erat incapax.*

4 Minùs † obſtant tradita per Socin. iun. *in d. §. & quid, ſi tantùm, num. 107. & num. 108.* quia, vt ipſe dicit, eius opinio eſt contra omnes Doctores.

5 Nec † Illuſtris D. Alphonſus poteſt dicere ſe reſtitutum ad iſtud ius petendi legitimam tanquam fiſco acquiſitum ex ſua condemnatione, quia in confiſcatione non veniunt
bona futura [d], vt latè per Clar. *in pract. crim. §. fin. q. 78. nu. 24.* d

## ALIA DECISIO.

E
6 Verùm quia † Domini reſeruarunt videre, ex clauſulis appoſitis in reſtitutione poſſet dici, quòd Illuſtr. D. Alphonſus fuerit reſtitutus etiam ad iſtud ius petendi legitimam, ideò Lunæ 26. Ianuarij 1579. propoſito per me dubio reſtricto ad prægnantiam clauſularum, Domini reſoluerunt in dicta reſtitutione D. Alphonſi non contineri talem prægnantiam clauſularum, vt dicatur reſtitutus ad ius petendi dictam legitimam. Moti fuerunt, quia omnia verba prægnantia iſtius reſtitutionis regulantur ab illis verbis, *reſtituimus, reponimus, & reintegramus,* quæ quidem verba præſupponunt acquiſitionem, & trahuntur ſolùm ad amiſſa, non autem ad non acquiſita; cùm reſtitutio ſit rerum amiſſarum recuperatio, *l. fin. §. fin. C. de ſent. paſſ.* & ibi Bart. *num. 18.* Bald. *in auth. excipitur, C. de bonis quæ liber.* Galliaul. *in l. Gallus, §. & quid, ſi tantùm, nu. 58.* & ibi Alciat. *num. 130.* Calca. *conſil. 52. num. 13.*

7 Secundò † mouebantur, quia reſtitutio eſt reſtricta & limitata ad tempus præſens, cùm dicat, *ex nunc reſtituimus,*

ex quo ſequitur, quòd Papa noluerit reddere eum capacem, niſi *ex nunc*, quæ dictio tantùm includit tempus præſens, & excludit præteritum, *gl. in Clem. 2. in verbo, ex nunc, de hæret.* & ibi Card. *in 1. oppo.* & Vital. *num. 23.* bene Guid. Pap. *conſi. 202. num. 3.* & ad iſtum propoſitum *gl. in l. 1. in verbo, iudicatum, C. de codicill.* & ibi Iaſ. *num. 4.* Vbi dicit, quòd quando actus valet *ex nunc*, non attenditur ſtatus antecedens, & ideò quando miles facit codicillos iure militari, in quibus non detrahitur Trebellianica, ſi poſtquàm deſinit eſſe miles, illos cõfirmat, valent *vt nunc*, & priuilegium militis antecedens non habetur in conſideratione. Cùm igitur in iſta reſtitutione Papa voluerit tantùm attendere tempus conceſſionis, licèt in ea ſint verba ampliſſima & prægnantia, non reddunt tamen D. Alphonſum capacem tempore mortis matris, prout requirebatur ad hoc, vt poſſit petere ſupplementum legitimæ; quia ſtante limitata reſtitutione ad tempus, non poſſunt coniungi tempus banni & tempus reſtitutionis, & ſic operari iſtum effectum, vt etiam medio tempore D. Alphonſus diceretur capax.

8 Tertiò mouebantur †, quia in iſta reſtitutione non adſunt verba, quæ poſſint importare reſtitutionem ad iſtud ius petendi ſupplemẽtum legitimæ; nam reſtitutio eſt ad patriam, famam, gradus, honores, dignitates, prærogatiuas & officia, necnon res & bona & priſtinum ſtatum, in quibus non includitur iſtud ius; nam appellatione, *bonorum*, iſtud ius venire non poteſt, quia non erat in bonis D. Alphonſi tempore cõdemnationis ipſius, ex quo eius mater adhuc viuebat, & legitima non debetur filiis in vita parentum: habebat igitur D. Alphonſus tantummodò ius in ſpe, & propterea intrat concluſio, quod ius quærendum & in ſpe conſiſtens non dicitur eſſe in bonis matris, *l. ſubſtitutio, ff. de acquir. rer. domin.* cum aliis allegatis per Tiraq. *in l. ſi vnquàm, in verbo, donatione largitus nu. 186. C. de reuocan. donat.* & propterea ius adeundi non dicitur eſſe in bonis matris, antequàm fiat aditio, vt poſt alios bene deducit Rebuff. *in l. vnica, gl. in verbo, dupli, num. 23. C. de ſenten. quæ pro eo quod inter.* Facit etiam, quia primogenitus reſtitutus poſt mortem patris non recuperat ſpem ſuccedendi, quam habebat in vita, per Iſern. *in cap. 1. §. prætereà, nu. 14. in fi.* & ibi afflict. *num. 90.* quæ fuit prima cauſſa benef. *amitten.* Gig. *de crim. læſæ maieſtat. lib. 2. q. 20.* ex quibus licèt etiam colligi poteſt reſponſio ad allegata in contrarium, tamen ſigillatim reſpondendum.

9 Non obſtat † inprimis fundamentum, quod reſtitutus in pleniſſima forma, cẽſetur etiam reſtitutus ad bona alteri acquiſita, ſiue in alium translata [e], vt voluit Card. *in c. quia diligentia, q. 3. de elect.* quem ſequitur ibi Imol. *num. 6.* Felin. *in cap. quatuor, num. 6. verſi. cui adde, de maior. & obed. & in c. vergentis, num. 2. de hæret.* Alex. *in d. § & quid ſi tantùm, num. 20. verſi. 2. limitatur*, & ibi Soci. *num. 18.* Seiſel. *num. 33.* Galliaul. *num. 72.* Alciat. *num. 132 cum ſeq.* Ruin. *conſi. 21. num. 9. lib. 5.* Pariſ. *conſi. 1. num. 37. cum ſeq. lib. 4.* Port. Imol. *conſi. 48. num. 6.* & teſtatur eſſe communem Rub. Alexan. *conſ. 154. num. 6.* quia fuit reſpõſum, quòd licèt illa opinio ſit multùm controuerſa, nam cõtrarium tenuit Aret. *in l. 1. in princ. in 2. not. de acq. poſſeſ.* Iaſ. *in d. §. & quid ſi tantùm, num. 78.* Ruin. *num. 192.* Pariſ. *num. 104.* Crot. *num. 120.* Bolog. *num. 220.* latiſſimè Fortun. Gar. *num. 241. & ſeq.* Dec. *in c. fin. num. 8. & 9. de conſtit.* Menoch. *de recuper. poſſeſſ. remed. 10. num. 116.* Clar. *in Pract. crim. §. fin. q. 59. ver. item quæro*, nihilominùs non videtur poſſe procedere in caſu iſto, tum quia, vt ſuprà dictum eſt, omnia procedunt, vt ex nunc, tum etiam, quia opinio Card. procedit, quando reſtitutus per cõdemnationem amiſerat bona poſteà alteri quæſita, non autem, quando illa nondum acquiſiuerat, prout in caſu iſto per ea, quæ ſuprà dicta ſunt.

10 Minùs obſtat † abolitio & caſſatio ſententiarum, quia huiuſmodi abolitio operatur hunc effectum, vt intelligantur caſſata præterita, quæ immediatè ex ipſo actu caſſato proueniunt, non autem extendere ad ea, quæ tertiò acquiruntur mediatè ex ipſo actu, vt bene poſt Cardin. diſtinguit Aretin. *in c. ad petitionem, num. 14.* vbi Ioan. de Anan. *num. 4.* & Felin. *num. 14. de accuſat.* latè proſequitur Socin. *conſi. 266. ſub num. 53. verſi. 10. quibus infero, lib. 2.* Cùm igitur in propoſito bona peruenerint ad heredes Dom. Angelæ non immediatè ex banno, ſed ex diſpoſitione & obitu Dom. Angelæ ſuperueniente tempore, quòd Alphonſus erat incapax, meritò caſſatio ad iſta non extenditur, & tantò magis, cùm in dubio non debeat præſumi, quòd voluerit Papa tertio præiudicare, ſtante reſtitutiua, *ex nunc*, & etiam, quia in iſta reſtitutione non derogauit regulæ de iure quæſito non tollendo.

Nec obſtat, † quòd reſtitutus recuperat ius ſucceſſionis 11 tanquam dependens à iure ſanguinis [f], vt poſt Bart. *in l. 1. §. fin. de bonor. poſſeſ. contra tabul.* tradit Ruin. *in d. §. & quid, ſi tantùm, num. 181.* quia iſta procedunt, quando ius non eſt alteri quæſitum, quod apparet, quia ibi Bartol. non loquitur, quando alius primum locum occupauerat. Et ratio eſt, quia reſtitutio non trahitur ad quæſita, ſed ad amiſſa tantùm, vt bene declarat Bald. *in d. authent. excipitur, num. 1. C. de bon. quæ liber.* Vnde non poteſt dici Illuſtr. D. Alphonſus reſtitutus ad ius petendi legitimam, quia licèt ſit dependens à iure filiationis, tamen iſtud nondum acquiſiuerat.

## ADDITIONES.

*IN hereditate.* Aduerte, quòd non ſine myſterio dicitur in hac deciſione, quòd banniti vigore Bullarum ſunt incapaces hereditatis ſibi delatæ; nam dictæ Bullæ auferũt omne auxilium, & omnem fauorem bannitis, necnon illos excludunt ab omni actu legitimo: quo caſu ipſi banniti amittunt etiam ea, quæ iuris communis ſunt, & conſequenter tempore banni non poſſunt ſuccedere in hereditate ſibi delata, tam ab inteſtato, quàm ex teſtamento, Gozadin. *conſ. 96. num. 8. ad med. verſ. ſecundò reſpondeo, il 1.* Boſſ. poſt Alexan. quem allegat *in tit. banniti quid amittant, num. 14. poſt medium, verſic. ſed quid, ſi ſtatutum, & d. num. 14. in fin. verſic. tamen aduerte.* Menoch. *conſil. 492. num. 2. & 3. lib. 5.* Honded. *conſil. 83. num. 14.*

Verùm circumſcriptis dictis ſtatutis ſeu Bullis ſic denegantibus bannitis fauorem & auxilium, eóſque excludentibus ab omni actu legitimo, vt ſuprà, de iure communi bannitus capax eſt hereditatis ſibi delatæ tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato tempore banni; dummodò hereditas deferatur ſecundùm ius commune, Cyn. *in l. 1. poſt num. 3. C. de hered. inſtit.* poſt Iacob. de Rauen. quem allegat, & ibi etiam hoc adnotarunt Bart. *poſt num. 3. verſic. ſed ſi teſtamentum eſt validum.* Adden. ad Bartol. ibi, *litera F.* Alberic. *num. 4.* vbi quod ita communiter tradunt Doctores, *& num. 5.* vbi pluribus hanc probant opinionem, *& num. 117. in fin. verſic. in caſu ergo*, quamuis multa in contrarium adducat, *nu. 6. & 7.* Angel. *num. 1.* Salicet. *num. 20. verſic. ſimiliter quærebam*, Paul. de Caſtr. *num. 4. verſic. ſi verò ſi inſtituitus ſecundùm formam iuris communis*, Iaſ. *num. 5.* Cornel. *poſt num. 5. verſic. & ideò bannitus poteſt heres inſtitui*, vbi de communi, *& num. 7.* Alexand. *conſil. 75. num. 2. lib. 1.* vbi de magis communi, Nell. *de bannit. in 1. par. 2. tempor. quæſt. 37.* vbi quod ita dicunt communiter Doctores, *& quæſt. 38.* vbi quod in hoc omnes Doctores ſequuntur Bart. *vbi ſuprà*, Rip. *in l. eo facto, §. ex facto, num. 17. verſic. ſecundò infertur, ff. ad Trebell.* Pract. Corrad. *rubr. de contumac. & bannit. num. 33. in fin.* Neuiz. *conſil. 73. per totum, vbi latè comprobat*, proponit contraria, & illis reſpondet Ludo. Cat. *conſil. crim. diuerſor. 103. num. 4. tom. 1. in fol.* vbi de communi, Ioan. Sicar. *in addit. ad Villalob. in commun. opin. litera B, num. 6.* vbi plures refert teſtãtes de communi opinione, Viui. opin. 79. *num. 3.* vbi de communi, Clar. *in §. teſtamentum, quæſt. 20. in princ.* vbi aliis relatis teſtatur de magis communi opinione, Bertazol. *conſil. 510. num. 9. lib. 2.* vbi aliis relatis hanc concluſionem dicit communiter receptam, *& conſil. 489. num. 1.* vbi de communiori opione, Gozadin. *conſil. 96. num. 6.* Menoch. *conſil. 101. num. 1.* vbi de recepta Doctorum ſententia, Bero. *conſil. 54. nu. 10. lib. 2. & conſil. 492. nu. 11. lib. 5.* Decian. *conſil. 86. num. 5. lib. 3.* vbi teſtatur de magis recepta opinione Mich. Craſſ. *in tract. de ſucceſſ. §. legatum, quæſt. 8. num. 1.* Simon de Præt. *de interpret. vlt. volunt. lib. 2. interpr. 2. dubit. 1. ſolut. 1. num. 12. fol. 124.* Tob. Non. *conſil. 93. num. 3.* Brun. à Sole *in ſuis quæſtionib. legalib. q. 16. num. 3. & nu. 11. & nu. 24.*

*Legitimæ.* Vigore Bullarum Apoſtolicarum res eſt expedita, quòd bannitus nec etiam ſuccedit in legitima ſibi debita in bonis paternis & maternis ex iis, quæ dicta ſunt in præcedenti addit. Verùm circumſcriptis Bullis aut ſimilibus ſtatutis, res pariter non tranſit ſine difficultate, Bald. enim *in l. ſi qua pœna ff. de his, qui ſunt ſui vel alieni iuris*, dixit, quòd filio bannito in ære & in perſona non debetur legitima in bonis patris, Fiſcúſque ex perſona filij illam petere non

non poteſt: & Baldum ſic dicentem ſequuti ſunt Paul. de Caſtr. Alexand. Iaſon, Dec. & iun. in locis per Peregrin. (qui tamen eos non ſequitur, vt mox eum referam) *in tracta. de iure fiſci, lib. 3. tit. 7. num. 31.* Addo pro hac eadem opinione Catel. Cott. *in memoral. in verſi. bannitus ex crimine capitali,* vbi etiam poſt Bartol. & Alexand. *in locis per eum relatis,* dixit, quòd ex quo banniti habentur pro mortuis, hoc ideò non eſt neceſſe, vt in teſtamentis eis relinquatur legitima, nec Fiſcus eius nomine poteſt eam petere, ex quo eius loco alter ſuccedit, & latiùs *in verſic. teſtamentum, in quo pater,* vbi alias refert cócordantes opiniones, & alia ponit in materia, & Cottam refert Hippol. Rimin. *conſi. 195 ſub num. 3. lib. 5.* faciunt ſcripta per Decianum *num. 86. num. 35. lib. 5.* vbi conſuluit, filium non ſuccedere in legitima ſibi teſtamento patris relicta.

B Contrarium, quòd imò banniti legitimam non amittant, & quòd in caſu, in quo illa non venit in confiſcatione bonorum, ſicut ſunt capaces hereditatis ſibi à iure communi delatæ, *prout dixi in præcedenti addition.* ita etiam ſuccedant in eadem legitima iure naturæ debita, latè conſuluit idem Decian. *conſi. 64. num. 4. & ſeq. lib. 3.* Et dixit Peregri. *vbi ſuprà, dicto tit. 7. num. 27. ad med. verſi. item quòd nec filius, &c.* patrem non poſſe filium bannitum in teſtaméto præterire, ex Corn. & Curt. iun. *in locis per eum relatis, & nu. 42.* pariter dixit falſam eſſe Baldi deciſionem *in d. l. ſi qua pœna, ff. de his, qui ſunt* * *ſui vel alieni iuris,* & quòd etiam contra Bald. ſtat communis opinio, præterquàm in duobus caſibus. Primò, in filio bannito pro crimine læſæ maieſtatis, ſecundùm terminos *l. quiſquis, C. ad legem iul. maieſta.* Secundò, vt in vita patris filio nó debeatur legitima, adeò vt Fiſcus ex illius perſona illam capere poſſit, prout ſcripſerunt Clemen. & Gig. *in locis per eum* C *relatis.* Sed extra hos duos caſus bannitum minimè legitima driuari affirmat Peregrin. *in loco præcitato.*

c *Comprehendit.* Reſtitutus à Principe, etiam cum clauſula, vt cenſeatur reſtitutus ad ſua bona, vel ad bona amiſſa propter bánum, non recuperat hereditatem alteri tempore bánni quæſitam propter eius incapacitatem, niſi expreſsè fuerit dictum, vt cenſeatur etiam reſtitutus ad bona non quæſita, ſecundùm Boſſ. *in tit. de reſtit. quæ fiunt à Principe poſt bellum, num. 17.* Ad quam materiam vide omninò quæ dixit Dom. meus Farinac. *in Pract. crim par. 1. tit. de inquiſit. q. 6. num. 37.* & præcipuè ibidem allegatum Oddum *de reſtit. in integ. q. 99. art. 1. num. 7. & ſeq.* & Peregr. *de iure fiſci, lib. 5 tit. 2. num. 54. verſic. in hac Doctorũ varietate,* qui propoſita per eos regula; Quòd bannitus non recuperet hereditates tempore banni ſibi delatas, & alteri propter eius incapacitatem acquiſitas, illam limitant & declarant pluribus modis, quos apud eos videre D poteris, & adde Marcabr. de Anguill. *conſi. 83. num. 201.* vbi quòd bannitus, cui ſimpliciter eſt remiſſa pœna báni & cõdemnationis, vel cui plena gratia facta eſt, aut etiam reſtitutus, non recuperat hereditates alteri quæſitas, ſiue apprehẽſas, ſiue non apprehenſas, Decia. *conſi. 86. num. 6. 7. & 8. iuncto num. 42. & ſeqq. libr. 3.* Vbi relatis Paul. de Caſtr. Crot. & Nat. *in locis* per eum relatis contrarium tenentibus, illiſque reprobatis, conſuluit, bannitum etiam generaliter ſeu pleniſſimè ex gratia reſtitutum, non cenſeri vllo pacto reſtitutum ad hereditates, ſiue ex teſtamento ſiue ab inteſtato tempore banni & incapacitatis ſibi delatas, & ſiue apprehenſas, ſiue non apprehenſas ab aliis, & multò minùs tales hereditates recuperabit, ſi non niſi aduerſùs delictum & eius pœnam fuerit reſtitutus, & ab illo abſolutus, Hippol. Rimin. *conſi. 595. num. 7. & 8. lib. 5.* vbi pariter, quòd ſimpliciter reſtitutus non cẽſetur reſtitutus ad hereditatem alteri delatam. E Ad quæ etiam vide omninò Rot. *diuerſ. deciſ. 515. num. 2. & ſeqq. tom. 1.*

d *Futura.* Bona futura regulariter veniunt in confiſcatione, & propterea ſi poſt bannum & confiſcationem bonorum deferatur bannito aliqua hereditas, & tunc, aut bannitus illius hereditatis capax eſt aut incapax. Primo caſu hereditas non Fiſco, nec venientibus ab inteſtato, ſed ipſi bannito acquiritur. Secundò autem caſu venientibus ab inteſtato defertur. Sic enim materiam hanc latiùs explicauit Dominus meus Farinacius *in ſua Pract. crim. in tit. de delict. & pœnis, q. 25. num 138. & ſeqq.* Verùm, quando idem bannitus ſit capax hereditatis ſibi delatæ vel non, vide pariter latiſſimè explicantem eundem D. meum Farinac. *in d. Pract. crimin. par. 2.* A *quæſt. 102.* vbi ad ſaturitatem ponit, quid amittant banniti propter bannum.

e *Tranſlato.* De hac materia, an ſcilicet & quando bannitus reſtitutus & aggratiatus cenſeatur etiam reſtitutus ad bona in alium tranſlata, vide regulam negatiuã cum quatuor ampliationibus, & quinque limitationibus, poſitam per D. meum Farinac. *in ſua pract. crim. par. 1. titu. de inquiſit. quæſt. 6. num. 33. & ſeqq.*

f *Sanguinis.* Bannitus an amittat iura ſanguinis, filiationis ſcilicet, cognationis & agnationis? Facere potes concluſionem negatiuam, ſed quomodo eadem concluſio intelligatur, & quoad quem effectum, vide declarantes Alex. *conſil. 75. poſt num. 8. verſic. pro hoc facit, lib. 1.* Catel. Cott. *in memoral. verſic. bannitus ex crimine capitali,* Petr. à Plac. *in Epit. delict. cap. 44. num. 1. in fine,* Tiraquell. *de retract. tit. 1. §. 1. gloſ. 9. nu. 29.* B Ioan. Petr. Surd. *in tract. de aliment. tit. 1. q. 17. num. 25.* Decian. *conſil. 86. num. 35.* Peregri. *de iur. fiſc. lib. 3. titu. 7. num. 18.* Tob. Non. *conſil. 112. num. 1. in fin. & num. 7.* An autem bannitus amittat patriam poteſtatem, vide declarantem Dominum meum Farinacium *in ſua pract. crim. par. 2. tit. de variis & diuerſ. quæſt. q. 102. num. 15. & ſeqq.*

*Famian. Centolinus V. I. D. Galeſij.*

## RVBEI.

*Hiſpalen. Matrimonij 15. Aprilis 1580.*

## ARGVMENTVM.

Teſtes examinati in cauſſa criminali, non faciunt fidem plenam in cauſſa ciuili, ſed adminiculum. C

## *SVMMARIA.*

*Teſtes examinati in cauſſa criminali non faciunt fidem in cauſſa ciuili, num. 1. & quid econtrà, & de materia in addit. litera* [a].

*Teſtes examinati in cauſſa criminali, faciunt aliquod adminiculum in cauſſa ciuili, num. 1.*

*Teſtes examinati in vno iudicio criminali, non faciunt fidem ſeu indicium in alio iudicio criminali, in addit. litera* [a]. *

*Teſtes in vno iudicio examinati, quando fidem faciant in alio generaliter & remiſſiuè, in addit. litera* [a].

## DECISIO XVIII.

FVit reſolutum, † quòd in caſu iſto teſtes examinati in 1
cauſſa criminali [a], non faciunt fidem in cauſſa ciuili, ex a
D allegatis per informantes pro Maria: dixerunt tamen Domini, iſtos teſtes poſſe deſeruire pro adminiculo.

## *ADDITIO.*

a IN *cauſſa criminali.* Ad hanc materiã, an ſcilicet & quando teſtes examinati in vno, etiam in alio inter eaſdem, ſiue diuerſas perſonas fidem faciant, vide Bart. Iaſ. & alios *in l. 2. C. de edendo,* Felin. vltra alios Doctor. *in cap. cauſſam, de teſtibus.* Abb. *in cap. penult. de re iudic.* Rip. *reſponſ. 1. num. 14. tit. de iuriſd. & Imper.* Pariſ. *conſil. 87. num. 48. lib. 3.* Diaz *regul. 260.* Adden. ad Mattheſil. *ſingul. 191.* Menoch. *de arbitr. quæſt. lib. 2. caſ. 111.* Pract. Conrad. *de offic. Prætoris, in cauſſis ciuilibus, rubr. dicta teſtium aſſumendo, num. 52.* vbi ex Felin. *in loco præcitato ponit regulam, eámque ampliat & limitat pluribus modis, folio mihi 140. & de offic. Prætoris in cauſſis criminalib. rubr. de* E *negatione crimi. & tormen. num. 24. ante fin. in verſic. 25. fol. 295. colum. 1.* Vbi in ſpecie ponit; An teſtes examinati ſuper vno proceſſu contra vnum, faciant indicium contra alium ſuper alio proceſſu, tam ad inquirendum, quàm ad torquendum, Monticell. *in repert. teſtium, folio mihi 176. colum. 1. verſic. 5.* vbi an teſtes examinati in iudicio ciuili poſſint repeti in iudicio criminali, *& fol. 263 & ſeqq. vſque ad fol. 266.* Vbi generaliter, an teſtes examinati in vna cauſſa, iudicio ſeu inſtantia tam ciuili, quàm criminali, fidem faciant in alio iudicio, cauſſa ſeu inſtantia.

*Famian. Centolinus V. I. D. Galeſij.*

ILLVSTRISSIMI ET REVERENDISS.
D. Lancellotti Cardinalis.

*Romana Incendij Veneris* 17. *Iunij* 1580.

ARGVMENTVM.

De immittente ignem comburendo ſtipulam in agro ſuo, quòd teneatur, ſi ignis percurrat in agrum vicini, ad damna & intereſſe, quando in die ventoſo ignem immiſit.

*SVMMARIA.*

*Ignem immittens in die ventoſo in ſtipulam ſuam comburendam, ſi ignis vlterius euagatur & alteri damnum intulerit, culpæ reus eſt, num.* 1. *& in addit. litera* a. *Vbi de materia, præſertim, ſi requiſitus noluit exſpectare tãtum tempus, vt futuro damno præueniri potuiſſet.*

*Famulus non excuſatur, parendo domino ſuo in damnum tertij, num.* 2.

*Verba quantumuis generali reſtringuntur ad id, quod æquum eſt, & ne indebitè quis damnum patiatur, num.* 2. *in fi. & in addit. litera* b. *Vbi remiſſiuè plura de reſtrictione verborum generalium & vniuerſalium.*

DECISIO XIX.

1 FVit concluſum †, quòd ſententia Gubernatoris eſt iuſta & propterea exſequenda, quia de iure communi immittens in die ventoſo ignem in ſtipulam ſuam comburendam, ſi ignis † vlteriùs euagatur [a], & alteri damnum intulerit, culpæ reus eſt, *vt dicit tex. in l. qui occidit, §. in hac quoq; actione, ff. ad legem Aquil.* & probatur etiam *in c. ſi egreſſus, de iniur.* ſed tempore, quo ignis fuit immiſſus in hoc caſali flabat ventus, vt probant teſtes. Ideò Philippus Pannella, qui immiſit dictum ignem, dicitur fuiſſe in manifeſta culpa, *iuxta text. in l. ſi putator, ad legem Aquil.* Accedit qualitas facti, quia pluries eſt rogatus ab agentibus Illuſtr. D. Ioannis Petri, vt velit exſpectare per diem, vel per ſex, ſiue vnam horam, ad hoc, vt huic futuro damno potuiſſet præueniri, obſtinatè reſpondit nolle, proferens multa verba denotantia eius obſtinatum animum, vt deponunt teſtes.

2 Nec poteſt † excuſari ex iuſſu domini, qui præceperat dicta die ignem immitti, quia nõ tenebatur ei parêre in damnum tertij, vt latè per Dec. *in l. velle non videtur, num.* 3. *de regul. iur.* Prout nec obſtat ſtatutum artis agriculturæ, & pactum appoſitum in locatione: quia vtrumque non debet ita amarè intelligi, vt non admittant ſupradictam interpretationem, quia verba, quantumuis generalia [b], reſtringuntur ad id quod æquum eſt, ne indebitè quis damnum patiatur, Gl. & Doctor. *in l. fi. §. in computatione, C. de iur. delib.* Aym. latè *conſi.* 3. *nu.* 6. *cum ſeq. & praeced. &c.*

*ADDITIONES.*

a EVagatur. Vide de hac materia ignis dati in vno agro, & percurrẽtis in alium, Bonifac. de Vitell. *in tit. de incendiar. in tit. de damno dato, num.* 28. Firman. *in repert. in verbo, incendium, num.* 16 & omninò Curauit. *conſilio crim. diuerſ.* 116. *tom.* 2. *per tot.* & Iac. Pott. Imol. *conſi.* 72. *pariter per totum.*

b *Quantumuis generalia.* Longum eſſet ponere omnes caſus & modos, quibus & generalia & vniuerſalia verba reſtringuntur. Nec etiam breue eſſet remiſſiuè Doctores referre, qui materiam pertractant, prout latiſſime pertractauit D. meus Farinac. *in ſuis quæſtio. ciuil. ſub tit. de verb. ſignif.* vnde pro nunc ſufficiat mihi lectorem remittere ad Socin. *regul.* 229. Aym. *conſi.* 3. *&* 294. Tiraquell. *de retract. §.* 1. *gl.* 7. *num.* 20. *& ſeqq.* Duen. *regul.* 133. Nicol. Euerar. *in loco de generalitate, prope fin.* Franc. Hercul. *in tract. de negatiua, num.* 85. Oſaſc. *conſ.* 64. *nu.* 62 & deciſ. Pedemon. 90. *num.* 16. *& ſeqq. & deciſ.* 119. *num* 8. *& deciſ.* 167. *per totam in diſcurſu,* Rolan. *conſilio* 60. *num.* 47. *& ſeqq. & conſi.* 61. *num.* 43. *& ſeqq. & conſi.* 74. *nu.* 54. *& ſeqq. & conſil.* 86. *num.* 48. *& num.* 73. *& conſil.* 96. *num.* 12. *& ſeqq. num.* 28. *& ſeqq. & num.* 48. *lib.* 1. Hippol. Rimin. *in §.* 1. *nu.*

A *49. Inſtit. per quas perſon. ius nob. acquir.* Bertaz. *conſil.* 76. *nu.* 7. *& ſeqq. lib.* 1. Menoch. *de arbitr. quæſt. lib.* 2. *caſu* 54. *num.* 17. *& ſeq. & caſu* 316. *num.* 32. Cephal. *conſil.* 115. *num.* 6. *& ſeqq. & conſil.* 144. *num.* 25. Tob. Non. *conſil.* 95. *nu.* 7. Maſcard. *de prob. concluſ.* 1157. *num.* 92.

*Famian. Centolinus V. I. D. Galeſij.*

ILLVSTRISSIMI ET REVERENDISS.
Dn. Lancellotti olim Cardinalis.

*Viennenſ. Archidiaconatus, prima Iulij* 1580.

ARGVMENTVM.

B Ponuntur in hac deciſione aliqua notabilia ſuper probatione metus ad effectum reſcindendi inſtrumentum, quod dicebatur metu celebratum: necnon ſuper veritate inſtrumenti, quod pariter tanquam falſum improbabatur.

*SVMMARIA.*

*Ceſſio iuris, litis & cauſſæ valida eſt regulariter, num.* 1.

*Teſtes examinati parte non citata, & lite pendente in alio iudicio, non probant, num.* 1. *& num.* 3.

*Teſtes de auditu à parte, nihil probant ad fauorem ipſius partis, num.* 1.

*Clauſula,* non vi aut metu, ſed ſponte, &c. *appoſita in inſtru-*
C *mento, excludit præſumptionem metus, num.* 1. *ante fin. Declara, vt in addit. litera* a.

*Metus præſumptio excluditur, quando in inſtrumento exprimuntur cauſſæ, quibus quis ad ſic contrahendum adducitur, num.* 1. *in fin.*

*Metus excluditur ex præſentia amicorum, num.* 2. *& in addit litera* b, *vbi de materia.*

*Metus præſumptio in inſtrumento maximè excluditur per ſubſcriptionem eiuſdem inſtrumenti, num.* 2. *Declara, vt in addit. litera* c.

*Metus etiam ex interuallo præſumitur, quando durat illius cauſſa, num.* 2. *in addit. litera* c.

*Inſtrumenti vnica ſcriptura poteſt continere plures contractus, num.* 4.

*Reſignatio beneficij facta à procuratore habente ſpeciale mandatum, valet & tenet, num.* 3.

D *Inſtrumenti fides non dicitur vacillare, ſi illud comprobatur à duobus teſtibus, num.* 4. *in fin.*

*Inſtrumenti veritas coadiuuatur ex adminiculis, num* 5.

*Inſtrumentum maximè præſumitur verum, ſi fuit ſubſcriptum à parte, num.* 5.

*Inſtrumenti veritas maximè præſumitur, ſi probetur, quòd ante illius ſtipulationem fuerit confecta aliqua minuta, num.* 5.

*Inſtrumenti prætenſa falſitas maximè excluditur ex fidelitate notarij, num.* 5. *in fin. & ibi in addit. litera* , *vbi de materia.*

*Ceſſio litis ſuper beneficio, an poſſit fieri in manibus alterius, quàm Papæ, num.* 6. *in fin.*

DECISIO XX.

DVbitaui † in hac cauſſa, ſtantibus nonnullis præſuppoſitis, an ceſſio ſit valida. Et die Veneris 1. Iulij 1580. 1
E informante tantùm parte D. Ioannis de Gado: quia pars D. Didaci Pereſ. ſæpiùs monita neglexit informare, fuit reſolutum pro validitate ceſſionis, tam facta in partibus, quàm facta in curia. Quo enim ad iſtam factam in partibus conſtat, quòd ipſemet D. Didacus in manibus R. D. Prouiſoris Giennenſis coram notario & teſtibus ceſſit iuri, liti & cauſſæ ſuper dicto Archidiaconatu in fauorem dicti Domini de Gado prouiſi Apoſtolici, qui R. D. Prouiſor dictam ceſſionem admiſit. Et non obſtat, quòd teſtes examinati in partibus videantur deponere de vi & metu illato D. Didaco per R. D. Epiſcopum Giennenſem; quia præter id, quòd dicti teſtes fuerunt nulliter examinati, parte non citata & lite in Rota pendente, *iuxta cap.* 2. cum ibi notat per Doctores, *de teſtibus*, tamen nullum probant metum, niſi de auditu ab ipſo Didaco, cuius dicto, tantùm abeſt, vt ſtari debeat,

debeat, quòd imò ipſe contrarium cum iuramento aſſeruit A a in dicta ceſſione, dum dixit ſe liberè, ſponte [a], & non coactè facere dictam ceſſionem cum aliis amplis verbis denotantibus eius liberam voluntatem: maximè, cùm in dicta ceſſione expreſſerit cauſſas, quibus motus fuerit ad ita cedendum, nempe, quia lite pendente in Rota fuerunt nonnulla dubia contra eum reſoluta, & propterea ad euitandas vlteriores expẽſas & inquietudines tam corporales, quam ſpirituales, quæ ex litibus oriuntur, & propter dubium earum euentum, ac etiam pro amplectenda pace tantoperè à Deo commendata, & omni meliori modo, & in perpetuum declarauit ſe à lite recedere.

2 b c Accedit etiam † præmiſſis, quòd teſtes, qui interfuerunt dictæ ceſſioni, ſunt valdè amici [b] D. Didaci, vt ipſi dicunt, & ipſe etiam Didacus ſe ſubſcripſit [c] manu propria dictæ ceſ- B ſioni, ex quo tollitur omnis præſumptio metus, per iura vulgaria.

3 Quo verò † ad ceſſionem factam in Curia, minor etiam fuit difficultas, ſiquidem facta fuit per eius ſpecialem procuratorem habentem ſufficiens mandatum, qui in manibus Papæ ſimiliter ceſſit in illius fauorem, quæ ceſſio fuit admiſſa per Papam, & de illa prouiſus dictus Dominus de Gado, qui hanc ceſſionem formiter publicauit.

4 Non obſtant † quæ contra dictum mandatum obiiciuntur. Et primò, quòd teſtes inſtrumentarij examinati depoſuerunt, quòd in partibus non fuit factum aliud inſtrumentum, niſi illud dictæ ceſſionis; quia reſpondetur, hoc quicquam non obſtare, quia non eſt eis danda fides, cùm fuerunt C examinati parte non citata, & lite etiam pendente in Rota, vt ſuprà dictum. Præterea potuerũt falli iſti teſtes ex eo, quia tam dicta ceſſio, quàm dictum inſtrumentum mandati fuerunt facta eodem die, coram eiſdem notariis & teſtibus, vnde facilè potuerunt credere fuiſſe vnicum tantùm inſtrumentum, & vnicam ſcripturam dictæ ceſſionis; & propterea denuò examinati dicti ex eis depoſuerunt meliùs recordati ſuper veritate dicti mandati; quibus duobus teſtibus ſtantibus non vacillat fides dicti inſtrumenti, vt no. Doct. & ibi Abb. *in c. cùm Ioannes, num. 14. de fid. inſtru.* gl. & Doct. *in l. 1. quemadm. teſtam. aper.*

5 Accedunt † præmiſſis plena adminicula ſuadentia veritatem dicti mandati. Et primò, quia originalis nota dicti inſtrumenti eſt ſubſcripta ab ipſomet D. Didaco, cuius etiam manus fuit recognita per ſex teſtes, quorum aliqui viderunt D illum ſubſcribere. Accedit, quia ante ſtipulationem, vt dicũt teſtes, fuit confecta minuta dicti mandati & concordata per d partes: Notarius etiam rogatus eſt perſona fidelis [d], & ſacerdos, quod in hac materia conſiderat Abb. *in d. c. cùm Ioannes, num. 13.*

6 Veriſimile eſt † etiam dictum mandatum; nam cùm in eo narret hanc litem, & alias cauſſas, propter quas ceſſit in manibus Prouiſoris, ſubdit ſe etiam conſtituere procuratorem ad cedendum in manibus Papæ pro abundantiori cautela, & pro maiori confirmatione prioris illius ceſſionis. Et hoc conſuetum eſt fieri pro ſecuritate eius, in cuius fauorem fit ceſſio ad tollendam dubitationem, quæ oriri ſolet, an ſcilicet huiuſmodi litis & cauſſæ ceſſiones poſſent fieri in manibus alteriùs, etiam Auditoris cauſſæ, quàm ipſius Papæ, vt per Rot. *in deciſ. 306. in nou.* & per Doctor. vbi Iaſ. *in l. poſtquàm liti, C. de pactis.* E

### *ADDITIONES.*

a *Sponte.* Iſta clauſula in caſu huius deciſionis bene operatur ad excludendum metum, quia ille non fuit probatus aliunde quàm per teſtes de auditu ab eo, qui ſibi metum illatum prætendit, ſecus omninò crederem, ſi aliunde de metu conſtaret. Is enim non cenſeretur purgatus per clauſulam prædictam: quia eadem facilitate, qua quis inducitur propter metum ad contrahendum, eadem etiam facilitate inducitur ad apponendum omnes clauſulas in contractu, prout in iis terminis ſcripſerunt Innoc. *in c. ſuper hoc, extra de renunc:* quem refert & ſequitur Bald. *in l. obſeruare, §. proficiſci, q. 13. ff. de offic. Proconſulis,* cum aliis latè cumulatis per Rol. *in conſi. 2. num. 71. & ſeq. lib. 1. & conſi. 100. num. 133. & ſeq. lib. 4.* & per Menoch. *de recup. poſſeſſ. remed. 1. n. 291. & ſeq.* & per Ceph. *conſ. 34. n. 34. in fin. l. 1.* & alibi paſſim, & cõmuniter Doctores.

b A *Amici.* Amicorum & coniunctorum præſentia regulariter excludit præſumptionem metus, verùm non ſemper procedit hæc concluſio, quia quandoque etiam ex tali præſentia metus non excluditur, ideò ad hanc materiam vide Boër. *deciſ. 100. num. 7. & ſeq.* vbi facit regulam cum tribus limitationibus, Cæpol. *caut. 221. num. 3. & ſeqq.* Aym. *conſ. 114.* Diaz *regul. 532.* Nouell. *regul. 221. num. 1.* Socin. iun. *conſil. 67. num. 38. & ſeq. par. 2.* Cephal. *conſil. 142. num. 9. & 53. & conſil. 208. num. 9.* Simoncell. *in tract. de decreto, lib. 1. titu. 1. num. 59.* Ioſeph. Ludou. *deciſ. Lucenſ. 18. num. 1. & 2. part. 1.* Menoch. *in tract. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 198. per totam.*

c *Se ſubſcripſit.* Aduerte, quòd hæc ſubſcriptio operatur (prout dixi in præcedenti additione) excluſionem metus in caſu iſtius deciſionis, quia aliunde non conſtabat de metu: ſed ſi de metu conſtitiſſet, hæc ſubſcriptio nullum produxiſſet effectum, etiam quòd interueniſſet (quod plus eſt) ex interuallo poſt celebrationẽ inſtrumenti, ſi eadem cauſſa metus perdurabat, ad tradita per Bald. *in l. 2. colum. 2 verſi. ſed quæro, C. de his quæ met. cauſ.* Alexand. *conſil. 1. lib. 3. deciſio. Pedem. 177. num. 8. & ſeq.* Ioſeph. Ludou. *in deciſ. Lucenſ. 18. num. 1. & ſeq. par. 1.* & eſt ratio, quia metus ſemel illatus ſemper durare præſumitur, Maſcard. *de probat. lib. 2. concluſ. 1051. num. 34. & ſeq.* vbi declarat.

d *Perſona fidelis.* Bona fama notarij ſicut excludit præſumptionem falſitatis inſtrumenti per ipſum rogati, ad allegatos per Maſcard. *de probat. lib. 2. concluſ. 740. num. 27.* ita econtrà mala eiuſdem notarij fama valdè arguit falſitatem inſtrumenti, Anan. *conſil. 39. num. 2.* Aym. *conſil. 134. nu. 34.* Boſſ. C *in tit. de falſit. num. 7. deciſ. Pedemont. 117. num. 11.* Franc. Marc. *deciſ. Delphin. 163. num. 6. par. 1.* Decian. *conſil. 100. nu. 42. lib. 2.* Maſcard. *d. lib. 2. concluſ. 1094. num. 20. & 21.* vbi idem de notario ſagaci & verſuto, *& d. concluſ. 740. num. 26. & num. 30. & 31.* vbi, quòd iſto caſu mala fama notarij, & quòd ſit ſolitus falſitates committere, probatur per teſtes, dicentes, eius perſonam eſſe ſuſpectam & malæ famæ, etiam quòd non appareat, quòd aliàs fuerit de falſo condemnatus.

*Famian. Centolinus V. I. D. Galeſij.*

## VICECOMITIS.

*Hortana bonorum, die 28. Nouembr. 1580.*

D

### ARGVMENTVM.

De materia incurſus pœnæ vigore Bullæ Alexandrinæ, plura explicantur notabilia, de quibus in ſummario.

### *SVMMARIA.*

*Offenſio in dubio præſumitur facta occaſione litis, ad effectum incurrendi pœnam Bullæ Alexandrinæ, num. 1.*

*Bulla Alexandrina comprehendit etiam offendentes extra curiam, quando lis eſt in curia, num. 2.*

*Confeſſio facta in precibus, plenè probat contra confitentem, numero 3.*

*Pacis inſtrumentum probat delictum, num. 3. & in addit. litera b.*

*Contumacia vltra annum operatur, vt contumax habeatur pro* E *confeſſo, num. 3. in fin.*

*Appellationis inſtantia deſerta ob non illius proſequutionem, non cenſetur deſerta inſtantia nullitatis, & quando, num. 4.*

*Solutio pœnæ facta per affines delinquentis, probat delictum contra ipſum delinquentem, num. 5.*

*Inquiſitor repræſentat partem intereſſatam, num. 5. in fin.*

*Offendens aliquem ex cauſſa litis, eſt excommunicatus ipſo iure abſque alia declaratoria, ita quòd agere amplius non poteſt, num. 6.*

*Excommunicatus ſemel, non præſumitur abſolutus, niſi de abſolutione doceat, num. 6. in fine.*

### DECISIO XXI.

1 a FVit reſolutum, † eſſe locum Alexandrinæ [a], cùm L[illegible] douicus aduerſarius Sulpitiam colligantem, & [illegible] ſertim tempore, quo lis in Curia vigebat, vulnerauit [illegible] Lu- [illegible] præ- [illegible] idcò cauſſa

cauſſa litis id feciſſe præſumi dixit Put.*deciſ. 103. lib. 1. manuſcripta.* Verba enim cõſtitutionis ſunt admodùm clara, quòd offendentes procuratorem aut principales ex cauſſa litis, amittunt omne ius, quod in cauſſa haberent; militat & ratio iſtius conſtitutionis, impedimentum videlicet curſus litis. A

2 Nec Dominos † monit ratio per informantes ex aduerſo adducta, quòd videlicet offenſio fuerit extra Curiam facta, & ideò non intrare verba conſtitutionis; quia dixerunt, aliàs fuiſſe per Dominos reſponſum, vt ea comprehendat offendentes etiam extra Curiam, vt teſtatur Put.*deciſio.102.lib.1.* & quia ex poſt fuit ſequuta pax inter eos, DD. intendunt particulariter videre, an dicatur tale ius remiſſum.

## ALIA DECISIO.

3 Et † in eadem Lunæ 13. Martij 1581. quæſtio erat, *An ex præſuppoſitis per ambas partes conſtaret de offenſione Ludouici? Et an tempore prætenſæ offenſionis lis eſſet finita ſaltem, quia ſententia tranſierat in iudicatum?* Et quoad prædictam partem dubij fuit reſolutum affirmatiuè tam ex eius propria confeſſione facta in precibus, quæ contra eum plenè probat, *l. cum precum, cum vulga. C. de lib. cauſa.* tum etiam ex inſtrumento pa-
b cis [b], quod delictum præſupponit, facit optimè *l. quoniam, ff. de his, qui notan. infam.* tum etiam ex contumacia, quæ vltra annum operatur, vt contumax habeatur pro confeſſo.

4 Quo ad ſecundam † dixerunt negari non poſſe, quin lis tempore offenſionis penderet in Curia: nam ſententia A.C. non fuit lata ſuper negotio principali, ſed ſuper nullitate proceſſus tantùm; ideò licèt tranſierit in iudicatum ob non prorogata fatalia, in eo tranſiuit, quòd declarauit ſententiã nullam, ſed quoad negotium principale lis remanſit in ſuo ſtatu, ad cuius proſequutionem poſteà redit de anno 1576. Præterea Domini conſiderarunt, quòd Ludouicus committi obtinuit nedum cauſſam appellationis à ſententia A. C. ſed etiam nullitatis: quo caſu, licèt ob non proſequutionem appellationis deſeratur inſtantia appellationis; non eſt tamẽ deſerta inſtantia nullitatis, ſi Bald. credimus *in l. tale pactum, §. qui prouocauit, num. 12. verſi. ſecundo caſu, ff. de pactis*, nec reſponſiones ex aduerſo datæ Dominis placuerunt, & ideò dixerunt, quòd cùm conſtet de offenſa durante lite, locus eſſet Alexandrinæ. C

## ALIA DECISIO.

5 Et die † 19. Iulij 1581. iterum in dubium fuit reuocatum pro parte Ludouici Roſci, an ſufficienter dicatur probata offenſio ad effectum incurrendi pœnas Alexãdrinæ? Et Domini ſteterunt in iam deciſis ſub die 13. Martij prætenſis anni rationibus & legibus in deciſione iam data: hoc inſuper addito, quòd ſolutio pœnæ facta per affines ipſius Ludouici, vt Fiſcum impediret, ne ad vlteriora procederetur cõtra ipſum Ludouicum, præſumitur facta de illius conſenſu & voluntate, & ſic probat delictum, ad tradita per Abb. *in cap. cum cauſſam, num. 19. de teſtib.* Adeſt & confeſſio facta coram iudice requirente, quæ probat in fauorem eius, cuius inter-[est], quia inquiſitor repræſentat partem, Bald. *in l. 2. num. 25.* [&] Alex. *num. 28.* & Cur. iun. *num. 115. C. de edend.* Cùm igitur [con]ſtet de offenſa, locum eſſe Alexandrinæ non eſt ambi-[gu]dum. D

## ALIA DECISIO.

[M]ercurij 13. Iunij 1582. † Domini dixerunt, Ludoui-[...]ere hodiè non poſſe, ex quo iam fuit reſolutum, inci-[...] Alexandrinam, quæ ſententiam excommunicationis [...] infligit. Nec facit, quòd requirat declaratoriam, [...] obiecto occurrit ipſamet conſtitutio in illis ver-[bis ...]*quam probabilibus conſtiterit argumentis aliquod ſcelus [...]abile commiſiſſe, nullatenus excommunicationis, amiſ-[...]ſionis aduerſus eum ſententia requiratur*: quod non [de]claratoria intelligi debet, cùm tales per Bullam *in* [...]*m*, à ſummo Pontifice (*vt dicit Alexandrina in d.*) [...] excommunicentur. Vnde cùm Papa dicat non [...ſe]ntentiam, neceſſariò intelligit de declaratoria: ſe-[d ...] excommunicatus abſolutus non præſumitur, *cap.* E

6

A *cap. ſicut nobis,* & ibi Abb. *de ſentent. excommunicat. gloſ. in cap. propoſuit, de cleric. excommun. minor.* latè Couar. *in cap. alma mater, in 1. par. §. 1. num. 6.*

## *ADDITIONES.*

a **A***Lexandrinæ.* De materia vide ſuprà duas deciſiones Tholomei poſitas ſub die 26. Maij 1541. in vna Placentina vſurarum, & in alia Treuiſana feudi, & vide etiam aliam deciſionem coram Cantucio die 10. Nouemb. 1581. *de qua in impreſſis inter diuerſas, par. 2. deciſ. 166. incip. Domini pro maiori parte,* & alias duas deciſiones eiuſdem Tholomei *pariter inter eaſdem diuerſas par. 3. deciſ. 868. & 869.* & vide demùm *ſuprà conſil. 67.* vbi poſita eſt alia deciſio coram Illuſtr. D. Blanchetto die 10. Nouemb. 1587.

B b *Ex inſtrumento pacis.* Quando hæc concluſio vera ſit, & quando non, & tam de pace quàm de compoſitione reſpectiuè facta cum Fiſco aut parte, an ſcilicet per eam quis videatur fateri delictum, vide D. meum Farinac. *in ſua pract. crim. par. 1. tit. de inquiſit. quæſt. 4. num. 18. & ſeq.*

*Famian. Centolinus V. I. D. Galeſij.*

## ILLVSTRISSIMI ET REVERENDISS. D. Seraphini Cardinal.

*Laurinenſ. Canonicatus, Mercurij 10. Maij 1581.*

## ARGVMENTVM.

De ſimoniaca patronorum electione, & illius probatione.

C

## *SVMMARIA.*

*Simoniaca electio reprobata eſt, num. 1.*

*Simoniaca dicitur electio etiam commiſſa cum vno ſolo patrono, num. 1.*

*Simoniacus non eſt tractatus inter patronos poſt obitum prælati de eligenda perſona ſucceſſoris, num. 1. vbi declaratur.*

*Simoniaca eſt conuentio inter patronos poſt obitum prælati de eligendo certam perſonam, num. 1.*

*Simoniaca patronorum electio probatur per teſtes deponentes de publica voce & fama, de auditu à multis, & per confeſſionem prouiſoris, num. 2.*

*Simonia eſt delictum occultum, num. 2.*

*Simonia, quando non agitur de priuatione, ſed de prælatione in concurſu admittit non concludentem probationem, num. 2.*

*Eligendus non eſt is, qui cauſſam ſcandali in populo præbiturus eſt, etiam quod nullum defectum pateretur, poſt num. 2.*

D *Electio facta ſcienter de indigno, inualida eſt, num. 3.*

## DECISIO XXII.

**D**Omini † dixerunt electionem fuiſſe ſimoniacam & ideò reprobatam, Hoſtienſ. *cap. bonæ, il 2. §. electionem, colum. 11.* & ibi Ægid. *num. 14. de elect.* etiam quòd ſimonia fuiſſet commiſſa cum vno ſolo, *cap. nobis,* vbi Abb. *num. 2. de ſimon.* & licet tractatus poſt obitum prælati de eligẽda perſona ſit permiſſus, tamen illicita eſt conuentio de tali eligendo, vt per Innoc. *d. cap. bonæ, num. 5. & 16.* & Cardin. *quæſt. 6.* 1

Præterea † his præceſſit conuentio de reſignanda portione, vt probatur ex atteſtatione capituli, quæ eſt maximi põderis, & ex publica voce & fama per teſtes, nempe quartum, nonum & decimumtertium, & alios de auditu à multis, & ex confeſſione prouiſoris, vt per ſecundum, quintum, ſeptimum, octauum & duodecimum teſtes, & hæc probatio eſt ſufficiens, maximè in delicto, qualis eſt ſimonia, *cap. per tuas. de ſimonia, cap. de ſimon. in 6.* neque hîc agitur de priuatione, ſed de prælatione in concurſu. Neque eſt eligendus is, qui cauſſam ſcandali in populo præbiturus eſt, etiam quòd nullum defectum pateretur, Abb. *in cap. 1. num. 8. de electio.* 2

Nec etiam † videtur valere talis electio, ex quo conſtat ex confeſſione eiuſdem capituli, præcedentem electionem fuiſſe factam ſcienter de indigno, *ad cap. congregato, de electio.* 3

*Famian. Centolin. V. I. D. Galeſij.*

ILLVSTRISSIMI ET REVERENDISS.
Dn.Lancellotti olim Cardinalis.

*Elnen. Præceptoria, vltima Ianuarij* 1582.

ARGVMENTVM.

Reſignatio beneficij ſimoniaca, quando abdicet ius à reſignante, & quando ſimoniacus ipſo iure priuetur beneficio per ipſum reſignato.

*SVMMARIA.*

*Reſignatio beneficij conditionalis non adimpleta conditione, non inducit vacationem ipſius beneficij reſignati, num. 1.*

*Reſignatio beneficij conditionalis facta in manibus ordinarij, eſt ſimoniaca, nu. 2. & in additionibus litera* a*, vbi de materia.*

*Reſignatio beneficij ſimoniaca ſemper tenet in præiudicium reſignantis, num. 2.*

*Reſignatio beneficij ſimoniaca non abdicat ius à reſignante, num. 2.*

*Simonia inducit priuationem beneficij ipſo facto, quando ſimonia eſt realis, ſecus ſi conuentionalis, num. 3.*

*Simonia non dicitur realis ex eo, quod effectuatur reſignatio, ſed quando vigore dictæ reſignationis aliquid datur vel accipitur, num. 2.*

*Clauſula,* non aliter, *&c. facit voluntatem conditionalem, n. 4. & de materia in addit. litera* b.

DECISIO XXIII.

1 MErcurij 7. Februarij, † & die Lunæ 12. eiuſdem, ſtantibus hinc inde deductis, *An Breue ſit ſufficienter iuſtificatum in caſu, & ad effectum de quo agitur?* Reſolutum fuit, non eſſe iuſtificatum Breue in ea parte, in qua dicitur conſtito de reſignatione prædicta. Quoniam cùm dicta reſignatio non fuerit pura & libera, ſed ad effectum vniendi cũ clauſula, *non aliter, nec alio modo*; ſed dicta vnio eſt inualida, prout nunc præſupponitur, vtique ius remanſit penes reſignantem, nec vlla fuit inducta vacatio non adimpleta conditione, Abb. *in c. cùm pridem, col. fin. de pact.* Mohed. *deciſ.* 183. & 341. Fab. *deciſ.* 40. Sarnen. *in reg. de trien. q. 27. in fin.* Peregr. *deciſ.* 20. Creſcen. *deciſ.* 234. cum aliis.

2 Non obſtat, † quòd reſignatio conditionalis facta in manibus ordinarij ſit [a] ſimoniaca, Caſſad. *deciſ. 7. nu. 6. & 7. de ſimon.* Rebuff. *de reſignat. condit. num. 1.* & propterea teneat in præiudicium reſignantis. Quoniam reſignatio ſimoniaca non abdicat ius à reſignante. Rota *deciſ. 7. de renunc. in antiq.* Creſcen. *deciſ.* 232. Gemin. *conſil.* 125. *columnn. 1. dub.* 1. & fuit aliàs reſolutum in cauſſa Hadicen. coram Aldobrandino 5. Martij 1574. de qua hîc per informantes.

3 Et licèt † extrauagans *cum deteſtabile, de ſimon.* inducat priuationem ipſo facto; tamen procedit in ſimonia reali, nõ in conuentionali, Caſſad. *deciſ. 5. de conſtit.* & non dicitur realis, quando effectuatur reſignatio, ſed quando vigore dictæ reſignationis aliquid datur vel recipitur, vt per Caſſad. *ibidem in prin.* & fuit tentum in dicta cauſſa Hadicen.

4 Nec obſtat † etiam ille modus vacandi, qui deducitur ex eo, quòd reſignans ſciuerit & paſſus fuerit Capitulum; cuius menſe fuit facta dicta vnio, capere poſſeſſionem beneficij reſignati: quia ſtante præambula voluntate conditionali propter ſupradictam clauſulam, *non aliter*, [b] *&c.* dicta patientia intelligitur ſub eadem conditione, ſcilicet ſi valida fuerit vnio, & ita Domini reſoluerunt inſpecto iure communi ſcriptis duabus conſtitutionibus felic. recor. Pij V. per quas prætenditur pro parte D. Scampſ. fuiſſe inductam vacationem, de quibus erit particulariter videndum.

*ADDITIONES.*

a SImoniaca. At quòd non ſemper conditionalis reſignatio inducit ſimoniam, ſed tunc demùm, quando illam præcedunt pactiones & conuentiones: ſic enim loquitur tex. *in c. cum pridem, in verſ. nos etiam non duximus, extra de pact.* Abb. *in c. non ſatis, poſt num. 8. de ſimon.* Redoan. *in tract. de ſimon. par. 2. c. 10. ſub num. 1. & ſeq.* quòd ſi dictæ pactiones & conuentiones non præceſſerint, nulla prorſus inducitur ſimonia ex conditionali reſignatione, gl. *in c. ordinationes, in verbo, pretio, 1. q. 1.* Innoc. *in c. tua nos. in fin. de ſimon.* Archid. *in c. quicunque, verſi. item duplex eſt actus, 1. q. 1.* Summa Angelic. *in verbo, ſimonia, § 3. n. 39. verſi. verum renuncians,* Redoan. *d. cap. 10. num. 6. & 7.*

Præcedentibus autem pactionibus & conuentionibus, reſignatio ſubſequens facta in manibus ordinarij, ſimoniaca eſt. Vnde ſecus in manibus Papæ, Bero *conſi. 87. num. 7. lib. 1.* Caſſad. *tit. de ſim. dec. 2. in fi. nu. 6. & 7. & in tit. de renunc. dec. 3. nu. 1. & 2.* Couarr. *var. reſol. lib. 1. c. 5. ver. verum Rom. Pontifex,* Redoa. *de ſim. c. 2. c. 13. num. 1. & ſeq.* Decia. *in tract. crim. tom. 1. lib. 5. c. 84. nu. 9. ver. & ideò reſignatio, & verſ. & ideò ſi quis denunciat* Rot. *diuerſ. tom. 3. lib. 1. dec. 79.*

b *Clauſulam, non aliter, &c.* Clauſula hæc, *non aliter, &c.* inducit conditionem; item & formam; nec patitur diſpoſitionem, cui adiicitur, recipere alium ſenſum quàm verba ſonant. Importat etiam præciſam & ſpecificam voluntatem in tantùm, quod facit deficere conſenſum, ſi actus eo modò præciſè & in ſpecie non geratur, eſt annullatiua diſpoſitionis, in qua non interuenerunt qualitates præcedentes, & abnegat actum aliter poſſe ſortiri effectum, quàm expreſſum eſt. Hæc & alia ſimilia reperies ſcripta apud Rol. *in conſi. 63. nu. 29. & ſeq. lib. 1. & conſi. 43. nu. 12. lib. 2. & conſi. 59. num. 19. lib. 3.* Ceph. *conſ. 80. nu. 2. lib. 1.* dec. Pedem. 163. *num. 13. & ſeq.* Menoch *de arbitr. q. lib. 2. caſu 237. num. 34.* & in materia vide latiſſimè declarantem Fulu. Pacian. *de probat. lib. 1. cap. 25. nu. 53. & omnib. ſequentib.*

*Fam. Cent. I. V. D. Galeſij.*

ILLVSTRISSIMI ET REVERENDISS.
Dn. Seraphini Cardinalis.

*Romana condictionis indebiti Mercurij* 19. *Ianuarij* 1583.

ARGVMENTVM.

Vſura in ſocietate an & quando committatur propter vniformem annuam præſtationem, quandóve vſura excludatur, vel includatur propter lucri æqualitatem, vel inæqualitatem.

*SVMMARIA.*

*Vſura arguitur ex vniformi annua præſtatione, num 2.*

*Vſura dicitur commiſſa in ſocietate, quando ſocius in ea nullam poſuit pecuniam æqualiter, & participat de lucro prouenienteex pecunia conſocij, nu. 2. declara vt nu. 4.*

*Vſura non cadit niſi in mutuo vero vel palliato, nu. 3.*

*Donatio poteſt fieri ſub conditione bene viſa ipſi donanti, n. 3. in fin.*

*Dotis donatio poteſt fieri ſub conditione, num. 3. in fin.*

*Vſuraria dicitur ſocietas, quando ambo ſocij habent ambas æquales portiones in ſocietate, & tamen conueniunt vt lucrum ſit inæquale, num. 4.*

*Vſuraria dicitur ſocietas, quando ſocij habent in ſocietate portiones inæquales, & tamen conueniunt, vt lucrum ſit æquale, numero 4.*

*Solutionis formam poſſunt partes mutare & reformare, nu. 5.*

DECISIO XXIV.

IN cauſſa † condictionis indebiti inter Illuſtres DD. Ludouicum & Valerium Vrſinos ex vna, & Illuſtr. D. Magdalenam Strozziam de Anguillaria ex altera, dubitatum fuit, *An ſententia in Capitolio data eſſet confirmanda?* Cum enim fuiſſet tradita nuptui Illuſtr. D. Lucret. filia D. Magdalenæ Ill. piæ mem. Dn. Iordano Vrſino cum dote 20. millium ſcutorum monetæ, quorum 10. ſoluenda erant tempore ſubarrhationis; pro ſolutione verò reliquorum d. D. Magdalena promiſerat eodem tempore ſe ſoluturam ſcuta octo millia, quorum octo millium, ſex millia deberent inueſtiri in tot bonis ſtabilibus pro fundo dotali, quorum fructus per quatuor annos per dictum Dominum Iordanum percipiendi, deberent conſtituere ſortem principalé ſcutorum duorum millium, pro ſolutione reſidui præfatæ dotis 1

20.millium,poſt verò dictos quatuor annos teneretur d. D. A
Iordanus dare d.D.Magdalenæ ſingulis annis ſcuta trecenta
ſexaginta,durante eius vita naturali,cúmque depoſita fuiſ-
ſent ſcuta 5250. auri in auro ex pecuniis propriis dotalibus
d. Magdalenæ in Banco DD. de Monteautis pro ſolutione
dictorum ſcutorum ſex millium inueſtiendorum,præfati D.
Iordanus & D. Magdalena, deuenerint ad huiuſmodi con-
uentionem, nempe, vt pecuniæ præfatæ depoſitatæ penes
Monteautos leuarentur de dicto Banco, & inueſtirentur in
emptione grani depoſitandi penes perſonas confidentes, &
ex retractu venditionis dicti grani. Primò reponeretur ſors
principalis penes Bancum, ex reſiduo verò D. Iordano ſol-
ueretur id,quod ei debebatur, vſque ad integralem ſummã
ſibi promiſſam nomine dotis,reſiduum verò diuideretur in-
ter prædictas partes.Cúmque poſteà morte Dn.Iordani diſ- B
ſolutum fuiſſet matrimonium,& veniret dos reſtituenda,&
ex dicto grano factum fuiſſet notabile lucrum aſcendens ad
ſcuta pluſquam 4.millium auri,& ex eis fuerint per heredes
Dn.Iordani ſoluta D.Magdalenæ ſcuta 2.millia complemẽ-
ti dotis, & reſiduum diuiſum inter ambas partes, prout in
ſchedula diuiſionis.His ita peractis, Illuſtr. DD. Ludouicus
& Valerius prætendentes huiuſmodi ſolutionem fuiſſe in-
debitè factam,commiſerunt cauſſam requiſitionis tanquàm
indebiti,& nitebantur duplici fundamento.

Primò †, quia prætendebant pactum illud de ſoluendis
2 poſt quatuor priores annuatim D. Magdalenæ ſcutis 360.
eſſe vſurarium,propter vniformitatem præſtationis,*ad conſi.
Dec. 116.* ſecundò quia hanc ſocietatem aſſerebant iniuſtam
& illicitam, ex eo quòd cùm D.Magdalena nihil proprium
in hac ſocietate haberet, cùm pecuniarum dominium eſſet
penes d.D.Iordanum,nihilominùs ipſa participauit æquali-
ter de lucro ex aliena pecunia prouenienti, contra gl. & A-
zon.*in l.ſi non fuerint,ff.pro ſoc.*Dec.*in l.ſi paciſcenda,in 2.notab.*
qui teſtatur communem,Couar.*variar.lib.3.c.2.num.2.verſi.
ego ſanè*,cum aliis per eum allegatis.

Fuit † tamen per DD.vnanimiter concluſum, non cõpe-
3 tere Illuſt.DD.Vrſinis condictionem indebiti, non quidem
ex primo capite inualiditatis pacti, de quo in conſtitutione
dotis;quia vſura non cadit niſi in mutuo verò vel palliato,*c.
conſuluit, de vſur.* & patet ex diffinitione vſuræ, de qua per
Doct.*in rub.de vſur.* & ibi Bero.*num.37.verſi.ſed præmiſſis*, &
hîc nullum cadit mutuum nec verum nec palliatum, ſed eſt
dotis datio ſub illa conditione,quam quis rem ſuam donan-
do poteſt apponere,*l.res quas,in fin.* vbi Bald.*C.de iur.dot.l.in-
ter ſocerum,& ibi gl.de pact.dot.*

Neque ſecunda † ratione inæqualitatis ſocietatis,nam o- D
4 miſſo,quòd contra opinionem gl.& Azon. multi tenuerunt
poſt Ioann. vt per D. & Couarru.allegatos: tamen illa opi-
nio procedit,vbi partes omninò æquales portiones habent
in rebus ſocietatis,& conuenit vt lucrum ſit inæquale, vel
quando portiones ſunt inæquales,& conuenit vt lucrum ſit
æquale.Sed hoc caſu hæc non applicantur;licèt enim pecu-
niæ eſſent dotales,tamen D. Iordanus non poterat de eis ad
libitum diſponere,ſed erant inueſtiendæ in bonis ſtabilibus.
Potuerunt ergo partes à priori illa conuentione recedere,&
in nouam rationem ſolutionis reſidui conuenire, prout fe-
cerũt;& fuit hæc quædam reformatio ſolutionis, iuxta not.
per Cagn.*in l.lecta,num. 49. ff.ſi cert.pet.* ex qua longè maio-
rem vtilitatem & commodum conſequutus eſt D.Iordanus,
quàm ex priore pactione. Nam primò citiùs conſequebatur
ſupplementum ſcutorum duorum millium,quod conſequu-
turus non fuerat,niſi toto quadriennio:ſecundò conſeque-
batur partem lucri vltra dictum ſupplementum ex negotia-
tione prouenientem,quæ omnia proueniebant ex conſenſu
D.Magdalenæ,cuius erant pecuniæ.

Nec facit †,quòd tantundem lucri ipſa perceperit,quan-
5 tum D.Iordanus, quia ex pactione priori ipſa habuiſſe poſt
quatuor annos,quibus fiebat repletio reſidui ſummæ dota-
lis, ſcutorum 350. quæ abſorbebant reditus totius ſummæ
ſcutorum ſex millium in bonis ſtabilibus inueſtitorum: &
tamen ex ſecunda conuentione habuit tantummodò dimi-
dium lucri ex dicta ſumma prouenientis. Iuſta ergo fuit &
valida huiuſmodi conuentio,ex quo concluſum fuit condi-
ctionem indebiti Illuſtribus DD.Vrſinis non competere, &
votum aſſertamenti iuſtè probatum fuiſſe.

*Famianus Centolinus V.I.D. Galeſij.*

## ROBVSTERII.

*Firmana Confidentiæ, 11. Maij 1583.*

### ARGVMENTVM.

### De probatione Confidentiæ.

### *SVMMARIA.*

*Confidentia probatur teſtibus,num.1.*
*Confidentia probatur confeſſione,num.1.*
*Confidentia probatur literis priuatis,num.1.*
*Confidentia probatur per petitionem abſolutionis,num.1.*
*Teſtes inhabiles & patientes exceptiones; adhuc probant; ſi eorum depoſitio adiuuatur aliis circunſtantiis & probationibus, nu.2.*

### DECISIO XXV.

COncluſum † ſine difficultate conſtare de confidentia,
ita,vt ex illa intret reſeruatio,de qua in conſtitutioni-
bus Pij V.Hanc confidentiam probant teſtes,confeſſio,lite- 1
ræ priuatæ, abſolutio & ipſa ſeries facti;& etiamſi teſtes †
patiantur exceptiones, tamen cùm ex tot circunſtantiis ap- 2
pareat,rem eſſe adeò apparentem,vt manibus palpetur;adeò
ſupplentur defectus teſtium,vt exceptiones non ſint in con-
ſideratione in re tam veriſimili,& ex ſui natura ſeu commu-
niter accidentibus difficilis probationis.

Nec intrat, quòd dicitur probari ſimoniam, non autem
C confidentiam, quoniam ſtante declaratione Pij V. dicitur
nullum caput ſimoniæ probari hîc, quòd non ſit confiden-
tia,vt manifeſtè liquet ex omnibus ſcripturis ſimul iunctis.

*Famianus Centolinus V.I.D. Galeſij.*

## BVBALI.

*Feretrana Beneficij Veneris 27. Maij 1583.*

### ARGVMENTVM.

### De ſimonia commiſſa in reſignatione beneficij,præcedente tractatu & conuentione, quòd in caſu reſignationis tertius extraneus donaret reſignanti ſcuta quinquaginta quolibet anno.

### *SVMMARIA.*

*Simonia committitur & præcedente tractatu & conuentione de aliquid donando reſignanti,& ſubſequuta donatione in exequutione præcedentis conuentionis,num.1.*
*Simonia non dicitur verè realis,quando non conſtat de ſolutione pecuniarum;verùm quando conſtat de præcedenti tractatu & ſubſequuta reſignatione propter tractatum, ſimonia dicitur realis præſumpta,num.1.in fin.*
*Simonia non dicitur,quando lite præcedente & iudicis auctoritate, pro bono pacis vnus alteri reſignat beneficium cum præſtatione alicuius pecuniæ, taliſque reſignatio fuit confirmata à Papa, num.2.*

### DECISIO. XXVI.

FVit reſolutum †,conſtare de ſimonia in caſu, de quo a-
gitur;nam cùm Hieron.de Magnanis reſignauerit bene- 1
ficium huiuſmodi in fauorem Pauli eius nepotis, præce-
dente tractatu & conuentione, quod Illuſtriſ. Domin. Co-
mitiſſa de Balneo,titulo donationis cõcederet Hieronymo
reſignanti ſcuta quinquaginta annua,eius vita durante,& in
exſequutionem tractatus præcedentis fuerit ſubſequuta do-
natio Comitiſſæ,prout in inſtrumento celebrato ſub die 9.
Iulij 1575 necnõ reſignatio facta fuerit cõtẽplatione dictæ
donationis,vt apparet ex literis tranſmiſſis per Hieronymũ
Comitiſſæ; non poteſt dubitari, quin ſimonia fuerit ſuf-
ficienter probata ad trad.per Sarnen. *de triennal. q. 12.* Mo-
hed. *deciſ. 167.* Et quamuis non poſſit dici, quòd ſit verè
ſimonia realis, quia non conſtat de ſolutione pecuniarum
promiſſarum, cùm tamen tractatus, & inſtrumentum

donationis præceſſerint;poteſt dici ſimonia realis præſum-
pta,propter reſignationem ſubſequutam,vt per Auguſtin.*in*
*Epit.tit.de ſim.§.2.& 3.*

2 Non obſtat † tex.*in c.niſi,extra de præben.*Nam ibi illa præ-
ſtatio 40.librarum confirmatur à Papa,quia fuit facta aucto-
titate iudicum,& pro bono pacis. Quæ quidem cauſſæ non
concurrunt in caſu iſto, cùm ſuper hac reſignatione non
penderet aliqua lis, & quòd Hieronymus conſuluerit ſuper
hoc Epiſcopum Feretranum,non conſtat, niſi ex aſſertione
ipſius Hieronymi,cui non eſt credendum,quia tendit ad ſui
exonerationem. Et ita fuit concluſum, cum præſuppoſito,
quòd iura compulſata ſint in forma probanti.

*Famianus Centolinus V. I. D. Galeſij.*

## B V B A L I.

*Calaguritana diuortij Mercurij 13. Iunij 1584.*

## A R G V M E N T V M.

De probatione impotentiæ viri ad effectum faciendi diuortium, & an triennalis cohabitatio ſufficiat, à quo tempore, & quomodo currere incipiat.

### *S V M M A R I A.*

*Virginitas probatur ex inſpectione ſeptem matronarum expertarum,num.2.*

*Teſtes ſingulares deponentes pro adminiculo,probant, num.2. in fi.*

*Virginitas & non deſloratio probatur per famam, num.3.*

*Vxor non præſumitur, quòd renuat ſe carnaliter cognoſci à ſuo viro,num.4.*

*Vxor quando non cognoſcitur à ſuo viro, efficitur inquieta & crudelis, num.5.*

*Peritis pluribus magis creditur quàm paucioribus,num.6.*

*Virginitatis probatio eſt multùm remiſſa arbitrio iudicis, qui proptereà per plures & diuerſas obſtetrices ſemel & pluries debet facere omnem diligentiam & experientiam,num.6.*

*Periti & obſtetrices præſumũtur bene feciſſe officiũ ſuum,n.7.in fin.*

*Impotentia coëundi non probatur per mulieres ſingulares & infames, dicentes concubuiſſe cum aliquo, & ad eo minimè cognoſci potuiſſe,num.8.*

*Impotentia coëundi excluditur ex probatione morbi Gallici, nu.8. in fin.*

*Impotentia coëundi excluditur ex relatione Medicorum, dicentium aliquem habere membra apta ad coëundum, n.8.in fin.& ibi in addit.*litera c, *vbi declaratur.*

*Impotentia viri,ad hoc,vt dicatur bene probata, requiritur triennalis cohabitatio non ſolùm in domo,ſed etiam in lecto, nu. 9. & in addit.lit.* b,*vbi de materia.*

*Impotentia viri, ad hoc, vt cenſeatur probata ex condormitione triennali, iudex debet etiam pœnitentiam coniugibus imponere, & an iſtud triennium currat ante peractam pœnitentiam, & quomodo,n.10.& in addit.litera* d,*vbi declaratur materia.*

*Impotentia viri non dicitur probata, niſi etiam fuerit adhibita ſeptima manus propinquorum, nu.10.in fin.& in addit. litera* c, *vbi ampliatur non obſtante negatione, & contradictione ipſius viri.*

*Obſtetricibus aſſerentibus aliquam eſſe virginem vel deſloratam, aut quid ſimile,quid & quantùm credatur,in addit.litera* a.

## D E C I S I O XXVII.

1 IN cauſſa pronunciauerat † Reuerendiſſimus Dominus
Archiepiſcopus Calaguritanen. in prima inſtantia in fa-
uorem Dom. Eleonoræ Simo. declarando diuortium eſſe
faciendum inter ipſam Dom.Eleonoram & Dom.ephebum
Sarrochum eius virum ob illius impotentiam, & dictã mu-
lierem liberam. A qua ſententia cùm fuiſſet appellatum, &
mihi commiſſa, dedi dubium generale præſuppoſito ſum-
mario iurium & teſtium vtriuſque partis, an ſententia Dn.
Archiepiſcopi ſit confirmanda vel reuocanda, vel etiam
vxor viro reſtituenda ad effectum cohabitandi per trien-
nium,vt conſtare poſſit de potentia vel impotentia viri.Pro
cuius reſolutione Domini diſtinxerunt hanc materiam in
plures difficultates. Prima erat,an probetur,quòd Eleonora



A non fuerit cognita ab ephebo ſuo viro toto illo nouennio,
quo durauit matrimonium ante motam litem. Secunda, an
probetur impotentia generalis dicti ephebi coëundi cum
mulieribus, vel etiam probetur potentia coëundi cum aliis.
Tertia, an ex parte Eleonoræ probetur cohabitatio & con-
dormitio per triennium, & an hoc ſufficiat ad effectum, &
in caſu de quo agitur.

Quoad † primam difficultatem, Domini concluſerunt 2
ſufficienter probari,Eleonorã non fuiſſe cognitam ab ephe-
bo,& conſequenter probatum eſſe, ipſam adhuc eſſe virgi-
nem. Et primò mouebantur ex relatione ſeptem matrona-
rum [a] expertarum, quæ omnes retulerunt Eleonoram eſſe a
virginem;hic eſt enim modus probandi virginitatem, *c.fi.de*
*frigi.& malef.*vbi Butr *n.3.*& Cardin.*nu.1.* & ibi paſſim om-
B nes Doctores. Secundò, ex confeſſione ipſiuſmet ephebi,de
qua deponunt Coſma Iola, & Hieronymus Torella, qui
ſunt conteſtes,qui confeſſus fuit, quòd non poterat cogno-
ſcere D.Eleonoram;& ex alia confeſſione,de qua deponunt
Petrus Honofrius & Iſabella vxor d. Petri. Quæ confeſſio
probatur ex dicto Iacobi Vitalis, & ex aliis confeſſionibus,
de quibus per Franciſcum Sapata, Bernardinum Pra, & Pe-
trum Portales,qui licèt ſint ſingulares,tamen deponunt pro
adminiculo.

Adminiculatur † etiã hæc probatio præfata ex fama vir- 3
ginitatis,& non deflorationis Eleonoræ,de qua bene depo-
nunt Antonius Maltes ſuper 4. & Bernardinus Pra ibidem,
& probatio famæ coadiuuatur ex edicto Gaſparis Benefi-
ciati,ibidem,qui dicit,quòd pueri per viam canebant de iſta
impotentia ephebi, & ex dicto Franciſci Tapatæ ſuper 3.
dum deponit de fama de præſenti.

C Coadiuuatur † etiã hæc probatio ex eo,quia ipſum ephe- 4
bum non articulatur cognouiſſe Eleonoram,ſed quòd ſem-
per ipſa renuat,quod an ſit veriſimile,aliorum ſit iudicium:
item ex eo, quia ipſe quærebat medicamenta, vt deponunt
Coſmus Iola ſuper 6.Petrus Honofrius ibidem, & Bernar-
dinus ibidem:& comprobatur ex dicto Io.Andreæ,*de quo in*
*ſummario ephebi,num.8.*vbi dicit, quòd quærebat remedium,
vt poſſent rem habere cum vxore: quia ſibi contingebat
quædam defectio & exinanitio.

Et † hæc etiam adminiculantur ex his, quæ habentur *in*
*ſumm.ephebi n.16.17.& 18.*ex quibus apparet,quòd Eleono- 5
ra, oſtendebat ſe crudelem & inquietam. Si enim maritus
eam bene tractaſſet, non ita fuiſſet inquieta & crudelis.

Non obſtat prima relatio, † quia vltra quòd prætenditur
nulla, & tres tantum mulieres retulerunt,& in hac ſecunda 6
fuerunt ſeptem matronæ, prout apparet ex ſuprà deductis.
D Hæc ſecunda relatio eſt magis adminiculata.

Nec obſtat,†,quòd ſtante prima relatione,non erat deue- 7
niendum ad ſecundam deputationem matronarum,quæ in-
ſpicerent, an Eleonora eſſet virgo,quia in hac materia plu-
rimùm exuberat officium iudicis.Imò iudices in hoc admo-
nentur,vt adhibeant peritiores.vt per gl.fi. *in d. c. fin.* & ibi
Card.*n.3.*bene Hoſt.*in c.fraternitatis, ver.per hæc autem de fri-*
*gi.& malef.*vbi conſulit iudicib. vt quærant,quãtùm poſſunt,
peritiores,& diuerſas,& de vicinia, & de ciuitate, vt ne ſint
nimis iuuenes,propter experientiam,& nimis antiquæ,pro-
pter defectum viſus; nam & cum manu & cum oculo talia
ſunt probanda à diuerſis & pluribus: & licèt ibi Hoſt. velit,
quòd debeat mulier priùs lauari cum aqua calida, & ibi di-
cit retineri ad diſſoluenda medicamenta, quæ eſſent appo-
ſita, & idem ibi dicat Abb. *nu.4.in fine*, tamen videntur lo-
qui in muliere arcta quicquid ſit, præſumendum eſt, iſtas
matronas,vti expertas,bene feciſſe officium ſuum.

E Quoad † ſecundam difficultatem,Domini dicebant non 8
eſſe probatam generalem impotentiam [b] coëundi ipſius b
ephebi, quamuis enim Iſabella Porro & Anna videantur
deponere,quòd dormierunt cum ephebo, & quòd non po-
tuit eas cognoſcere, & aliæ etiam deponant de auditu; ta-
men ſunt teſtes ſingulares,& infames, & in contrarium ha-
bes plures alias,*de quibus in ſummario ephebi*, contrarium de-
ponentes, quarum dicta comprobantur ex eo, quòd ephe-
bus fuit curatus à morbo Gallico,*vt in eius ſummario, nu.13.*
*& 24.* & ex relatione medicorum, qui referunt ipſum ha-
bere membra apta ad coëundum [c].

Super tertia † difficultate nõ potuit capi aliqua reſolutio, c
& videnda eſſet particulariter;nam quamuis vltra triẽnium 9

cohabitauerunt, tamen quia non ſolùm requiritur cohabitatio in domo per triennium, ſed etiam in lecto, vt inquit Hoſt. *in c. fin. poſt princ. de frig. & maleſ.* & dicit ibi Ioan. Andr. quòd requiritur condormitio, & hic non videtur probata condormitio per triennium, quia Anna ſuper 4. Hieronymus & Antonius Langoy non videntur verè concludere de integro triennio. Et quamuis Antonius Xinta, *de quo in ſummario ephebi, num.* 22. dicat, quòd à quatuor annis citra ſimul non dormitabant: tamen non concludit à contrario ſenſu, quòd anteà ſimul condormirent.

10 An autem † in caſu, de quo agitur, ſufficiat condormitio per triennium, vel potiùs incipiat currere poſt peractā pœnitentiam, d, & poſtquàm iudex illud triennium ſtatuit; Domini in hoc habebant difficultatem, & eſſet particulariter diſcutiendum: nam Innoc. *in d. cap. fin.* & ibi Card. *in fin.* & Abb. *num.* 12. tenent ſufficere triennium ſiue ante ſiue poſt motam litem, Hoſtien. verò *in d. cap. fina.* quem ſequitur ibi Ioan. Andr. Butr. *n.* 10. Anch. *nu.* 9. *Henric. Boic. in prin.* tenent, quòd triennium incipiat à tempore peractæ pœnitentiæ, quæ vltima opinio videbatur aliquib. ex Dominis ſatis ęqua & verior: nam aliquando propter peccata ſuperueniunt ſimilia impedimenta, imponit igitur pœnitentiam, vt videatur, an ex bonitate & miſericordia Dei omnipotentis placati poſt peractam pœnitentiam ipſi homines reddantur habiles ad conſummandum matrimonium, non peracta Deo pœnitentia; non poteſt dici, quòd triennium præcedens ſuffragetur, cùm non probetur remotio operis peracti, vel ſaltem placebat iſtis Dominis temperamentum, Abb. *in d. c. fi. nu.* 12. quem ſequitur ibi Præpoſ. *nu.* 4. quòd poſt pœnitentiam peractam iniungatur cohabitatio per aliquod tempus arbitrio iudicis profitendum, ex quibus videbatur iſtis Dominis ſententiam Archiepiſcopi Calaguritan. ſuſtineri non poſſe: tum, quia non fuit inducta pœnitentia iuxta formam *d. c. fi.* à qua non licet recedere, vt admonet ibi Hoſt. tum etiam quia non fuit adhibita ſeptima manus propinquorum e, & quamuis *gl. fi. in d. c. fi.* dicat, quòd ſententia nihilominùs tenet: tamen Hoſt. *ibi, in fine*, tenet illam ſolemnitatem eſſe adhibendam.

## *ADDITIONES.*

a MAtronarum. An mulier ſit virgo, an verò potiùs ſit corrupta & deflorata, probatur per inſpectionem obſtetricum & matronarum, ſecundùm Foller. *in Pract. crim. in verbo, capiat informationem, n.* 20. Clar. *in Pract. crim. §. fin. q.* 4. *verſi. quando verò, in fine.* Plot. *conſil. crim. diuerſor.* 132. *num.* 22. *lib.* 1. Maſcard. *de probat. lib.* 3. *concluſ.* 1313. *n.* 5. qui omnes loquuntur etiam de puero ſtuprato & ſodomiticam vim paſſo, de quo aliquid etiam dixit D. meus Farinac. *in ſua Pract. crimin. par.* 1. *quæſt.* 2. *n* 24. *in materia corporis delicti*, Generaliter autem de fide & materia peritarum obſtetricum, vide Fran. Marc. *deciſ. Delphi. deciſ.* 677. *& ſeqq. par.* 2. Quem & alios refert Maſcard. *vbi ſupra, concluſ.* 1410. *nu.* 14. *& num.* 16. *& concluſio.* 1125. *nu.* 1. *& ſeqq.* Vbi generaliter, an credatur obſtetrici aſſerenti partum immaturum, vel natum infantem viuere poſſe, aut non poſſe, vel mulierem eſſe, aut non eſſe grauidam, & iis ſimilia, vide etiam Fulu. Pacian. *in tracta. de probation. libro.* 2. *cap.* 2.

b *Impotentiam.* Propter impotentiam viri matrimonium irritatur, *cap. quod autem,* 27. *quæſt.* 2. *cap.* 1. 33. *quæſt.* 1. *c. laudabilem, de frigid. & maleſic.* Verùm, quando dicatur probata talis impotentia, Doctores multa dicunt. Hoc vnum eſt, quòd ſi mulier fuerit reperta virgo iuncta cohabitatione viri, præſumitur ex his eiuſdem viri impotentia, ſecundùm gloſſ. *in dicto cap. quod autem, in verbo, probare, & in dicto cap. laudabilem, in verbo, iudicium*, & voluit Innocent. *in dicto cap. quod autem.* Dummodò tamen, quòd habitatio ſit diuturna, ſecundum Card. Zabarell. *in cap. fina. in* 3. *notab. de frigid. & maleſ.* Diuturna autem cohabitatio videtur eſſe duorum menſium, *cap.* 1. *eodem tit. de frigid. & maleſ. cap. ſi quis acceperit,* 33. *q.* 1. Verius tamen eſt, viri impotentiam non niſi per triennalem cohabitationem bene probatam dici, *d. cap. laudabilem*, & ibi communiter omnes, *de frigid. & maleſ.*

c *Membra apta ad coëundum.* Parum refert, quòd vir habeat naturalia membra ſana, integra & ad copulam apta; data vxoris virginitate & cohabitatione ac condormitione cum ipſa, ſecundùm Anchar. *in d. cap. laudabilem, nu.* 3. *de frigid. & maleſ.*

*Pœnitentiam.* Videtur impotentiam viri concludenter probatam eſſe ex triennali cohabitatione, quomodocunque coniuges cohabitauerint, etiam abſque ſpeciali iudicis Decreto præcedente, ſecundùm Innocent. hìc allegatum poſt Goffred. *in d. cap. fina.* & ibi etiam Abb. poſt Abbatē antiquū & Vinc. *n.* 12. *in vlt. q.* Card. Zabarell. *n.* 4. *verſ. quæro à quo tēpore*, Alex. de Neuo *nu.* 17. Et horum opinio apertè videtur probari, *in d. c. fin.* in illis verbis, *Et conſtiterit vobis præfatum virū & mulierē infra prædictos octo annos, per cōtinuum trienniū inſimul cohabitaſſe.* Ex quibus verbis clariſſimè apparet, text. illum loqui de triennio iam lapſo ante querelam mulieris, & non præcedente iudicis Decreto. Et licèt Abb. *in d. cap. fina.* propter illa verba tex. *& ſic fortè placeret Deo*, dicat, prout etiam dicitur in hac deciſione, quòd poſt pœnitentiam iniunctam debent coniuges cohabitare aliquo tempore arbitrio iudicis: crederem tamen aduertendum, quòd text. ille loquitur in caſu ſpeciali, videlicet quando agitur de impotentia viri, non propter naturæ defectum, ſed propter maleficium, quo caſu datur remedium iniungendi pœnitentiam ſalutarem, de qua ibi; ſecus autem in caſu frigiditatis ſine maleficio, in quo nulla imponitur pœnitentia, ſed ſeruatur forma tex. *in d. c. laudabilem*, requirentis tantummodò cohabitationem triennalem à tempore celebrati coniugij, prout ſunt clara verba illius text. & bene ibi declarat glo. Ratio autem differentiæ inter vnum & alterum caſum eſt patens, ſecundùm Zabarell. *in d. c. fina. nu.* 2. quia ſcilicet maleficium ſolet pœnitentia reſolui: non ſic frigiditas, quæ eſt vitium naturale & perpetuum. Et hac diſtinctione adhibita, reſponderi poteſt Hoſt. & Io. And. hìc in deciſione allegatis, & aliis nonnullis, volentibus triennium eſſe numerandum à die Decreti iudicis & iniunctæ pœnitētiæ. Nam vltra quòd horum opinio habet contradictores, & illos quidem graues, quos ſuprà retuli; adhuc ne confundatur ex claris verbis, *dict. cap. laudabilem, & dict. capit. fin.* debet intelligi & declarari; vt procedat in caſu, in quo pœnitentiæ iniunctioni locus eſt propter maleficium, non in caſu morbi naturalis. Quæ diſtinctio magis comprobatur ex ratione * communiter conſiderata per Doctores dicentes, quòd maleficium operatur propter peccatū maleficiati, & ideò ſi peccatum fuit cauſſa impotentiæ, non prodeſt tempus, quod præceſſit pœnitentiam. Quare ceſſante ratione prædicta, ceſſat etiam concluſio, prout, ni fallor, videtur declarare & diſtinguere idem Hoſtien. qui originaliter hanc tenet opinionem, *in d. cap. fin. nu.* 10. præſertim in verſ. *hoc puto.*

*Septima manus propinquorum.* Hanc propinquorum ſeu viciniorum ſeptimæ manus adhibitionis ſolemnitas omninò adhibenda eſt, vltra probationem virginitatis per inſpectionem matronarum, & triennalem cohabitationem, vt ſuprà; ſic enim communiter * tradidere Innoc. Hoſtien. Ioan. And. & Abb. *in cap.* 1. *de frigid. & maleſic.* Quibus omnibus adhibitis & interuenientibus, locus eſt ſeparationi, non obſtante negatione & cōtradictione viri, Abb. *in d. cap.* 1. *ſub nu.* 5. *verſic. ſed poſt cohabitationem triennalem*, Butr. *in d. cap. laudabilem, num.* 12. *&* 14. *in fine, verſic. nam ſi nulla*, & ibi etiam Alex. de Neuo, *nu.* 17. *& in d. cap. fin. nu.* 15. *verſic. tamen in hac materia ſic poſſumus dicere, de frigid. & maleſic.*

Et vide ad materiam huius deciſionis omninò aliam deciſionem coram Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. Dn. Platta in vna Taurinen. diſſolutionis matrimonij, Veneris 16. Martij 1590.

*Fam. Cent. I. V. D. Galeſij.*

## BVBALI.

*Anconitana Computorum Veneris* 15. *Februarij* 1585.

## ARGVMENTVM.

Dominus quando teneatur ſuo procuratori ad damna paſſa occaſione mandati: & quando culpa præcedit caſum, an exiſtens in culpa teneatur etiam de eo, quod ex caſu ſequitur.

SVM

*SVMMARIA.*

*Carceratio procuratoris videtur caſus fortuitus, num. 1.*

*Dominus non tenetur ad damna, quæ caſu fortuito accidunt ſuo procuratori, nu. 1.*

*Dominus tenetur ad damna ſuo procuratori, quæ ipſius domini culpa illi euenerunt, nu. 2.*

*Dominus ſuo procuratori etiam tenetur ad damna, quæ caſu fortuito ipſi obuenerunt, quando ille caſus poterat aliquo modo ab ipſo domino præuideri, nu. 2. in fi.*

*Culpa vbi præcedit caſum, tunc culpoſus tenetur de omni eo, quod ſequitur, dummodo culpa ſit ordinata ad caſum, aliter ſecus: & quando culpa dicatur ad caſum ordinata, n. 3. & in addit. lit. a.*

*Dominus non tenetur ſuo procuratori reficere damnum ipſi datum odio eiuſdem procuratoris, ſecus ſi odio D. mandantis, nu. 4.*

*Conductor non poteſt petere remiſſionem mercedis propter damnum datum in re conducta in odium ipſius conductoris, ſecus ſi odio locatoris, nu. 4. in fi.*

*Procurator poteſt mutuo accipere pecunias pro ſeruitio eorum, quæ ſibi mandata ſunt, & dominus ad illud tenetur, num. 5.*

## DECISIO XXVIII.

1 DOmini † concluſerunt, Equitem Alexandrum Ferretum non teneri ad expenſas factas per Capitaneum Alexandrum Benincaſum pro eius carceratione vel delictis, de quibus imputabatur, licèt enim fuerit prępoſitus per Ferretum gubernio eius Triremis, cum facultate prouidendi omnia neceſſaria pro vſu Triremis, vt in mandato ſeu memoriali dato ab ipſo Equite; cum tamen hæc carceratio Capitanei potiùs reputetur caſus fortuitus, Eques habet regulam pro ſe; quòd non teneatur ad damna quæ caſu fortuito accident eius procuratori, *l. inter cauſſas*, §. vbi omnes Doctores, *ff. mandati.*

2 Nec † obſtat quod Eques Ferretus fuerit in culpa. Primò, quia quoſdam milites ad eius ſtipendia accepit, qui poſteà poſt delicta ab eis perpetrata, fuerunt vniti in Triremi, & ad remigandum condemnati per Capitaneum etiam de conſenſu Equitis, vnde vt vindictam contra Capitaneum ſumerent, eum accuſauerunt in ciuitate Tarenti, vbi carceratus fuit. Secundò, quia non procurauit obtinere literas patentes à Prorege Neapolitano, quibus obtentis, Capitaneus non fuiſſet carceratus à Gubernatore Tarenti. Tertiò, quia non ratificauit nuncium acceptum per Capitaneum à Commendatore. D

3 Ad † cuius inſtantiam ſubſequuta fuit ſequeſtratio Triremium Tarenti, quæ dedit cauſſam carcerationi Capitanei, & aliis infortuniis poſteà ſubſequutis; ex quibus dicendum videtur, ipſum Equitem teneri ad damna & expenſas dictæ carcerationis. Aret. *in d. l. inter cauſſas*, §. *mandatu, in fine, ff. mandat.* Præſertim, quia eſt caſus fortuitus, qui potuit aliquo modo prouideri ab ipſo Equite, quo caſu tenetur, vt per Imol. *in c. ſicut, il 3. nu. 16 & nu. 161.* Abb. *num. 7. de ſimon.* Bal. *in d. §. non omnia, verſ. ego dico.*

4 Quia † fuit reſponſum per Dominos has cauſſas eſſe admodùm leues, vt ex eis inferatur culpa Equitis: nã vt ob culpam quis teneatur de caſu fortuito, de quo aliàs non teneretur, neceſſe eſt, vt culpa illa ſit ordinata ad illum caſum, a, *l. ſi cui, ff. de accuſat. l. verum, d. fur.* Bart. *in l. ſi, vt certo, §. ſed interdum, ff. commoda.* Dec. *in l. contractus, in fine*, & ibi Cagnol. *nu. 85. de reg. iur.* Bene per Paul. de Caſtr. *in l. ſi vehenda, §. 1. nu. 2.* E *& 3. ff. ad legem Rhod. de iactu.* Aym. *conſil. 247. ſub nu. 6. verſic. ſextò reſpondeo, & conſil. 111. num. 6.* Et dicitur ordinata ad caſum, quando principaliter & directò reſpicit illum caſum, vt per Aym. *d. conſil. 247. num. 1.* quod non contingit in cauſſis ſupradictis, ex quibus dici non poteſt, Equitem fuiſſe in culpa ordinata ad iſtum caſum.

5 Et † hoc eò magis dicendum eſt, quia imputationes, propter quas Capitaneus carceratus fuit, reſpiciebant tantùm perſonam propriam ipſius Capitanei, nempe quòd Capitaneus dixiſſet mancipios . . . & quòd milites Chriſtiani deliquiſſent in partibus infidelium, & quòd alia nefanda crimina perpetraſſent; quæ licèt verificata non fuerint, tamen hęc omnia reſpiciunt perſonam Capitanei, & in ipſius odium ſunt facta, non autem Equitis: ideò ipſe tenetur, non autem Eques, vt bene declarat Bald. *in dicto §. non omnia, verſic. ſi verò* A *damnum*, vbi diſtinguit, quòd ſi damnum eſt datum odio mandatarij, tunc domini in nihilo tenentur: ſecus eſt, ſi odio mandãtis: quæ diſtinctio ſolet etiam adhiberi in materia remiſſionis mercedis in cõtractu locationis, vt per Bart. *in l. ſi merces, § culpæ*, vbi Doctor. *ff. locat.*

Quo verò ad pecunias, quas Capitaneus mutuo accepit à Brunoro Præceptore Licien. Domini dixerunt, Equitem teneri; tum, quia Triremis erat malè inſtructa & multis rebus indigebat, *vt in ſummario Capitanei, num.* 11. quo caſu potuit Capitaneus pecunias mutuo accipere pro vſu Triremis, & dominus tenetur, *l. 1. §. non autem, de exerc. act.* tum quia Eques certioratus de huiuſmodi mutuo, illud non improbauit, ſed potiùs videtur acquieuiſſe, ex quo approbauit conuentiones factas cum Brunoro, excepta promiſſione facta per Capitaneum de conſignan. quindecim remiges ipſi Brunoro, quam B acceptare noluit.

*ADDITIO.*

a ADillum caſum. Regulatiter vbi culpa præcedit caſum, quis tenetur etiam de caſu ſequuto, *text. in d. l. ſi, vt certo, §. ſed interdum, & in l. in rebus, in princip. cum ibi notatis, ff. commodati.* Ad quam materiam vide etiam Bart. *in l. Diuus Adrianus, ff. de ſiccariis*, Aret. *conſil. 80. nu. 60. verſic. nec obuiat*, Clar. *in Pract. quæſt. 84. in princip.* ibi, *pro culpa verè, &c.* Carret. *in Pract. crimin. fol. mihi 163. nu. 13. & fol. 164. num. 4. & 8.* Cæpoll. *conſil. 33. num. 19. verſic. nec obſtat.* Hæc autem regula patitur duas notabiles declarationes. Prima eſt, vt non procedat, quando ſumus in caſu, in quo ſola culpa non eſt in C conſideratione, ſecundùm Marc. Anton. Eugen. *conſil. 64. nu. 33.* Secunda eſt declaratio, quæ ponitur in hac diuiſione, vt ſcilicet eadem regula non procedat, quando culpa non eſt ordinata ad caſum ſequutum, quam vltra hîc allegatos probarunt etiam Aretin. *conſil. 146. nu. 8. ad medium*, Aym. *conſ. 8. nu. 29.* Boſſ. *in titu. de homicid. nu. 74.* vbi de materia, *& nu. 93.* Menoch. *de præſumpt. libro 5. præſumpt. 3. nu. 138.* & ante iſtos Barto. *in dicta l. diuus, la 2. in fine, ff. de ſicariis.*

*Fam. Cent. I. V. D. Galeſij.*

## ILLVSTRISSIMI ET REVERENDISS. Aldobrandini, & nunc S. D. N. Clementis VIII.

*Placentina vſurarum, die 8. Aprilis 1585.*

### ARGVMENTVM.

De ſimulatione, an & quibus coniecturis probetur?

*SVMMARIA.*

*Simulatio probatur coniecturis, nu. 1. & in addit lit. a, in princip. Contrà, ibid. verſ. Contrarium, quòd imò. Reſolue, vt in verſic. Quod dicendum, & ſeqq.*

*Fraus probatur præſumptionibus & coniecturis, in addit. lit. a, in fi. principij.*

*Simulatio probatur coniecturis, quando agitur ciuiliter ad tollendam fidem inſtrumento, ſecus ſi criminaliter ad pœnam, in addit. lit. a, verſ. Quod dicendum.*

*Simulatio, quando probatur coniecturis & præſumptionibus, debent dictæ præſumptiones eſſe in genere ſuo perfectè probata, in addit. lit. a, verſ. Secundò, vt pariter procedat.*

*Simulationis præſumptiones & coniecturæ vt illam probent, debent eſſe graues & perſpicuæ, non autem leues, in addit. lit. a, verſ. Tertiò, dummodò.*

*Dolus ſeu fraus probatur perſpicuis indiciis & coniecturis, & quæ dicantur iſta perſpicua indicia, in addit. lit. a, verſ. Tertiò dummodò.*

*Simulatio non probatur duabus coniecturis ſeu præſumptionibus, ſed debent eſſe plures, in addit. lit. a, verſic. Sed nunquid, ibid. in verſ. Altera fuit huic contraria ſententia. Reſolue, vt in verſ. Quid dicendum.*

*Dolus ſeu fraus probatur duabus præſumptionibus, in addit. lit. a, verſ. Altera fuit.*

*Falſitas probatur duabus præſumptionibus, in addit. lit. a, verſic. Altera fuit.*

*Præſumptiua probatio vbi admittatur, an ſufficiant duæ præſumptiones, an verò requirantur plures, in addit.lit.a, in fin.verſ. Quid dicendum.*

*Simulationis coniecturæ & præſumptiones remittuntur arbitrio iudicis, poſt num.1.& in addit.lit.*b.

*Doli ſeu fraudis præſumptiones & coniecturæ ſufficiẽtes quæ ſint ad illius probationem, iudicis arbitrio remiſſum eſt, in addit. lit.* b.

*Præſumptiua probatio vbi à iure admittitur, præſumptiones ſufficiẽtes quæ ſint, iudicis arbitrio remiſſũ eſt, & in addit.lit.*b,*in fin.*

*Simulatio probatur coniecturis & præſumptionibus non ſolum iuris, ſed etiam hominis prudentis, num.1.in fine, & in addition. litera* c,*vbi etiam proferuntur contrarium ſentientes.*

## DECISIO. XXIX

1 CONcluſerunt † Domini, confeſſionem penſionis ſiue mercedis receptæ, eſſe ſimulatam: an autem exinde inferatur, totum contractum ſimulatum eſſe, particulariter videbitur. Ratio fuit, quia ſimulatio coniecturis proba-
a tur[a], Bald.*in l.& qui, in fine, C.de diſtract.pigno.* Alexand.*conſil. 97.lib.7.*Dec.*conſil.*14.*ſub num.6.& conſi.692. num. 2.* & arbi-
b trio iudicis[b], relinquitur, quænam coniecturæ ad hunc effectum ſufficiant, Bald. *conſil. 311. num 22. lib.5.*Pariſ.*conſil.55. num.28.lib.1.* Couarr. *variar. reſolut.lib. 3.cap.7 num. 3.in fine,* Menoch, *de arbit. quæſt. 247. lib. 11.* Et cùm hodiè homines ſciant vti multis cautelis ad tegendam ſimulationem, hinc fit, vt ſufficiant etiam nedum legis, ſed hominis prudentis [c],
c coniecturæ, Felin. *in cap. ſi cautio, ſub num.7.de fide inſtrum.* poſt Laurent. de Rodulph. quem allegat Pedemont. *deciſio 42.num.2.*

## ADDITIONES.

a SImulatio coniecturis probatur. Hæc concluſio videtur communiter recepta, ad cuius comprobationem facit alia generalis concluſio, quòd in iis, quæ occultè fiunt & committuntur, ſúntque propterea difficilis probationis, præſumptiua admittitur probatio, & in ſpecie in probatione ſimulationis, adde Boſſ.*in titu.de bonor.publica num.50.*Viu.*opin.425. in fin.num.*12.Rolan.*conſi.40.num.30.& ſequentib.lib.2.* Iacob. Port.Imolen.*conſi 69.num.6.lib.2.*vbi teſtatur, hanc eſſe rece-
* ptam à Doctoribus * opinionem, Ioſeph.Ludouic.*concluſ.... verſ.ſed quando loco an dicatis.* Et faciunt ſcripta per eundem Roland.*in concluſ.47.num.6.lib.*4 Ioan Baptiſt. Lup. *in tract. de vſuris.comment.2.§.1.num.50.& ſequenti.* Et pro hac eadem opinione facit, quia omnis ſimulatio habet in ſe dolum ſeu fraudem, in cuius probatione præſumptiones & coniecturas ſufficientes eſſe, ſcripſerunt plures relati per Dominum meum Farinacium, *in ſua Pract.crimin.part. 2. tit.de pœn.temperan.quæſt.* 89. *num.16.17.& 19.* Addo & Maſcard.*de probat. lib.2.concluſ.815.num.1. lib.3. concluſ.1124. num.11.* Menoch. *de præſumpt.lib.1.q.58.num.9.*

Contrarium, quòd imò ſimulatio non præſumptionibus ſeu coniecturis, ſed plenè & concludenter probari debeat, ſuſtinere videtur Roland.*d.conſil.47 num.28.in fine.lib.4.* vbi
* etiam teſtatur *, hoc apud omnes eſſe receptiſſimum, *& nu. 30.verſicul. vlterius dicitur,* ex Caſtrenſ. quem allegat *in conſil. 303.col.2.lib.1. & conſil.262.in princip.lib.2.* Hoc diſſentire videtur Caputaq.*deciſ.421.num.1.& ſeqq.par.2.& deciſ.163.num. 5.& ſeqq.part.3.*

Quòd dicendum, negari non poteſt concluſionem à Sanctiſſimo hîc formatam, & veriorem & receptiorem eſſe, declaratam tamen tribus modis: primò, vt procedat, quando ciuiliter agitur ad tollendam fidem ſcripturæ, prout ſunt termini propoſitæ deciſionis, ſecus ſi criminaliter ad pœnã; cùm tunc plenior & exactior requiratur probatio, prout omnes ſciunt, & in ſimili aliàs dixi in probatione falſitatis.

Secundò, vt pariter procedat, quando coniecturæ & præſumptiones ſimulationis fuerint in genere ſuo perfectæ & probatæ, aliter ſecus, prout in ſpecie in materia ſimulationis probauit Ioſeph.Ludouic. *concluſ. 51.verſ.& dictæ coniecturæ, &c.* Quicquid in contrarium dixerit Maſcard.*de probationib. lib.1.concluſ.*438.*num.*8.

Tertiò, dummodò præſumptiones & coniecturæ prædictæ fuerint graues & perſpicuè, non autem leues, prout probat text.*in l.dolum, C.de dolo.* Et in probatione doli apertè tra-
A diderunt Luc.de Penn.*in l.quemadmodum, num.36.verſic, nam perſpicuis, C.de agric. & cenſit. lib.11.* Capra *concluſ.78. num. 50.* Neuizza.*conſil.22.num.46.*Cephal.*conſi.121.nu.121.lib.1.* Quæ autem dicantur coniecturæ graues & perſpicuæ, fraudem, dolum ſeu ſimulationem probantes, vide plures Doctorum opiniones recitatas per Dominum meum Farinacium, *in ſua Pract.crimin.d.tit.de pœn.temperan.q.89.num.27.& ſeqq.*

Sed nunquid duæ tantùm præſumptiones ſimulationis ſufficiant, an verò requirantur plures. Vna fuit opinio, quòd requirantur plures coniecturæ, & quòd nec duæ ſufficiant, ſecundùm Iacob.Port.*in conſil 66.num.10.lib.2.*vbi teſtatur de receptiori opinione, *& in conſil.*192.*num.*7.refert & ſequitur idem Roland.*d.conſ.47.num.30.lib.4.* faciunt tradita per Menoch.*de præſumpt.lib.1.q.40.num.11.&* 12 qui loquitur in pro-
B batione falſitatis.

Altera fuit huic contraria ſententia, quòd imò duæ ſufficiant coniecturæ. pro qua vide Maſcard.*de probatio.lib.1.dict. concluſ.*438.*num.11.*& in ſimili quòd ad probationem doli ſeu fraudis, duæ ſufficiant præſumptiones, voluerunt Aym.*conſ. 153.num.11.in fine, & num.*22. Decian.*conſi.32.num.4.lib.*3. Sic ad probationẽ falſitatis duas ſufficere præſumptiones, ſcripſerunt Aym.*conſil.134.num.*39.Gabriel.*lib.7.concluſ.6.num.5.* Decian.*conſil.100.num.11.& conſil.109.num.76.lib.2.* Ioſeph Ludou.*concluſ.45.verſic.ampliatur ſextò,* Maſcar.*de probatio.lib. 2.concluſ.740.num.45.*Bertaz.*conſil.91.num.32.*

Quid dicendum, vide Menoch.*de præſumpt.lib.3.præſumpt. 127.num* 7.vbi, relatis variis opinionibus Doctorum, quorũ aliqui vnica tantùm præſumptione contenti erãt, aliqui ve-
C rò duas aut tres ſufficere præſumptiones affirmabant, cõcludit, id totum relinqui iudicis arbitrio. Sed quia cùm periculoſum ſit arbitrio iudicis hodiè tam latas habenas relaxare, omnes ſcirent idcirco meliùs declarantem, vide Dn. meum Farinacium *in ſua Pract.crim. par.2.titu. de reo confeſſ. & conuict.quæſt.86.num.93.& ſeq.* vbi generaliter loquitur in omni materia, in qua iure admittitur præſumptiua probatio.

*Arbitrio iudicis.* Veriſſima eſt etiam hæc concluſio, quòd b
ſcilicet iudicis arbitrio remittitur, quænam coniecturæ ſimulationem probent, quod & voluit idem Menoch. *de præſumpt.lib. 3. præſumpt.222.num.5. & 6.*Maſcar. *de probat.lib.1. concluſ.442. nu.6.& ſeq.* Et in ſimili, quòd coniecturæ dolum & fraudem probantes, iudicis arbitrio remiſſæ ſunt, voluerunt Luc.de Penn.*in d.l.quemadmodum, num.23.C.de agric. &*
D *cenſit.lib.11.*cuius verba refert Capra *concluſ.28.nu.51.* Corn. *concluſio.140.num.11.lib.2.*quem refert & ſequitur Maſcard. *de probat.lib.1 concluſ.530.num.10.*Rota Ianuen. *deciſ.268. nu.13.* & generaliter in omni caſu, in quo à iure præſumptiua admittitur probatio, quòd ſufficientia præſumptionum ſit arbitrio iudicis remiſſa, bene probauit, & etiam declarauit D. meus Farinac. *in ſua Pract. crim. par.2. d.titu. de reo confeſſ. & conuict.quæſtio.86.num.91.& ſequenti.*

*Hominis prudentis.* Adde pro hac eadem concluſione Io- c
ſeph.Ludou.*concluſ.51.verſ.vigeſimotertio coniectum eſt,* vbi dixit, ſufficere coniecturam non expreſſam in iure, dummodò illi ſimilis ſit, & in ſimili faciunt, quæ de probatione falſitatis ſcripſerunt Mandell. *conſil.99.num.6. in fine;* Maſcard. *de probation.lib.2.concluſ.240.num.4* ſed contrarium, quòd imò hominis præſumptiones ſeu coniecturæ ſimulationem non probant, voluit Bald.*in conſil.21.colum.2.lib.4.*prout illum refert & ſequitur Roland.*in conſil.42.num.90.verſ.vlterius dici-*
E *tur, il 2.libro 4.* Caputaquen *deciſ.163. num.7.par.3.* Cephal. *conſil.325 num.21.& ſeqq.lib.3.* Vide pro reſolutione, quæ generaliter dixit Dominus meus Farinacius *in ſua Pract.crimin. part.2.titul.de reo confeſſ.& conuict.quæſtione 86.numer.87. & ſequentibus.*

*Famianus Centolinus I.V.D. Galeſij.*

## BVBALI.

*Senogallien. Prædij, Lunæ tertia Iunij 1581.*

## ARGVMENTVM.

Venditio pannorum cariori precio facta ob cõceſſam dilationem ad illud ſoluendum, & quando ſapiat vſurã? Et hinc ſumpta occaſione aliqua notabilia ponuntur in materia ſimulationis & vſurę.

SVMMA

## *SVMMARIA.*

*Precium pannorum an probetur ex fide mercatorum, numer. 1. & 6.*

*Officiali publico plena fides adhibetur, maximè in his, quæ concernunt eius officium, nu. 1. ante fin.*

*Vendere rem cariori precio, facta dilatione ad tempus, vſura eſt, num. 2. ſed an & quando hoc verum ſit: vide per totam deciſionem, & in addit. lit.* [a]*, vbi remiſſiuè.*

*Vſura formalis dicitur illa, quæ prouenit ex vero contractu mutui, num. 3.*

*Vſura dicitur indirectè, ſiue per accidens, quando ſub velamine emptionis ſeu alterius liciti contractus, committitur, nu. 3. in fin.*

*Simulatio contractus præſumitur ex indigentia contrahentis, num. 4. declara, vt nu. 13.*

*Simulatio contractus arguitur ex abſentia contrahentis, nu. 4.*

*Simulatio contractus arguitur ex qualitate perſonarum, nu. 4. & in addit. litera* [c]*.*

*Simulatio præſumitur ex venditione pannorum facta in confuſo, num. 4. in fin.*

*Inſtrumentum publicum habet præſumptionem veritatis, legalitatis & iuſtitiæ, num. 5. & in addit. lit.* [b]*.*

*Vſura in dubio non præſumitur, ſicut & in dubio contractus non eſt præſumendus vſurarius, in addit. litera* [b]*, vbi declaratur.*

*Simulatio in dubio non præſumitur, ſicut & in dubio contractus non præſumitur ſimulatus, in addition. litera* [b]*.*

*Simulatio contractus non præſumitur, quando ille producitur à viro probo, honeſto & fide digno, nu. 5. & in addit. lit.* [c]*, vbi generaliter, quòd qualitas perſonarum excludit præſumptionem ſimulationis, falſitatis, & vſuræ.*

*Vſura regulariter non committitur in contractu emptionis & venditionis, nu. 5. in fine.*

*Fides non facit fidem, nu. 6.*

*Teſtes non poſſunt deponere per ſcripturam, ſed debent deponere viua voce, & cum iuramento, nu. 6.*

*Precium non dicitur iniuſtũ & exceſſiuum, etiam quòd quis vendat rem minori precio eo quo illam emerat, num. 1. in fine.*

*Precium vbi non eſt exceſſiuum in venditione, non poteſt dari de vſura, num. 8.*

*Vendere licet rem ſupremo precio credita pecunia, nu. 8.*

*Venditio non dicitur vſuraria, quamuis res fuerit vendita cariori precio, facta dilatione ad illud ſoluendum, niſi etiam vendens habuerit declaratam intentionem committẽdi vſuram, quæ quidem deprauata intentio in dubio non præſumitur, nu. 9.*

*Dolus in dubio non præſumitur, nu. 9.*

*Vendere licet rem etiam cariori precio, facta dilatione ad ſoluendum, quando in loco vbi fit venditio, non inueniuntur emptores, qui in prompta pecunia emant, nu. 10. & ſeq. vbi idem quando merces in illo loco ſolent frequentiùs vendi credita pecunia quàm in contanti.*

*Contractus non iudicatur fœneratitius, ſi in illa regione, in qua eſt celebratus, communiter frequentatur, nu. 12.*

## DECISIO XXX.

1 PRopoſui † dubium in hac cauſſa, *An contractus venditionis pannorum facta D. Aurelio ſub die 23. Iunij 1572. per D. Nicolaum, eſſet vſurarius, ad effectum, vt non eſt danda immiſſio eidem D. Nicolao in poſſeſſionem prædij, de quo agitur vigore vtilis Saluiani interdicti?* In quo informantes pro inualiditate contractus, dum aliàs ſub die 14. Decembris anni præſentis hoc idem dubium propoſui (quia in hac poſitione non curarunt informare) plura deducebat ad oſtendendum contractum huiuſmodi fuiſſe illicitum & vſurarium, & primò exceſſiuitatem precij pannorum: dicebant enim pannos Londrinem, fuiſſe venditos dilata ſolutione ad tempus longè maiori & cariori precio, quàm tunc temporis communiter venderentur in ciuitate Anconæ. Preciũ autẽ cõmune illius tẽporis conabantur probare ex fide quorundã mercatorum Anconitanorũ id atteſtantiũ & præſertim ex fide ſubſcripta à Conſule nationis Florẽtinæ, Anconæ cõmorante, cui tanquàm officiali publico plena fides eſt adhibenda, maximè in his, quæ concernunt mercaturam, vt per Bart. *in l. quædam, §. nummularios, in fine, ff. de eden. Alexand. conſil. 179. in princip. lib. 6. cum aliis per Aym. de*
A *antiquit. tempor. par. 1 ſectio. quartò limitatur, num. 62.*

Et † hanc probationem coadiuuabant ex eo, quia de anno 2
1568. D. Nicolaus emerat has merces minori precio, quam
poſteà vendidit, vnde ſtante exceſſiuitate precij, ob dictam
ſolutionem ad tempus, aſſerebant contractum huiuſmodi
fuiſſe vſurarium, [a], & potiùs contractum mutui ſimulata a
venditione, ne venditor cogeretur exceſſum iuſti precij reſtituere ex diſpoſitione iuris canonici, iuxta text. *in cap. in ciuitate, & in cap. nauiganti, de vſur.* Abb. *in d. c. in ciuitate, num. 2.* & ibi Ioan. de Anan. *ſub nu. 1.* D. Thom. *2. 2. q. 78. art. 2. ad fin.* Summ. Syluestri, *ver. vſura, 2. ſub num. 2. verſ. certum*, latè Couar. *var. reſol. lib. 2. c. 3. num. 7.*

Et † quamuis non dicatur vſura formalis, quia non pro- 3
uenit ex vero contractu mutui, tamen virtualiter in iudicio
B dicenda eſt vera vſura, *cap. conſuluit, vbi gloſſ. in verſic. malè agere, de vſur.* Summ. Syluestrin. *ibi ſuprà, verſi. quartum*, & dicitur vſura indirectè ſiue per accidens, quando ſub velamine emptionis, ſiue mediante contractu de ſe licito, vſura committitur, vt bene declarat Federic. de Sen. *conſ. vlt. numero 20.*

Secundò † ad coadiuuandum hanc probationem afferebant 4
aliquas coniecturas, ex quibus arguebatur ſimulatio contractus huiuſmodi venditionis pannorum, nempe indigentia pecuniarum, qua Dom. Aurelius emptor tempore pecuniarum contractu detinebatur, quæ arguit ſimulationem ex alleg. per Rolan. *conſil. 40. nu. 33. lib. 2.* Qualitas ipſius emptoris, qui non erat mercator, nec indigebat tanta pannorum quantitate; abſentia Domini Aurelij de tempore contractus, qui non curauit videre pannos cuius qualitatis eſſent, quod arguit ſimulationem & contractum fœnerati-
C tium, vt per Pariſ. *conſil. 82. n. 38. lib. 2.* Afflict. *deciſ. 40.* Natt. *conſil. 198. nu. 2.* cum aliis per Menoch. *conſil. 109. nu. 21.* Item venditio pannorum facta in confuſo, non autem diſtinctè & particulariter, Natt. *vbi ſuprà, num. 8. in fine.*

His † tamen minimè obſtantibus, Domini vnanimiter 5
concluſerunt, contractum, de quo agitur, non fuiſſe vſurarium, nec illicitum, ſed ab omni prorſus ſimulationis & vſurariæ prauitatis labe alienum. Cùm enim ſuper hac conuentione confectum ſit publicum inſtrumentum, vtique illud habet pro ſe omnem præſumptionem veritatis, legalitatis
ac iuſtitiæ; non autem ſimulationis & fœnoris, [b], ita Bal. *per* b
*illum text. in l. cum precibus, C. de probat. & in l. rogaſti, §. ſi tibi, ſi cert. peta.* Iaſ. *in l. iuriſgentium, §. quod fere, in 2. not. ff. de pact.* cum aliis per Rimin. iun. *conſil. 83. nu. 17.* præſertim cùm ſit pro-
ductum à viro probo [c], honeſto & fide digno, vt poſt Iacob. c
de Belu. & Parid. de Put. tenet. Marſil. *in l. 1. §. ad quæſtionem,*
D *nu. 10. in fine de quæſt.* Tiraquel. *de pœn. temper. cauſ 51. nu. 116.* Quod eo maximè dicendum eſt, quando verſamur in contractu emptionis & venditionis, in quo regulariter vſura non committitur.

Et † quoniam ius conſiſtit in reſponſione ad fundamenta 6
ſuprà deducta; ideò pro reſponſione ad text. *in cap. in ciuitate, de vſur.* fuit dictum, quòd in hac venditione nedum nõ probatur exceſſiuitas iuſti precij, quinimò potiùs conſtat de contrario: nam fides ſubſcripta à mercatoribus nihil penitus probat; tum quia fuit facta lite pendente; tum etiam quia parte non citata, & ſine iuramento. Sicut enim viuæ voci illorum mercatorum, qui fidem fecerunt, non creditur ſine iuramento, & parte non citata, *cap. 2. & cap. nuper, de teſtib.* ita credi non debet eorum voci mortuæ, & ſic eorum ſcripturæ, vt inquit Roman. *conſil. 204. nu. 4. verſicu. 3.* & bene facit illa communis opinio, quòd teſtis non poteſt per ſcri-
E pturam teſtificari, vt per Couarr. *lib. 2. variar. reſolut. cap. 13. nu. 6. verſicu. imò non poſſe.*

Et † eò magis hæc probatio redditur inſufficiens, cum 7
iidem mercatores poſt conceſſas literas remiſſoriales in ciuitate Anconæ recuſarunt ſe examini ſubiicere, & cum iuramento deponere quod ſcripſerunt; prout nec etiam probatur exceſſiuitas iuſti precij ex eo quòd D. Nicolaus hos pannos emerit de anno 1568. viliori precio, quia in exiſtimatione iuſti precij hoc non attenditur, vt per Couar. *lib. 2. cap. 3. num. 4. verſic. ſecundò hîc apparet.*

Quòd † autem precium pannorum non eſſet exceſſiuum, 8
clarè liquet, tum ex partitis librorum quorundam mercatorum, qui de eodem tempore & eodem precio pannos vendiderunt; tum ex partitis extractis ex libro Antonij Trium-

phi,ex quibus conſtat D. Antonium vendidiſſe pannos huius qualitatis pro eodem & maiori precio. Cùm igitur in caſu, de quo agitur,precium non poſſit dici exceſſiuũ,contractus non debet iudicari vſurarius, nec eſt locus diſpoſitioni,d.c.in ciuitate,vt ibi per Abb.& Ioan.de Anan.& bene per Dec.conſ.111.in fine.Quamuis enim ſupremum precium dici poſſit, licitè tamen vendi poſſunt merces pecunia credita ad tempus ſupremo precio quas ſtatim pecunia numerata precio mediocri vel infimo vendidiſſet, vt per Dec. d. conſ.111.nu.7.Veron.cõſ.crim. 10.col.4.Sum.Syluestr. in verſ. vſura, 2. §. 1. verſ. 4. Couarr. d. c.3. num. 2. verſ. ſecundò inde conſtat.

9 Præterea † etiam quòd prætendi poſſet, precium huiuſmodi fuiſſe aliquo pacto exceſſiuum,quod tamen non probatur, vt ſuprà dictum eſt; non tamen ex hoc ſolo contractus redditur vſurarius; ſed requiritur dolus & deprauata intentio venditoris. Quando enim contrahentes deprauatam habent intentionem,& fraudem habent in mente,tunc fingitur ſolutio facta ab ipſo emptore & precium ſibi reſtitutum, quaſi contrahatur de nouo mutuum cum lucro illius exceſſus,qui erat in precio, vt inquit Abb.in d. cap.in ciuitate,nu.2.verſic.ſed vbi fraudem, & ibi Ioan. de Anan. num. 1.verſi.ſed vbi contrahentes,& Hen.Boyc.nu. 6.in fine, latè Bero.in rubr.de vſur.nu.38.Dolus autem & deprauata intentio probari debet, aliàs non præſumitur ex dilatione data ad ſoluendum precium, l. dolum, C. de dolo, & in his terminis bene deducit Bero.in d. c. in ciuitate, num. 3. verſ. præterea cùm dolus.

10 Tertiò † non procedit diſpoſitio tex.in d.c.in ciuitate,quãdo non inueniuntur emptores,qui merces præſenti pecunia emant, prout eſt in quibuſdam ciuitatibus, & in ſpecie in ciuitate Anconæ.Tunc enim ſi merces cariùs vendantur iuſto precio,non committitur vſura,quia pecunia non poteſt videri ab emptoribus tradita, poſteà illis numerata,quia illam promptam precij ſolutionem non habuerũt:& quia ſi venditores precium tempore contractus habere potuiſſent, vtique in alias merces pecunias inueſtiuiſſent, ita Salicet. in auth.ad hæc,quæſt.9.in fine,C.de vſur. ſequitur Ioan. de Anan. in d.cap.in ciuitate,nu.3.verſic.eſt etiam conſiderandum. Dec. d. conſil.111.nu.5.verſic.his præmiſſis,Couarr.d.cap.3.num.6.Nauarr.in Manual.ſub præcepto 7.cap.17.nu.228.Rip.in cap. nauiganti,§.5.num.129.de vſur.pag.132.

11 Quod † eò magis locum habet, quando ſumus in mercibus, quæ in loco ſolent frequentiùs vendi pecunia credita, & quæ non poſſunt vendi niſi exſpectato precio, quod ex mercibus ipſis conficiendum reſtat, veluti in mercibus maritimis, quæ niſi in magna copia adduci non poſſunt; qua de cauſſa non inueniuntur commodè emptores, qui præſenti pecunia emant, & mercatores, ſi merces huiuſmodi cariùs vendant,non ſunt damnandi, dummodò abſit fraus, ita declarat Sol.de iuſt.& iur.lib.6.q.4.art.1.col.pen.verſ. quantum demum,ſequitur Lup.vbi ſuprà,nu.107.

12 Accedit † etiam, quòd contractus non debet fœneratitius iudicari,ſi in regione communiter frequentatur, & inter bonos & legales mercatores ſeruatur,ita Bald. in l. vnica nu. 39. C. de his quæ pœn. nomin.ſequitur Iaſ. in l.1.nu.72. verſ. idem,Bald.C.de ſumm.Trinit. & fid.cathol. Aym.conſil.6.ſub nu. 103.Roland.conſil.75.nu.44.lib.1.

13 Nec † obſtant coniecturæ ſuprà deductæ,quia quòd merces in confuſo fuerunt venditæ,tollitur ex partitis librorum d.Nicolai, in quibus clarè & diſtinctè explicatur qualitas & color pannorum, & illorum precium.Quod autem D. Aurelius emptor indigeret pecuniis, & non tanta quantitate pannorum, hoc non arguit ſimulationem huius cõtractus; tum quia non cõſtat,quòd D. Nicolaus de his habuerit nõtitiam; poterat enim credere Dom. Aurelium has merces emere ad effectum illas vendendi in ciuitate Senogallien. vel alibi: tum etiam, quia conſtat ex publicis inſtrumentis Dominum Aurelium hos pannos vendidiſſe in ciuitate Raguſina eodem & fortè maiori precio, quàm illos emerit à Nicolao. Reliquæ coniecturæ verò fuerunt Dominis ſatis leues,& ideò concluſerunt,contractum,de quo agitur, non fuiſſe vſurarium, & conſequenter vigore hypothecæ contentæ in inſtrumento venditionis, dandum eſſe mandatum de immittendo in poſſeſſionem prædij,de quo agitur,in fauorẽ Domini Nicolai,ex remedio vtilis Saluiani interdicti.

## ADDITIONES.

VSurarium.Vſura an ſit,vendere rem cariori precio, facta dilatione emptori ad ſoluendum (& eſt materia huius Deciſionis) ſi plura quã ea,quæ hîc ſcripta ſunt, perquirere volueris adeas Doct.in l.1.C.de edendo,& ibi præſertim Iaſ.ſub nu.9.Dec.nu.17.Bolognet.num.58. verſicu. quartò amplsatur,& vide etiam Doctores,& præcipuè Abbatem in cap.in ciuitate,in cap.conſuluit,& in cap.nauiganti extra,de vſur. & eundem Abbatem in cap. ad noſtram, colum. 1. de empt. & vend. & omninò in conſil. 22. quam conſultum, lib.1.Bal.conſil. 277.lib.3.Alex.conſil.72.nu.1.lib.1.Socin.iun. conſil. 83. lib. 2. Aym.conſil.145.nu.23.Pau.de Caſtr.in cõſ.161.ad primum quæſitum,lib.1.Diaz,reg.795.Couarr.variar.reſolut.lib.2.cap.3.nu. 6.& 7. Ioan.Bapt.Lup.in tract.de vſur.comment.3.§.1.nu.1.& ſeqq.plurib.vbi latè.

Fœnoris. Tritiſſima eſt iſta concluſio, quòd inſtrumẽtum habet præſumptionem pro ſe, imò dicitur probatio probata,facit rem manifeſtam habétque vim diffinitionis cauſſæ, & etiam inducit notorium; verùm quia eadem concluſio non ſemper vera eſt, & pluribus modis declaratur per Doctores, ideò lectorem in hac materia remittere voluit ad Rolan.in conſil.9.nu.15.& ſeq.conſil.61.nu.28.& conſil.85.num. 37.& ſequentib. & conſil. 89. nu.1.& ſequentib.lib. 1. & conſil. 40.nu.7.& ſequentib.& conſil.58.nu.6.& conſil.63.num.1.& ſequentib. & nu.45.& ſeqq. lib.4.& conſil.96.nu.27.& conſil.79. nu.87.& conſil.57.nu.1.& ſequentib.& nu.30.lib.3.conſil.55.nu. 1.& nu.9.& conſil.63.n.45.& ſeqq.eod.lib.4.In diſcurſu enim prædictorum conſiliorum aliquas reperies declarationes, adde Socin.reg.351.Nouell.reg.120.Ancharã.Regien. quæſt. 3.num.16.& ſeq.par.2.Deciſ.Pedemont.117.numer.1.& deciſ. 129.num.7.Cephal.conſil.4.num.19.& ſeqq. & conſil.109.nu. 5.& ſeqq.lib.1.& conſil.287.nu.1.& ſeqq.& conſil. 261.nu.5. & ſequentib.lib. 2. Deciſ.Auenionen.91.num.1.deciſ. Lucen.per Ludouic.35.nu.7.& ſequentib. Et pro regula vulgò allegatur text.in l.cùm precibus,C.de probat.& l.deſiderium,C. depoſiti, in cap.dilecti, extra de donationibus, in cap.licèt cauſſam,de probat. Vbi probatur,quòd inſtrumentum inducit probationẽ euidentiſſimam, & vide Dominum meum Farinac. in ſua Pract. crimin. in titu. de delict. q. 21. num.23. & ſequentib. vbi particulariter tractauit, an & quando inſtrumentum faciat notorium.

Et etiam circumſcripto inſtrumento & illius fide ac probatione,cùm vſura ſit delictum,& delictum non præſumatur,idcirco contractus in dubio non præſumitur vſurarius, ſed licitus & permiſſus, prout videtur text. in l. per retentionem,C.de vſur.Bald.in l.rogaſti,§.ſi tibi, colum.fin. verſic. extra noto.ff.ſi cert.peta.Alex conſil.221.colum.2.in princ.verſic. accedit etiam,lib. 2. plenè Rolan.conſil.58.num.3. & ſeqq. & conſil.98. nu.8.& ſeqq.& conſil.95.nu.10.& ſequentib. lib.4.& conſil. 40. nu.1.& ſequentib. & nu 38. lib.2.vbi declarat, Gabr.lib.7.concluſ.2.nu.3.Ioſeph.Ludouic. concluſ. 51.in princip.Ioan. Bapt. Lup.in tract.de vſur.comment.2.§.1.num.27.Maſcar.de probat. lib.1.concluſ.478.nu.1.& ſequentib.& lib.3.concluſ.1417. nu. 1. Menoch.de præſumpt.lib.3.præſumpt.123.nu.2.

Procedit autem hæc præſumptio vſurariæ prauitatis,excluſiua in foro fori,ſecus autem in foro poli & conſcientiæ, ex allegatis per Ioſeph.Ludouic.d.cõcluſ.51.verſic.ſed iſta præſumptio.Brunor.à Sole in ſuo conſil.crim.nu.71. Gabr. de cõcluſ. 2.num.4.Maſcard.d.concluſio.438.nu. 6.Menoch. de præſumpt. lib.3.præſumpt.122.num.5.

Et quia vt plurimùm vſurarius contractus celebratur ſub velamine alterius liciti contractus,idcircò nõ incongruum eſt,ponere hîc aliam concluſionem,quod pariter in dubio, nec ſimulatio præſumitur,nec contractus ſimulatus præſumitur, niſi per allegantem probetur; imò nec etiam ſufficit probare ſimulationem, niſi etiam probetur ſpecies ſimulationis illicitæ & prohibitæ, ſecundùm Anton. de Canar. in tracta.de exſequut.inſtrum.nu.30.Roland.conſil.6.nu. 28. & ſequentib.lib.3.& conſil.47.nu.25.& ſeqq.lib.4 Iacob.Port.Imolen.conſil.192.nu.3.& ſeqq.lib.2.vbi.nu.5. dicit hoc eſſe apud omnes receptiſſimum,& conſil.66.nu.1.eodem lib. 2. Maſcard. de probat.lib.1.concl.448.nu.1.& ſeqq.vbi declarat, & concluſio. 557.nu.1.& lib. 2. conc. 814.per totam, vbi latè exornat. Menoch.de præſumpt.lib.3.concluſ.122.nu.2.& 3.

Productum

*Productum à viro probo.* Qualitas perſonæ includit & excludit vſuram; ſi enim contrahens ſit perſona bonæ famæ, & non ſolita vſuram committere, & tunc eo minùs præſumitur, ſecus econtrà; ſi contrahens ſit ſolitus vſurarios celebrare contractus, ex allegatis per Roland. *in conſil. 58. num. 21. lib. 4.* Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 123. ſub num. 8.* Vbi etiam idem de homine diuite, Maſcard. *de probationib. lib. 1. concluſio. 445. num. 5. 6. 7. & 13.* Sic & qualitas perſonarum includit & excludit ſimulationem contractus, ex allegatis per Ioſeph. Ludouic. *concluſ. 51. verſi. quarta concluſio*, & vide declarantem Maſcard. *de probat. d. concluſ. 445. num. 5. & ſequentib. & num. 12. & 13. verſic. verum vnum, &c.* Sic & pariter ex qualitate perſonarum falſitatem præſumi & non præſumi, ſcripſerunt Bald. *in l. 2. C. de falſis*, Bart. *in l. quoties*, §. 1. & ibi etiam Bald. *ff. de hered. inſtituen.* Cæpoll. *conſil. 21. num. 34.* Boſſ. *in tit. de falſis, ſub num. 8.* Pariſ. *conſ. 28. num. 49. lib....* Hippol. Riminal. *conſil. 344. num. 80. & 81. lib. 3.* Franc. Becci. *conſil. 78. num. 24. & ſeqq. lib. 1.* Iacob. Port. Imolen. *conſil. 95. num. 16.* Cephal. *conſil. 287. num. 29. & ſeq. lib. 2.* Maſcard. *de probat. concluſ. 740. num. 26. 27. & 29. & concluſ. 959. num. 8.* Seraphin. *in tracta. de priuileg. iuramenti, priuileg. 132. num. 21.* Apud quos reperies etiam plures alios antiquiores materiam hanc pertractantes.

## BVBALI.

*Veneta legitimitatis, Veneris decima Ianuarij 1586.*

### ARGVMENTVM.

De colluſione ſeu præuaricatione inter litigantes quando permiſſa dicatur: necnon etiam de repetitione teſtium facienda ex officio iudicis, vel ad inſtantiam partis: & quando repetiti ſine citatione partis probent, vel non.

### *SVMMARIA.*

*Colluſio ſeu præuaricatio litigantium probatur ex cohabitatione, ac etiam ex eo, quòd quis citatus in iudicio non comparet, nec aliquam exceptionem opponit, num. 1. vbi declaratur hæc concluſio.*

*Iudicium non poteſt dici colluſiuum, etiam quòd partes amicabiliter conueniant de inſimul litigando, vt cognoſcatur quis foueat bonum ius: niſi probetur, quòd dolosè fuerint omiſſæ exceptiones legitimæ, & quòd aderat animus alteri præiudicandi, num. 1.*

*Colluſio non dicitur probata inter litigantes, niſi probetur, quòd is, qui victoriam reportauit, in lite foueret malum ius, nu. 1. in fin.*

*Teſtes examinati ſine partis citatione, nulliter dicuntur examinati, niſi parte præſente & inſtante fuerint examinati ſuper interrogatoriis datis, num. 2.*

*Iudex ex officio abſque requiſitione partis nō poteſt teſtes examinare; parte autem petente & inſtante, poteſt ſuum officium impartiri in examinandis ac repetendis teſtibus, num. 3.*

*Teſtes quamuis ex officio examinentur ſeu repetantur, neceſſaria tamen excitatio partis, niſi eadem pars inſtet pro repetitione, num. 4.*

*Teſtes poſſunt examinari parte non citata, quando partes ſic conſenſerunt, num. 4.*

*Teſtes nulliter examinati non poſſunt repeti, ſed debent de nouo examinari; niſi pars pro repetitione inſtiterit, num. 5. & in addit. lit. a, vbi de materia.*

*Proteſtatio nullitatis actorum & proceſſus debet repeti in quolibet actu, aliter non ſuffragatur, quando quis poſt proteſtationem ſimpliciter comparet, num. 5.*

*Teſtes non examinati ſuper interrogatoriis datis à parte, dicuntur nulliter examinati, quando pars proteſtata fuit, quòd ſuper dictis interrogatoriis examinentur teſtes; ſecus, ſi hanc proteſtationē non fecit, & à iudicis decreto contrario non appellauerit, num 6.*

*Interrogatoria impertinentia data pro examine teſtium ſunt omninò reiicienda, & quæ in propoſito dicantur impertinentia interrogatoria, num. 6. & in addit. lit. b.*

*Teſtium depoſitiones poſita ad partes de mandato iudicis, non dicuntur eſſe de actis, num. 7.*

## DECISIO XXXI.

1 DVplex † erat difficultas in dubio per me propoſito in hac cauſſa; Prima, *an examen teſtium, de quibus in dubio, factum primo loco coram Illuſtriſſimo Domino Patriarcha Venetiarum, ſit nullum; ſecunda, an repetio eorundem teſtium facta coram Illuſtriſſimo Domino Nuncio Venetiarum, ſeu eius Auditore fuerit nulla?* Quoad primum examen duæ nullitates apponebantur pro parte dicti Nicolai de Michaëlibus. Prima, quia totum illud iudicium coram Patriarcha fuerat colluſiuum inter patruos & nepotes inſimul colludentes, quam colluſionem colligebant ex cohabitatione, ac etiam quia dicti Ioannes & Fantinus de Michaëlibus patrui nunquàm comparuerunt in iudicio, nec aliquam exceptionem oponere curarunt, *iuxta text. in l. 1. §. præuaricatorem, ff. ad Turpillian.* ſed hæc nullitas fuit reiecta per Dominos, quia iudicium non poteſt dici colluſiuum, etiam quòd partes amicabiliter conueniant de inſimul litigando, vt cognoſcatur quis foueat bonum ius, *l. ſi conuenerit, ff. de re iudic.* Salic. *in l. 2. C. de colluſ.* Nat. *conſil. 537. num. 31. verſic. in ciuilibus verò de hoc, &c.* niſi probetur, quòd dolosè fecerint, omiſſæ exceptiones, quas pars habebat, & quòd aderat animus alteri præiudicandi, vt per Nat. *d. conſil. 537. numer. 32. in fin.* Potuerunt igitur patrui cognoſcere bonam fidem, & ſe remittere ad diſpoſitionem iuris, nec dicitur inter eos facta colluſio, niſi probetur, quòd Domini Iacobus & Ioannes nepotes fouerent malum ius in negotio principali, vt fuit reſolutum coram R. P. D. Decano in vna Romana hereditatis de Cioffis de anno 1583.

Secundò † opponebatur nullitas dicti examinis, ex quo teſtes fuerunt examinati abſque citatione partis ad videndū iurare teſtes, *iuxta text. in l. ſi quando, C. de teſtib.* circa quam aliqui ex Dominis habebant difficultatem, putantes primum examen ſaluari poſſe à ſupradictis nullitatibus, ſed quicquid ſit de illo examine, Domini, quoad repetitionem poſteà factā coram Nuncio in ſecunda inſtantia, tenuerunt illam fuiſſe validam, & nullitates non eſſe conſiderabiles; cùm præſuppoſito tamen, quòd teſtes fuerint examinati cum interrogatoriis ſibi bene viſis, factis parte præſente & inſtante ſuper repetione facienda, non reclamandum dicto decreto, & conſequenter ex quo fecit tranſitum in iudicatum, potuit iudex validè dictos teſtes repetere cum interrogatoriis ſibi bene viſis, iuxta formam dicti decreti. 2

Nec † dici poteſt decretum fuiſſe nullum ex eo, quia iudex non potuit teſtes examinare ex officio, ſed ad inſtantiam partis, cùm ad iudicis officium non pertineat teſtium examinatio abſque requiſitione partis, Rot. *deciſ. 13. num. 3. verſ. non enim procedit, de probat. in nouis*, quia licèt teſtes fuerint repetiti ex officio; tamen repetitio fuit facta ad requiſitionem partis, cùm D. Nicolaus petierit eos repeti. Quod enim dicitur, iudicem in cauſſa ciuili non poſſe teſtes ex officio examinare, procedit, ſi ſimpliciter & abſolutè teſtes ex officio examinat, ſecus vbi parte petente & inſtante, quia tunc officium ſuum parti petenti impartiri debet, vt bene declarat Rot. *d. deciſ. 13. in fin.* 3

Non † obſtat ſecundò, quòd in repetitione debeat ſaltem citari D. Nicolaus ad videndum iurare teſtes; quod cùm factum non fuerit, examen dicitur nullum, *l. ſi quando, C. de teſtib. cum ſimilib.* & partis citatio requiritur etiam, quando teſtes ex officio examinantur, vt per Felin. *in cap. in nomine Domini, num. 5.* & ibi Dec. *num. 10. de teſtib.* Quia pro reſponſione dictum fuit, quòd cùm hæc repetitio examinis fuerit facta ad inſtantiam Domini Nicolai, non requirebatur eius citatio in examine fiendo, quia de eius conſenſu & ipſo inſtante & petente fiebat hæc repetitio. Obiectio autem procederet, ſi ad inſtantiam DD. Iacobi & Ioannis teſtes fuiſſent repetiti, & cùm D. Nicolaus acquieuerit decreto, quòd iudex poſſet teſtes ex officio quandocunque ſibi placuerit examinare, potuit iudex etiam parte abſente & non citata illos examinare, vt per Bald. *in d. l. ſi quando, num. 5. C. de teſtib.* Marſil. *in l. de vnoquoque, num. 91. ff. de re iudic.* 4

Tertiò † non obſtat, quòd ſtante nullitate examinis [a], nō datur locus repetitioni, ſed teſtes debebant de nouo examinari, *l. fin.* vbi Doctores, *C. de teſtib.* quia vltra quòd nullitas primi examinis redditur turbida, ſatis videtur, quòd iudex potuerit procedere ad repetitionem parte petente, quæ in hoc ſibi præiudicauit; nam ex hoc cenſetur renunciaſſe nullitati prioris examinis, & conſequenter repetitio remanet valida, ad tradita per Imol. *in cap. cùm cauſſam, col. fin. in verbo, præſumptionem, de teſtib.* Rot. *deciſ. 8. in fin. de offic. delegat. in nouis.* Nec dicatur, quòd ſtante proteſtatione præcedenti, quòd 5 a

non

non intendebat conſentire, nec recedere à nullitatibus intentatis D. Nicolaus, non cenſetur ſibi præiudicaſſe, nec conſenſiſſe decreto facto; quia cùm poſt illas proteſtationes pluries comparuerit petendo teſtes repeti, & nunquàm proteſtationem repetierit, cenſetur ab ea receſſiſſe, vt per Ioan.de Anan.*conſil.93.nu.1. in fin.* quia proteſtatio debebat repeti in quolibet actu, cùm ſimus in iudicialibus, Mohed. *deciſ.44.*

6 Non † obſtat quartò, quòd examen fuerit nullum, ex eo quòd teſtes nõ fuerunt repetiti, nec ſuper articulis D.Chriſtinæ & filiorum, nec ſuper interrogatoriis datis pro parte D. Nicolai, ſed tantùm ſuper interrogatoriis iudicis benè viſis ad tradita per Rip.*in l.1.nu.39.*& ibi Cagnol.*nu.* 102.*ff. ſi cert. petat.* quia vltra quòd poſt decretum factum à iudice pars debebat proteſtari, quòd teſtes examinarentur ſuper interrogatoriis, & cum hac proteſtatione poterat fortaſſè reddi nullum examen, vt loquuntur prædicti Doctores; fuit etiam reſponſum, quòd hîc non fuerunt omiſſa interrogatoria partis ... Et ita intelligenda ſunt verba illa decreti, *ſibi bene viſis.* Nam iudex voluit repetere teſtes cum interrogatoriis partis, & ad iſtum effectum fecit illa ſibi exhiberi; b ſed quia fortaſſe veriſimiliter aliqua erant impertinẽtia [b] & reſecanda, ideò fuit decretum de repetendo cum interrogatoriis ſibi bene viſis, quod idem eſt, ac ſi decreuiſſet teſtes repetendos etiam cum interrogatoriis partis, quod iudex facere potuit, ad tradita per Doctores *in cap.per tuas,* vbi Felin.*col.3.de teſtib.*

7 Vltimò † non obſtat; quòd teſtes repetiti fuerint poſiti ad partem, vnde non dicuntur de actis, perinde eſt ac ſi non eſſent repetiti, præſertim cùm iudex ordinauerit, non poſſe in actis redigi ſine nouo decreto, quia reſpondetur, quòd hæc obiectio non reſpicit nullitatem examinis, ſed potiùs nullitatem ſeu iniuſtitiam ſententiæ latæ per Nuncium, ſuper qua erit poſteà diſcutiendum. Et ex his fuit concluſum, repetitionem teſtium factam coram Nuncio fuiſſe validam, dummodò teſtes fuerint examinati cum interrogatoriis opportunis & neceſſariis.

### *ADDITIONES.*

a *NVllitate examinis.* Semper ego fui in hac opinione, quòd teſtes nulliter examinati repeti nequeant, ſed debeant de nouo examinari, prout dicitur in hac deciſione, quam ſic dicentem inueniſſe valdè lætatus ſum; illi tamen multùm aduerſari videtur alia concluſio Doctorum, *in cap.per tuas, extra de teſtib.* vbi præſertim Butr.*num.9. verſic. primus quando,* Felin.*n.2. verſ. item niſi primæ atteſtationes eſſent nullæ,* Imol. *col.1.in fin. verſic.extra de teſtibus,* dicentes, quòd quando teſtes ſunt nulliter examinati, tunc, vt validè deponant, poſſunt quandocũque etiam facta publicatione atteſtationum repeti, quod & idem voluerunt Albericus, Alexand. Guido Papæ, & plures alij cumulati per Dominum meum Farinacium *in tract.de teſtibus, quæſt.66.num.*303.*& ſequentib.* Cogita pro nunc, quomodo hæc cõtrarietas diſſolui poſſit, quoniam pro prima opinione vrget illa regula in qua dicitur: Nullum quod eſt, confirmari non poſſe, & Rotæ auctoritas in iudiciis ſeruanda, & præſertim Rotæ Romanæ, quæ aliarum omnium eſt Regina & magiſtra.

*Impertinentia.* Interrogatoria impertinentia quæ dicantur tam in genere quàm in ſpecie, nullus eſt, qui magis explicitè materiam pertractet, quam Dominus meus Farinacius *in tract.de teſtib.quæſt.73.nu.26.& omnibus ſeqq.*

Famianus Centolinus I. V. D. Galeſij.

PAMPHILI NVNC meritiſſimi Decani.

*Valentina Profeſſoris, 24 Ianuarij 1586.*

### ARGVMENTVM.

Carnalis copula cum vxore eſt difficilis probationis, & propterea coniecturis probatur, & A an, & quando ea cenſeatur probata ex aſſertione iurata mariti.

### *SVMMARIA.*

*Copula carnalis cum vxore probatur per aſſertionem iuratam mariti, dummodò mulier fuerit tranſducta ad domum viri, & inſimul cohabitauerint, nu.1. vbi propterea, quòd ceſſante tranſductione & cohabitatione, talis aſſertio non probat copulam in præiudicium alterius matrimonij.*

*Teſtis procurator non probat in illa cauſſa, in qua fuit, procurator, nu.1.in fin.*

*Præſumptiones, indicia & coniecturæ admittuntur in iis, quæ ſunt difficilis probationis, num.2.*

B *Iuramentum in ſupplementum datur quandoque ex depoſitione teſtis non idonei, quando cum ea concurrunt alia adminicula, nu.2.in fin.*

*Iuramentum in ſupplementum non defertur, quando non fuit ſemiplenè probatum, vel quando ſemiplenæ probationi obſtat aliqua alia contraria probatio vel præſumptio, etiam leuiſſima, in addit.lit.a.*

*Iuramentum in ſupplementum an deferatur ex ſemiplena probatione præſumptiua, in addit.lit.a.*

## DECISIO XXXII.

DOmini † reicerunt in totum aſſertionem iuratã Marci Antonij Aldanæ, ſed reſeruarunt fidem illius arbi- 1
C trio cum magna diminutione, licèt enim ad hoc, vt aſſertio iurata mariti attendatur ad probationem copulæ requiritur, quòd mulier fuerit tranſducta ad domum viri, & inſimul cohabitauerint, *iuxta cap. ſi quis acceperit,* 33. *quæſt.* 1. *cap. continebatur,* vbi Cardin. *numer.* 5. Abb.*ſub numer.* 7. Præpoſit.*ſub nu.5.de deſponſat. impub.* Calderin. *conſil. 3. de probationib. in fin.* Couarru *de ſponſalib.part.2.cap.3.§.1. num.* 14. Et fuit reſolutum coram Reuerend. P.D. Cantucio in vna Vlixbonenſ. matrimonij: & ideò in hoc caſu, ceſſante tranſductione & cohabitatione, videretur, nullam habendam eſſe rationem huius affectionis etiam iuratæ, præſertim in præiudicium alterius matrimonij ſpiritualis, Cardin. *ad d.cap.continebatur,* Gemin.*conſi.27.nu.4.* Couar.*de ſponſalib, part.1.cap.4.§.1.ſub n.3.* Et tantò magis, cùm Marcus Antonius fuerit Procurator Iſabellæ in cauſſa, illamque maxi-
D ma cum affectione pertractauerit, prout in facto deducitur, *cap.inſuper, cum ibi notatis de teſtib.*

Tamen, † quia ſumus in materia difficilis probationis, 2
in qua admittuntur indicia & coniecturæ, Doctores *in cap. præterea, de teſtib.* Dec.*conſil.577.nu.3.* latè Socin.iun.*conſil.34. nu.* 13.*lib.* 2. Et fuit tantùm in illa Vlixbonen. Et poſſet huiuſmodi dictum aliis præſumptionibus & adminiculis taliter coadiuuari, quòd & ipſum probaret, prout de iuramento ipſiuſmet principalis in ſupplementum, dicunt Docto- a
res *in l. admonendi, ff. de iureiurand.* & facit deciſ. Achill. de Graſſ. 1. *de confeſſ.* cum multis ſimilibus quæ adduci poſſint. Domini reſeruarunt fidem illius, vt dixi, arbitrio, ſed cum magna diminutione.

### *ADDITIO.*

E *IN ſupplementum.* Regulariter enim, niſi teſtis ſit omni ex- a
ceptione maior, ſemiplenam non facit probationem, & vbi ſemiplena non adeſt probatio, ibi iuramentum in ſupplementum deferri non poteſt, vt per Iaſ. poſt alios *in repetit.l.admonendi, nu.294.ff.de iureiurand.* Ioſeph. Ludouic. *deciſ.Lucen.42.num.13.& nu* 20. Vbi propterea quòd nec tale iuramentum defertur, quando aduersùs ſemiplenam probationem vrgeret aliqua alia probatio contra, imò ſufficit aliqua præſumptio, etiam leuiſſima, aduersùs ſemiplenã probationem ad effectum denegandi hoc iuramentum, vt in deciſ. Bononienſ. 67.*nu.*6. Roland.*conſil.50.nu.* 20.*& ſequentibus lib,*2. deciſ. Pedemont.71.*nu.*3. Maſcard. *de probationibus lib.3.concluſ.*1221.*nu.8.& 9.* Vbi quòd non defertur hoc iuramentum, quando contra actorem adeſt aliqua præſumptio iuris vel conſuetudinis. Ad quæ vide omninò Menoch. *de præſumptionib.lib.1.quæſt.83.* Vbi generaliter & particulariter ponit,

ponit, qualis debeat eſſe iſta præſumptio contraria ſemiplenæ probationi, propter quam iuramentum in ſupplementum denegetur.

An autem iuramentum in ſupplementum deferatur ex ſemiplena probatione præſumptiua, dic, quòd ſic, ſecũdùm Menoch. *de arbitrar. quæſtionib. lib. 2. caſu* 190. *nu.* 2. *& ſequentib.* & Maſcard. *de probationib. lib.* 3. *concluſ.* 1223. *nu.* 15. *& ſequentib. vſque ad nu.* 22. ad quæ vide omninò Mynſinger. *obſeruatione* 68. *centuria* 1. & eundem Menochium *de præſumptionibus, lib.* 1. *quæſt.* 82. *&* 84.

*Famianus Centolinus V. I. D. Galeſij.*

## PAMPHILII NVNC meritiſſimi Decani.

*Parmienſ. bonorum,* 21. *Aprilis* 1586.

### ARGVMENTVM.

Renunciatio litis facta in carceribus, vt quis ſe ab illis eximat, non valet, præſertim ſi renuncians ſit minor. Et an & quando poſt renunciationem poſſit renuncians non obſtante litem proſequi.

### *SVMMARIA.*

*Renunciatio facta liti non nocet, quin renuncians poſsit ius ſuum proſequi, quando eſt facta non ad effectum renunciationis ſui iuris, ſed vt iura litigantium ſine lite diſcuterentur; tunc enim ſequuta concordia, renunciatio ſeu ceſsio facta liti non nocet, num.* 1.

*Renunciatio ſeu ſtipulatio facta in fauorem abſentis, nemine pro eo ſtipulante, non præiudicat renuncianti, nu.* 2.

*Renunciatio facta à minore in carceribus ad effectum eximendi ſe ab illis, non præiudicat ipſi minori, quin aduersùs eam reſtituatur, num.* 2.

### DECISIO XXXIII.

1 FVit † per Dominos reſolutum, ceſſionem litis & inſtantiæ non obſtare Ioanni Franciſco, quo minùs non D potuerit poſteà proſequi ius ſuum: tum quia illa fuit facta, vt cauſſa inter conſanguineos medio amicorum communium pertractaretur, & iura ipſorum abſque lite diſcuterentur & dirimerẽtur, vt in dicta ceſſione expreſsè legitur: non autem ad effectum renunciationis iuris, quo caſu, vbi conſtat de voluntate renunciantis, illa attenditur, & ceſſat regula, *l. poſtquàm liti, C. de pact.* quæ procedit in dubio, *vt poſt gloſſ. in verbo, lite declarant,* Bart. *ſub nu.* 4. Angel. Caſtrenſ. *ſub nu.* 5. Salicet. *nu.* 3. Dec. *nu.* 13. Curt. iun. & alij omnes Et cùm poſteà concordia ſequuta non fuerit, ceſſio non nocet, ad notata per Bald. *in l. ſi diuerſa, C. de tranſact.* Alexand. *conſil.* 22. *nu.* 1. *lib.* 1. bene Iaſ. *in d. l. poſtquàm liti, ſub nu.* 8.

2 Tum † etiam, quia fuit facta in fauorem abſentis, nemine pro eo ſtipulante, & ſic non præiudicat, Bart. *in d. l. poſtquàm liti, nu.* 6. Iaſ. *ſub nu.* 1. *in* 3 *limit.* Dec. *nu.* 7. & Claud. Seyſell. qui teſtatur de communi. Et vlteriùs fuit facta à minore ad effectum, vt teſtes dicunt, eximendi ſe à carceribus, qui poſtmodùm aduersùs huiuſmodi ceſſionem fuit in integrum reſtitutus, gloſſ. fin. *in d. l. poſtquàm liti,* vbi Bald. *in* 3. *oppoſit.* Iaſ. *nu.* 13. *& alij.*

## ORANI.

*Pampelonen. Rectoriæ, Lunæ* 20. *Octobris* 1586.

### ARGVMENTVM.

Simonia mentalis, conuentionalis & realis quæ ſit. Quando & quænam inducatur ſimonia A ex ſola non acceptata pollicitatione. Quando etiam in hoc crimine habeat locum pœnitentia. Et quando demùm ambitioſus & indignus beneficio dicatur is, qui pro illo obtinendo preces emittit.

### *SVMMARIA.*

*Simonia conuentionalis non committitur ex quolibet animi propoſito, ſed ex effectu ſubſequuto, & ſic non ſufficit ſola voluntas ad actum non perducta, num.* 1. *& in addit. litera* a, *vbi de materia.*

*Teſtis patronus ad fauorem præſentati non eſt idoneus; eius autem procurator idoneus eſt, num.* 2.

B *Simonia ad hoc, vt ex pollicitatione inducatur, neceſſe eſt, vt ipſa pollicitatio tranſeat in realem vel conuentionalem ſimoniam, num.* 3.

*Teſtes de auditu tantùm, & etiam de fama, deponentes per verba præſentis temporis, non concludunt, num.* 3.

*Simonia mentalis, non autem conuentionalis inducitur ex ſola pollicitatione, niſi pars aut pollicitationem acceptauerit, aut ſaltem in illam conſenſerit, nu.* 4. *&* 5.

*Simonia mentalis dicitur, quando interuenit propoſitum ſeu intentio dandi & recipiendi ius ſpirituale pro temporali, num.* 5.

*Simonia conuentionalis admittit pœnitentiam, antequam fuerit deuentum ad exſequutionem conuentionis quoad excuſationem pœnæ, licèt non ſic quoad peccatum, num.* 5.

*Simoniæ crimen commiſſum per promiſſionem ab vna tantùm parte emanatam, pœnitentia aboletur, num.* 5 *in fin.*

C *Simonia ex ſola pollicitatione eſt ſpecies ficta ſimoniæ, & punibilis non eſt, num.* 6.

*Ambitioſus dicitur & indignus beneficio is, qui ad illud per patronos ſe præſentari procurauit, num.* 7. *vbi præſertim quando agitur de beneficiis curatis & prælaturis. Fallit, quando quis eſt pauper & qualificata perſona, quia tunc ſi interponit preces pro conſequendo beneficio, etiam cum intentione præſtandi obſequium collatori, non dicitur ambitioſus. Item fallit duobus aliis modis, vt ibid num.* 7.

*Simonia alia mentalis, alia realis, & alia conuentionalis. Declara, vt in addit. lit.* b.

*Pœnitentia quando habet locum in delictis, in additionib. litera* a.

### DECISIO XXXIV.

FVit † dictum in caſu, de quo agitur nullam adeſſe ſimoniam conuentionalem. Nec enim illa committitur ex quolibet animi propoſito, ſed ex effectu ſubſequuto [a], & ideò ſola voluntas ad non actum deducta non ſufficit, Abb. *in cap. nemo, de donat.* Doctores *in cap. tua nos, de ſimon.* An autem de pollicitatione Ioannis Arandigoyen pro conſequendo patronorum voto ex dictis teſtium ita conſtet, vt propter eam redditus ſit ad obtinendum Rectoriam inhabilis, particulariter videbitur. 1 a

### ALIA DECISIO.

Quòd † autem D. Ioannes pro conſequutione præſentationis ad Rectoriam, de qua agitur, pollicitus fuerit Abbati E de Murello beneficium ſeu penſionem, cauſſa iterum propoſita Mercurij 5. Nouembris eiuſdem anni, indubitatum fuit apud Dominos. Nam hoc probant duo teſtes in dicto tempore, & loco concurrentes, quorum alter non ideò repellendus eſt, quòd cùm collitigantem præſentauerit, videatur de ſua præſentatione ſuſtituẽda cogitaſſe, Lamberteng. *de iure patron. lib.* 2. *part.* 2. *quæſt.* 10. *artic.* 12. *n.* 7. Nã huiuſmodi exceptio habet locum in patrono præſentante, quia per præſentationem commodum recepit; non autem in procuratore, vt hîc, cuius nullum poteſt conſiderari intereſſe. 2

Difficultas † igitur quæſtionis reſtricta fuit ad qualitatem alterius pollicitationis; An ſcilicet talis eſſet, per quam D. Ioannes ſit redditus inhabilis ad Rectoriam obtinendam? Domini pro huius dubij reſolutione conſiderabant, quòd ad hoc, vt reſultet inhabilitas, neceſſe eſt, vt pollicitatio tranſeat in realem vel conuentionalem ſimoniam, *iuxta extrauagan.* 2. *de ſimon.* quarum neutram hîc probatam conſtat. 3

Nameſtes

Nameſtes de cemiſſione tritici vel etiam donatione promiſſa loquentes de audita tantùm deponunt, & quando ſubiiciunt etiam de fama, ex quo per verba præſentis temporis loquuntur, non concludunt, *c. licèt ex quadam, cum ibi notatis de teſt.*

4 Aliqui † etiam ex Dominis tenebant, quòd etiamſi probata eſſet huiuſmodi pollicitatio, tamen per eam, ſola mentalis ſimonia argueretur commiſſa. Nam conuentionalis

b ꝑ ceſſat, quamdiu altera pars illam non acceptauit, aut ſaltem in illam non conſenſit, Nauar. *in ſuo Manual. cap. 23. num.* 104.

5 Non † obſtat, quòd mentalis dicatur, quando interuenit propoſitum ſeu intẽtio dandi & recipiendi ius ſpirituale pro tẽporali, Sot. *de iuſtit. & iur lib. 9. q. 8. art. 1.* Quia & promiſſio verbalis, non acceptata, & ſine effectu dicitur mentalis, & intẽtio propalata, quo fit, vt quemadmodũ in ſimonia conuentionali, ſi antequã deuentũ ſit ad exequutionẽ conuentionis, partes pœnitẽtia ductæ ab illa expreſsè receſſerint, licèt grauiter peccent: nihilominùs pœnas iuris euadunt; ita etiã crimen promiſſionis ab vna parte tãtummodò emanatæ pœnitentia aboletur, *cap. fi. & ibi gloſſ. de ſimon.* Abb. *in cap. ex tuæ, n. 5.* & ibi Felin. *nu. 3. de ſimon.* Præpoſit. *in ſumma, in 1. q. 1. col. 2.* Gig. *de penſ. quæſt. 4. nu. 5.* Nat. *conſi. 299. nu* 10. *lib. 2.*

6 Et † hoc eò magis, quòd huiuſmodi pollicitatio eſt tantùm ſpecies fictæ ſimoniæ, propter quam non eſt locus punitioni, ſicut pro vera & pura ſimonia. Pariſ. *conſil. 30. nu. 14. lib. 4.* Sot. *vbi ſuprà, verſic. imò antequàm collatio fiat.*

7 Nec † refragatur, quòd Ioannes procurauerit ſe per patronos præſentari, per quod dicitur ambitioſus & redditus indignus, *iuxta cap. veſtras,* vbi Doctores *de iur. patron.* Lambert. *part. lib. 2. quæſt. 9. artic.* 12. Maximè, quia videtur quodãmodò cõſenſiſſe præſentationi ante actum præſentationis, Lamberten. *vbi ſuprà, quæſt. 9. artic.* 13. præſertim quando de beneficiis curatis & prælaturis agitur, vt per Abb. poſt gloſſ. *in cap. tuam, de ætat. & qualit.* Lambert. 1. *part. lib. 2. quæſt. 8. artic.* 3. Quia fuit dictum, quòd quãdo quis eſt pauper & qualificatus, ſi interponit preces pro ſeipſo ad conſequendum beneficium, etiam cum intentione obſequium præſtandi illi, qui confert, non precat, nec dicitur ambitioſus, vt per Abb. *in d. cap. tuam, nu. 3.* Lamberteng. *d. q. 8. artic. 3. nu.* 6. Nam Abbas dicens in curatis & prælaturis non eſſe licitum preces interponere, intelligitur in beneficiis magni momenti & prælaturis, ratione dignitatis annexæ, prout etiam minùs repugnat *cap. de hoc, & cap. inſinuatum, de ſimon.* quia loquuntur in infamato de ſimonia reali, & quando fama fuit plenè probata.

### *ADDITIONES.*

a EFfectu *ſubſequuto.* Simonia an ex ſolo affectu committatur, vide Clar. *in Practic. §. fi. quæſt. 92. verſic. ſcias,* Summa Armill. *in verbo ſimonia, nu. 4.* Summa Syluestr. *in eodem verbo ſimonia, nu. 5.* Rebuff. *conſil. 63. per tot.* Et vide aliam deciſionẽ coram eodem bonæ memoriæ Orano Tullenſ. *ſimoniæ 21. Aprilis* 1596. vbi alij referuntur Doctores.

Et generaliter etiam in aliis delictis, quòd nulla imponatur pœna, quando effectus non eſt conſummatus, propter pœnitentiam delinquere volentis, vide Marſil. *in l. is qui cum telo nu. 24. C. ad leg. Cornel. de ſicar.* Nouell. *reg.* 114. *in 1. fallent.* Melchid. de Facin. *conſil. crim. diuerſ. 78. nu. 58. lib. 1.* Capra *concluſ. 66. nu.* 16. Menoch. *de arbitrar. quæſt. lib. 2. caſu 360. num. 9. & ſequentibus.* Vbi limitat, niſi fuerit deuentum ad aliquem actum proximum delicto, ex quo præſertim prouenerit aduerſario aliquod damnum, vtputà, ſi animo occidendi aliquem inſultauero; quamuis enim poſteà pœnitentia ductus non occido, tunc non obſtante tali pœnitentia pœnam nõ effugio, vide tamen in hoc Cardinal. Alban. *conſil. 14. nu.* 17. Vbi etiam, quòd ſit deuentum ad actum exteriorem, non tamen punitur affectus, effectu non ſequuto, ob pœnitentiam delinquere volentis.

Et in ſpecie quid in crimine aſſaſſinij, an pœnitentia ante delictum conſummatum excuſet à pœna in totũ vel pro parte, vide Iodoc. *in Practic. crim. tit. de aſſaſſin. nu. 8. & 9.* Capra *d. concluſ. 66. num.* 17. Petrus à Placha *in Epit. delictorum, lib. 1. cap. 19. nu.* 10. Menoch. *d. caſu 360. nu. 42.* Maſcard. *de probationib. lib. 1. concl. 138. n. 5. & ſeq.* & latiùs hãc materiam explicabit Dominus meus Farinacius *in tit. de homicidio, in illa pulchra quæſt. An ſcilicet & quando puniatur affectus, non ſequuto effectu.*

b *Conuentionalis.* Adde Maſcard. *de probationib lib. 3. concluſ.* 1305. *nu.* 12. *& ſequentib.* vbi declarat differentiam inter ſimoniam mentalem, realem & conuentionalem, *& concluſ.* 1304. *nu.* 23. vbi etiam an ſimonia mentalis ſit punibilis.

Famianus Centolinus I. V. D. Galeſij.

## BVBALI.

*Cæſarauguſtana Status, Veneris 21. Nouembris* 1586.

### ARGVMENTVM.

Supplicans & abſolutionem petens, quando delictum fateri videatur, quomodo & ex quibus carnalis copula probetur.

### *SVMMARIA.*

*Inceſtus crimen ſeu reatus non incurritur ab eo, qui conſanguinitatem ignorat, num. 1.*

*Supplicans & preces porrigens videtur fateri contenta in precibus, & in ſupplicatione, nu. 1. & in addit. lit. a, vbi de materia.*

*Producens ſupplicationem & preces, inſtanſque pro illarum exſequutione, tantò magis fateri videtur contenta in ipſa ſupplicatione & in ipſis precibus, nu. 2.*

*Confeſſio dubia interpretatur, vt minùs præiudicet confitẽti, quàm ſit poſſibile. nu 2. in fin. vbi declaratur, niſi fuerit geminata & adminiculata veriſimilitudinibus & præſumptionibus, & in additionib. litera* b, *vbi materia declaratur.*

Forſan *dictio, ſtat dubitatiuè, nu. 3. vbi declaratur.*

*Confeſſio dubia, & per verbum,* forſan, *non probat contra confitentem regulariter, ſed an hoc verum ſit, & quando, nu. 3. & in addit. lit.* c.

Forſan, *dictio, quandoque ſtat aſſertiuè ſecundùm ſubiectam materiam, num. 3.*

*Confeſſio dubitatiua, & per dictionem,* forſan, *in crimine ſimoniæ non probat contra confitentem, nu. 3.*

*Simonia alia eſt mentalis, & alia conuentionalis, nu. 3.*

*Simonia mentalis tollitur ex confeſſione & pœnitentia, nu. 3.*

*Supplicans & gratiam ſeu ſolutionem petens ab excommunicatione, videtur fateri delictum, quando præſertim, fecit impenſas in obtinendo literas gratioſas, illaſque præſentauit, & illarum exſequutionem petiit, commiſſaque in exſequutione gratiæ adimpleuit, nu. 3. in fin.*

*Futurum ſubiunctiui temporis habet vim amotiuam, nu. 4.*

*Abſolutionem petens ab excommunicatione, regulariter non videtur fateri excommunicationem, intellige quando abſolutio ſimpliciter petitur, & ad cautelam, ſecus vbi in ſupplicatione narratur factum, ex quo reſultet excommunicatio, nu. 5. & in addit. lit.* d, *vbi de materia.*

*Copula carnalis præſumitur ex cohabitatione & conuerſatione familiari, maximè quando conuerſantes inſimul ſunt iuuenes & mulier pulcherrima, nu. 7. ante fin.*

*Copula carnalis propter difficultatẽ probationis admittit præſumptiuas probationes, nu. 7. in fin & ibi in addition. litera* c.

## DECISIO XXXV.

DOmini † circumſcripto effectu pro maiori parte tenuerunt conſtare de copula inter DD. Petrum de Luna & Agnetam de Mendozza ſaltem poſt datam mandati de diſpenſando per eos obtenti, & ante illius exſequutionem emanatam ſub die 4. & ſeq menſis Martij 1532. Illã autem probationem colligebant ex cõfeſſione dictorum coniugum in literis alterius gratiæ in forma perinde valere per eos obtentæ ſub datum 2. Kalen. Aprilis 1534. iunctis omnibus adminiculis deductis pro parte Illuſtr. D. Don Ioannis de Luna, in quibus literis perinde valere fateri videntur ſe poſt ſponſalia inter eos contracta ante vel poſt datam primę diſpenſationis, & ante illius exſequutionẽ carnaliter cognouiſſe, & propterea non ignorantes impedimentum gradus conſanguinitatis inter eos exiſtentis, fatentur ſe incurriſſe in pœnam excommunicationis; & ob id, quia prima 1

diſpenſatio dicti, Petri erat ſubreptitia ob copulam non ex- A
preſſam,obtinuere gratiam perinde valere, in qua commit-
titur Ordinario ſiue eius Vicario in oppido Calaracuſij de-
putato, vt quatenus opus ſit, eoſdem ſupplicantes à pœna
excommunicationis, quam forſan incurrerint, & inceſtus
reatu,& aliis exceſſibus abſolueret,& declararet literas pri-
mæ diſpenſationis eis ſuffragari, perinde ac ſi de præmiſſis
omnibus mentio facta fuiſſet, & perinde ac ſi ipſi exponen-
tes ante dictam diſpẽſationem ſe minimè carnaliter cogno-
uiſſent, neque de contrahendo matrimonium ſibi inuicem
fidem dediſſent. Ex quibus verbis colligi videtur explicita
confeſſio ipſorum coniugum, quòd ante exſequutionem
diſpenſationis ſe carnaliter cognouerant; non enim incur-
riſſent inceſtus reatum, *vt in clement.1.de conſang.& affinit.* &
ibi gloſſ.*in verb.contrahere*, vbi Imol.*ſub nu.9.*& Vital. *nu.56.* B
Et hæc confeſſio facta in precibus plenè probat contra ſup-
a plicantes [a], *l. cum precum, C. de liber. cauſſ.* cum aliis per Ro-
land.*conſil.2.num.*118.*lib.*1.Gabr.*de confeſſ.concluſ.4.*

2 Comprobatur † hæc confeſſio ex productione literarum
perinde valere coram exſequutore, in qua requiſiuerant di-
ctum Officialem ſeu Vicarium, vt ad illarum exſequutionẽ
procedere vellet. Et coram eò, perſonaliter flexis genibus
conſtituti,ſupplicarunt & requiſiuerunt, quatenus eoſdem
ſupplicantes à generali excommunicationis ſententia,quam
ipſi & eorum quilibet inceſtus reatu & aliis cauſſis in eiſdẽ
literis Apoſtolicis contentis incurrerint,quoquo modo ab-
ſolueret,& eiſdem coniugibus & eorum cuilibet,pro modo
culpæ,ſalutarem pœnitentiam imponeret, cùm eſſent para-
ti in omnibus & per omnia adimplere; & demùm exſequu-
tor iniuncta pœnitentia & per eos acceptata & adimpleta,
dictos ſupplicantes flexis genibus veniam petẽtes vigore li- C
terarum Apoſtolicarum à ſupradictis excommunicationis
ſentẽtiis, quas ipſi ſeu eorũ alter inceſtus reatu ac aliis cauſ-
ſis & rationibus in eiſdem literis contentis incurrerunt, in
forma ordinaria & conſueta abſoluit. Ex hac autem produ-
ctione coram exſequutore & exſiſtentia facta pro literarum
exſequutione videtur de nouo fateri omnia contenta in li-
teris perinde valere,ex allegatis per Pariſ.*cõſil.*125.*n.*20.*lib.1.*
Aym.*conſil.*80.*n.*6.*& conſil.*205.*nu.*5.Affl.*deciſ.*25.*in fin.* & ex
hoc etiam colligitur geminata confeſſio,nempe in dictis li-
teris,& in illarũ exſequutione, quæ geminatio operatur, vt
licèt aliàs regulariter confeſſio interpretari debeat,vt minùs
præiudicet confitenti quàm ſit poſſibile, & in eius fauorem
b interpretari debeat [b], vt per Doctores *in cap.in præſentia, nu.*
24.*de probat.& in cap.cùm venerabilis, nu.*24.*de except.* nihilo-
minùs quando eſt geminata & adminiculata veriſimilitudi-
nibus,& habet præſumptiones pro ſe,vt infrà dicetur, tunc D
bene probat,vt per Achil. *deciſ.1.de confeſſ.*

3 Nec † dicatur,quòd cõfeſſio in literis perinde valere,red-
ditur dubia propter dictionem,*forſan*,in illis appoſitã,prout
ſuprà deductum fuit,vt per Felin.*in cap.accedens.1.n.*10. *vt li-*
c *te non conteſtat.*Pariſ. *conſil.*29.*nu.*18.*lib.*1. & confeſſio dubia [c]
cum hac dictione, *forſan*, non probat contra confitentem,
Caſſad. *deciſ. 2.in fin. vt lite non conteſt.* quia fuit reſponſum,
quòd dictio,*forſan*, ſtat etiam aſſertiuè ſecundùm ſubiectam
materiam,Brixienſ.*in repertor.in verſic.forſitan*, Archidiac. *in*
*cap.nolite,in verbo ne fortè*,11.*quæſt.*3.Felin.*vbi ſuprà, nu.*10.*in*
*fin.* Aym.*conſil.*91.*n.*4.In caſu autẽ,de quo agitur,non poteſt
ſtare dubitatiuè,quia hîc non cadit dubitatio iuris, cùm co-
pula carnalis non habeat aliquam qualitatem iuris,ſed cõſi-
ſtit in facto,& ex hoc tollitur,quod ſcribit Natta *conſ.*299.*n.*
14.vbi loquitur in confeſſione ſimoniæ,per dictionem,*for-*
*ſan*,quæ confeſſio fortaſſe non præiudicat, quia ſimonia eſt
contra ius, & poteſt intelligi de mentali vel de conuẽtiona- E
li à qua fuerit receſſum,quæ ſpecies ſimoniæ tollitur ex cõ-
feſſione & pœnitentia,*cap.fin.de ſimonia*,nec etiam poteſt ca-
dere dubitatio facti,quia in facto proprio non cadit dubita-
tio,& ideò Cancellaria non dat iſtas regulas cõditionales &
dubitatiuas in facto proprio, quia de factis ſuis ſupplicans
non debet dubitare,ſed de illis merè,purè & ſimpliciter,nõ
dubitatiuè ſeu conditionaliter exprimere, vt teſtatur pra-
ctic.caut.*in notat.ſuper reſeruat.verſic. in regulis generalibus*, vt
poteſt intelligi de extraordinaria pollutione, de qua *in cap.*
*extraordinaria*,31.*quæſt.*3.vbi gloſſ.fin.Abb.*in cap.fraternitatis,*
*n.*2.*de eo,qui cognoſc.conſang.vxor.ſua.* Quia igitur ſupplicãtes
bene ſciebant,an ſe carnaliter cõmiſcuerint,& non eſt veri-

A ſimile,quòd ſi verè carnaliter ſe cognouiſſent, dictas literas
perinde valere obtinuiſſent,cauſſà,cuius obtinuerunt diſpẽ-
ſationem, quæ eis ſuffragabatur reſpectu impedimenti, ſed
quia videbant illam eſſe ſubreptitiam ob non expreſſionem
copulæ: ideò obtinuerunt poſteà abſolutionem ab excom-
municatione,& gratiam perinde valere;etenim impenſæ de
obtinendis dictis literis præſentatio, literarum exſequutor,
abſolutio petita & obtenta cum tot circunſtantiis, pœni-
tentia & exſequutio pœnitentiæ multùm vrgent,vt dici de-
beat ex dicta confeſſione fuiſſe copulam probatam.

Et † quatenus in literis adeſſet aliqua dubitatio, tollitur 4
ex abſolutione poſteà obtenta,in qua ſimpliciter abſoluun-
tur ab excommunicatione,quam incurrerunt, & ipſi etiam
petunt abſolutionem ab excommunicatione, quam incur-
B rerunt, quod futurum ſubiunctiui habet etiam vim amoti-
uam,*l.*1.*§.fin.* & ibi Bart.*num.3.ff.quod quiſque*, & Iaſ. *in l.quis*
*ſtipulatus ſit,nu.5.ff.de verbor.obligat.*

Nec † refragatur,quòd petens abſolutionem ab excõmu- 5
nicatione, [d] non videtur fateri excommunicationem,gloſſ. d
*in cap.exhibita,in verbo,veniam,de homicid.* quã ſequuntur vbi
Doctores,Abb.*in cap.venerabilem,n.2.de elect.*Rot.*deciſ.*11.*de*
*ſentent.excomm.in antiq.*Couar.*in c.alma mater, partic.1.§.* 12.
*nu.*1.Quia hoc procedit in abſolutione ſimpliciter petita ad
cautelam: ſecus autem, vbi in ſupplicatione quis narrat fa-
ctum, ex quo reſultat excommunicatio; tunc enim videtur
fateri excommunicationem, *d. cap. venerabilem, vbi gloſſ. in*
*verbo,poſtulauit,de elect* Præpoſit.*in cap.ad præſentiam, nu.3.de*
*appellationib.* Abb.*in dicto cap.exhibita, prope finem*, Couarru-
uias *vbi ſuprà verſic.tertio.*

Coadiuuatur † hæc probatio confeſſionis copulæ ex cir- 6
C cunſtantiis factis.Et primò mouebat Dominos illa abundãs
cautela in conficiendo inſtrumento,*ſuper conſummatione ma-*
*trimonij poſt diſpenſationem obtentam ab exſequutore*, ex quo ſe-
qui videtur, quòd dicti coniuges volebant celare copulam
iam ſequutam ante exſequutionem diſpenſationis, ſed po-
ſteà fortaſſe videntes illam non poſſe celari,obtinuerunt,li-
teras perinde valere, ad effectum validitatis matrimonij in-
ter eos contracti.

Secundò † maximam præſumptionem copulæ eligebant 7
Domini ex dictis teſtium, quorum ſummarium datum fuit
pro parte dicti Domini Ioannis. Nam tertius ſuper decimo
articulo deponit, ſe publicè audiuiſſe, quòd cùm Dominus
Petrus eſſet carceratus,Domina Agnes,cum qua erat diſpẽ-
ſatus, illam viſitabat in carcere, & quòd de hoc fuit publica
vox & fama,& hæc carceratio fuit die 15. Decẽbris 1531 &
ſic ante exſequutam diſpenſationem.concordat 17.teſtis ſu-
D per octauo articulo,dicens,quòd vidit Dominam Agnetam
in carcere ſatis familiariter verſantem cum Don Petro, &
cùm poſtmodũ fuiſſet è carcerib. relaxatus,& ſibi data pro-
pria domus pro carcere. ſecretæ in eius domo fiebant com-
mẽſationes & prandia,& ibi dicebatur à familiaribus, quòd
volebat videri,& quòd iam dimiſerat veſtes viduales, intel-
ligendo de Domina Agnete, vt bene deponit 18.teſtis ſuper
10.articulo,& hoc etiam coadiuuatur ex dicto 38.teſtis iux-
ta tertium interrogatorium, qui deponit ſe audiuiſſe dici,
quòd cùm Don Petrus moraretur in ſua domo,quam habe-
bat,pro carcere, veniebat ad viſitandum illum D. Agnes de
Mendozza,quę tunc erat vidua,& quòd illic morabatur per
plures dies in eadem domo,in diuerſorio,vbi erant duo cu-
bicula,& quòd vidit D.Agnetem cum D.Petro ſecretè acce-
dere ad viſitandum Dom.Eliſabetham vxorẽ Domini Ioan-
nis de Luna, quæ filium pepererat. Ex quib. omnibus ſimul
iunctis,nempe ex cohabitatione,conuerſatione familiari,&
E aliis,nõ eſt dubium,quòd oritur maxima præſumptio copu-
læ,cùm ambo eſſent iuuenes.& D.Agnes eſſet etiã pulcher-
rima, vt deponit ſecundus teſtis in curia examinatus ad finẽ
29.interrogatorij.Et in hac materia probationis copulæ ad-
mittuntur præſumptiuæ probationes propter difficultatem
probationis, [e] *cap.tertio loco*,vbi Doctores, *de probationib.cap.* e
*literis,de præſumpt.*Felin.*in ca.præterea,col.1.de teſtib.*Riminald.
iun.*conſil.*274.*num.*3.*& ſeq.*Socin.iun.*conſil.*32.*n.*15.*lib.*2.

Et † ex his tollitur probatio honeſtatis dictæ Agnetis,quæ 8
licèt credi debeat honeſtiſſimam fuiſſe,cùm tamen iam prç-
ceſſiſſent ſponſalia & potuiſſent coniuges habere notitiam
diſpenſationis obtentæ in curia, potuerunt etiã credere ſibi
licere ad actum copulæ ſine dedecore deuenire. Reſeruarũt

tamen Domini particulariter videndum; An hæc probatio (A) ſit ſufficiens,& an præiudicet Illuſtriſſimo D.Don Michaëli de Luna Comiti de Morata filio dictorum Domin.Don Petri de Luna & Agnetis de Mendozza.

## ADDITIONES.

a *SVpplicantes.* Pro reſolutione iſtius concluſionis, an ſcilicet & quando ſupplicans & veniam petens dicatur fateri delictum, de quo ſupplicat & veniam petit,& quid ſi ſupplicatur ſeu petitur venia ad cautelam,quid ſi ſimpliciter,quid ſi delictum in ſupplicatione contentum ſit tranſigibile,quid ſi non tranſigibile,quid in iudicialibus,& quid in extraiudicialibus, vide omninò Dominum meum Farinacium *in ſua Pract.crimin.part.1.tit.de inquiſit.quæſt.5.num.25.* Et vide etiam (B) aliam deciſ. Rotæ in vna Meliten. Abbatiæ coram Giptio Lunæ 27. Aprilis 1592.

b *Interpretari debeat.* Veriſſima eſt iſta concluſio,quòd confeſſio dubia & incerta interpretatur in bonam partem in fauorem confitentis,& ſecundùm illius intentionem, ſecundùm Bald.*in l.1.num.23.verſic.primo caſu, C. de confeſſ.* Claud. Seyſſell.*in repetit.l.vt vim,num.13. ff. de iuſtit. & iure,vbi ponit aliqua exempla huius concluſionis*, Dec. *in cap.cùm venerabilis, num.150.de except.& in cap.in præſentia,num.44.de probat.* Marian.*in cap.qualiter & quando,il 2.num.786. de accuſat. & ibid. num.1005.verſic.ſed ſi intricata, iuncto num.1009. & ſeq.* Butr. *in cap.cùm dilecti,num.20. de accuſat.* Paris de Put. *de ſyndicat.in verbo,tortus,cap.7.num.7.fol.mihi 349.* adden. ad Angel.*de maleſic.in verbo,quòd fama publica,poſt num.112. litera B,in fine additionis*, Marſil.*in practic.§.poſtquam, num.25.* Roman.*conſil.* (C) *455.num.5.& ſeq.* Vbi propterea refert,quòd confeſſio, quæ poteſt importare maius delictum & minus, debet interpretari in minus potiùs quàm in maius,quia talis interpretatio eſt vtilior confitenti. Et in dubio ſemper vtilior interpretatio capienda eſt, Alciat.*de præſumpt.reg.3.præſumpt.1. n.9.* Fráciſ.Ponzinib.*in tract.de Lam.poſt nu.71.* Brun.*de indic.part.2.q.6.nu.14.in fin.* Marant.*in ſpeculo titul.de confeſſione,num.32.* Vbi reſpondet contrariæ rationi,& illam retorquet:pro hac cóclusione Foller. *in Practic. crimin. in verbo, & ſi confitebuntur, part.1.num.59.* Bero.*d.conſil.178.num.25.lib.3.* Iodoc. *in Pract. crimin.cap.54.num.35.* Cyrill. *in ſumma crim.rubr. 16.de confeſſ. §.2.num.6.* Hercul.*de negatiu.num.198. in 9.fallent.* Alexand. Stiat.*in Pract.cap.19.num.85.* Bertazzol.*conſ.54.num.2.& conſ. 156.num.53.lib.1.& conſ.449. num.28. verſ. nec obſtat confeſſio, lib.2.* vbi loquitur & in confeſſione continente repugnantia, Hippol.Riminald.*conſ.88 num.41.lib.1.* Maſcard.*concluſ.344.* (D) *num.12.* Thom.Triuiſan.*deciſ.crimin.46.num.8.part.2.* Hond. * *conſ.108.nu.44.& 45.* Ex quibus ita à Doctoribus* communiter receptum eſſe dici poteſt.

Verùm præmiſſa concluſio recipit tres notabiles declarationes. Quarum prima eſt,vt procedat in foro fori, ſecus in foro poli,*per text.in cap.conſilium,de optio.leg.* & voluit Ancharan.*in conſ.179.prima facie,num.5.&.6.* quem refert & ſequitur Franciſ.Ponzinib.*in tract.de Lam.num. 90.* poſt Felin. in loco per eum relato.

Secunda eſt declaratio,vt eadem concluſio non procedat in homine malæ famæ, prout voluit Hoſtienſ. *in ſumma, in tit.de Iudæis,§.& in quibus,ad finem,num.6.in fin. verſic. quid enim de Iudæo*, vbi ponit exemplum in quadam confeſſione dubia cuiuſdam Iudæi blaſphemantis,ſequitur Claud. Seyſell.*in repetit.l.vt vim,num.108.ff.de iuſtit.& iure*, Felin.*in c.auditis,num.32.verſic.item dic,extra de præſcrip.* Franc.Ponzin. *in* (E) *d.tract.de Lam.num.90.*

Tertia eſt declaratio, vt nec dicta concluſio procedat in confitente ea, quæ de ſe mala & prohibita ſunt: nam tunc confeſſio non in bonam, ſed in malam partem interpretari * debet,prout notant omnes* communiter,*in cap.cùm dilecti, de accuſat.* Vbi præſertim Butr.*num.20.* dixit, quòd confeſſio interpretatur in meliorem partem, quãdo factum confeſſatum non eſt in ſe malum,& dubitatur,qua intentione fuerit commiſſum; ſecus ſi factum ſit in ſe malum, quia de malo non poteſt præſumi bonum. Quod & idem voluerant ibidem Cardinal.Zabarel.*num.14.in 3.oppoſit.* Ancharan.*num.8. & num.12.verſicu. & nota hic*, vbi ampliùs,quòd quando verba confeſſionis ſunt dubia, tunc poſſunt declarari & interpretari per confitentem & in melioré partem,ſecus ſi eſſent (A) clara,certa & delictum ſonantia, quia tunc interpretatione non eſt opus, Anan.*num.7.& num.10.* Abb. *num.4.& num.5. & num.10.* Felin.*num.2.in 7.notabil.*(vbi tamen bene declarat, declarationem omninò videas)*& num.4.verſ.iſta gloſſa*, vbi quòd non admittitur interpretatio in meliorem partem in iis, quæ vel in ſe mala ſunt, vel prima facie mala apparent, Aretin.*num.8.& ſequentib.* Vbi etiam bene loquitur Barbat. *conſil.crimin.diuerſor.93.nu.37.lib.1.* vbi refert & ſequitur Ancharan.*d.cap.cùm dilecti*, Gabr.*lib.7.concluſ.19.nu.6.* Vbi quòd confeſſio,quæ poteſt importare bonum & malum, ſi ſumus in prohibitis,interpretatur contra confitentem,niſi confités probet excuſationes,ex Socin.quem allegat *in l.cùm quæritur, in fin ff.de reb.dub.*

c *Confeſſio dubia.* Veriſſima etiam eſt hæc altera concluſio, vt dubia confeſſio confitenti non noceat. Ad hoc enim, vt (B) confeſſio ad condemnãdum ſufficiat,debet eſſe clara, certa, lucida, expreſſa & explicata, non dubia,incerta, tacita vel implicita;ſic enim colligitur extraordin.per Felin.*in cap.at ſi clerici,num.1.in princ. iuncto verſic. quartò limita, extra de iudic.* Dec.*ibidem num.30.& ſequent.& num.32.* idem Felin. *in cap.1. num.6. verſicul. item dicas, & num.12.extra de except.* Butr.*in cap.per inquiſitionem,column.3.ad finem,verſic.per hoc dicit,extra de electio.* Felin.*in cap.qualiter & quando,il 2.§.licet autem,num. 3.& 4.extra de accuſat.* Marian.*in d.cap.qualiter & quando,il 2. num.1013.* Roman. *conſil.455. num.2. & ſeqq.* Bero. *conſil.178. num.24.& ſeq.lib.3.* Franc.Ponzinib.*in tracta.de Lam.num.71.* Brun.*de indic.par.2.quæſt.6.num.9.* Foller.*in Pract.crimin. verbo,& ſi confitebuntur,part.1.num.59.& num.65.ad finem*, Iodocus *in Pract.crimin.c.54.num.34.* Cyrill.*in ſumm. crimin. rubr. 16.de confeſſ.§.2.num.17.verſic.igitur,&c.* Hercul.*de negat.num.* (C) *198.in nona fallen.* Boſſ.*in tit.de confeſſ.num.83. & ſeqq. & in tit. de confeſſ.per tortur.poſt num.12.& num.25.* Anton.Gomez.*variar.reſolutio.tomo 3.cap.13.rubr.de tortur.reor.num.8.verſ. & licèt prædicti Doctores*, quòd & idem voluerunt Maſcar.*de probatio lib.1.concluſ.344.num.12.* Ludouic.Peguer. *deciſ.crim.17. num.4.verſ.& ratio*, Triuiſan.*crim.46.num.5.lib.2.* Bertaz.*conſ. 29.num.17.& conſil.54.num.2.& conſil.55.num.6.& conſil. 61. num.9.& conſil.70.num.12.& conſil.114.num. 7. & conſil.187. num.12.& num.15.& conſil.215.num.5.& num.9.& conſ.242. num.12.lib.1.& lib.2. conſil.471.num.10. & ſeqq.* & teſtatur de * communi opinione, Honded.*conſil.108.num.46.* *

d *Ab excommunicatione.* Abſolutioné petens ab excommunicatione an cenſeatur fateri ipſam excommunicationem, vide quæ dixit Dominus meus Farinac. *in ſua Pract. crimin. part.1.tit.de inquiſit.q.5.num.26.* vbi arguit pro & contra, & (D) poſteà diſtinguit & declarat, & vide etiam aliam Rotæ deciſionem in vna Meliten. Abbatiæ coram Giptio Lunæ 27 Aprilis 1592.

e *Propter difficultatem probationis.* Copula carnalis, non eſt dubium, quòd eſt difficilis probationis, & quòd propterea probatur præſumptionibus & coniecturis. Sic enim poſt alios plures,quos referunt antiquiores, ſcriptum reliquerunt Menoch.*de arbitr.quæſt caſu 116.num.11.lib.2.* Hippol.Riminal.*conſ.274.lib.3.* vbi latè Maſcard *de probat.concluſ.57.num.3. 4.7.& 8.& concluſ.312.num.19.& ſeqq.& concluſ.452.num.10. lib.1.& concluſ.810.num.1. & ſeqq. & num.22. lib.2.* idem Menoch.*de præſumpt.lib.1.q.58.num.3.* Rota *diuerſor.95. num.12. & ſeqq.par.2.in impreſſ.* Cephal.*conſ.140.num.28.lib.1.*

Verùm ne decipiaris,aduerte quòd hæc concluſio procedit,quando agitur ciuiliter,ſecus ſi criminaliter, ſecundùm Matheſil.*ſing.118.& ibi in addit.* vbi ponitur exemplú de eo, (E) qui reperitur in lecto cum aliqua muliere ſolus cum ſola & nudus cum nuda, Marſil.*in rubr.de probat.num.248. verſ. item ad prædicta*, Auguſt.ad Angel.*de maleſic.in verbo,quòd fama publica,nu.23.* Boſſ.*in tit.de part.ſuppoſ.nu.31.* Maſcard.*de probat. lib. 3.concluſ.1220.num. 8.* Corn.*conſ. 191. in fine,lib.4.* Aym.*conſ.205.num.20.& ſeq.* Alex.ad Bar.*in l....c.5.num.2. verſ. nota ergo,ff.de adult.* & etiam voluit idem Maſcard.*lib.1.concluſ.57. numer.5.verſic.qua tamen ſententia,& concluſ.59.numer.10.& num.20.*

*Famianus Centolinus V.I.D. Galeſij.*

BVBALI.

*Sabinen.Spolij,Mercurij 10.Decembris 1586.*

ARGV

## ARGVMENTVM.

Præſcriptio *legis, bene à Zenone, C. de quadrien. præſcript.* quomodo & quando procedat: & quòd in ſententia condemnatoria contumaciali non debet infligi pœna confiſcationis bonorum, niſi illa non fuerit condigna delicto, de quo agitur.

## *SVMMARIA.*

*Præſcriptio* l. bene à Zenone, C. de quadrien. præſcript. *procedit non ſolum ad fauorem fiſci Imperatoris, ſed etiam alterius Principis inferioris, num. 1. declara dummodò ille Princeps inferior habeat iura Imperij ex Priuilegio vel præſcriptione, vel etiam habeat omnia iura fiſcalia à Papa vel Imperatore conceſ-* B *ſa, poſsitque facere in ſuo dominio omnia ea, quæ poteſt Imperator in ſuo, aliter ſecus, num. 2.*

*Principes inferiores habentes iura Imperij vel iura fiſcalia à Papa vel ab Imperatore conceſſa, æquiparantur Principibus ſuperioribus, & poſſunt in eorum dominiis & caſtris facere omnia ea, quæ poteſt Princeps ſuperior in ſuis, num. 2. & in additio. litera* a, *vbi de materia.*

*Regalia non cenſentur conceſſa, quando non fuerunt conceſſa vectigalia, num. 3.*

*Monetam cudere eſt de regalibus Principis, num. 3.*

*Conceſſa iuriſdictione cum mero & mixto imperio, & cum libera adminiſtratione, non cenſentur conceſſa omnia regalia, num. 3.*

*Præſcriptio* l. bene à Zenone, C. de quadrien. præſcript. *non procedit ad fauorem Fiſci habentis malam fidem, num. 4. vbi* C *etiam declaratur, quomodo iſto caſu probetur mala fides.*

*Sententia condemnatoria contumacialis dicitur notoriè iniuſta, quando continet pœnam confiſcationis bonorum, pro delicto non merente talem pœnam, num. 4. & in addit. litera* b, *vbi de materia.*

*Pœna confiſcationis bonorum non poteſt imponi pro furto decem ſcutorum, num. 4.*

*Mala fides dicitur eſſe in eo, qui aliquid poſſidet vigore ſententiæ notoriè iniuſtæ, num. 4. in fine.*

## DECISIO XXXVI.

1 DVbitaui † in hac cauſſa, an D. Federico Tribuno agenti
ſpolio obſtaret præſcriptio, de qua *in l. bene à Zenone,*
*C. de quadrien. præſcript.* & præſupponebatur in furto illuſtr.
D D. Henricum Vrſinum Dominum Caſtri ſancti Poli in Sabinis, & Vicarium ſedis Apoſtolicæ in temporalibus, proceſſiſſe contra Fabricium Bracchium de dicto Caſtro, & in contumaciam ipſum condemnaſſe in pœnam confiſcationis omnium bonorum, & cùm dicta bona confiſcata per quinquennium poſſediſſet, illa poſtmodùm alienaſſe in Dominũ Latinum Palutium & alios litis conſortes, qui cùm actione ſpolij conuenti eſſent à Federico herede Fabricij, opponebant de præſcriptione *d. l. bene,* quæ videtur non ſolùm procedere in Imperatore, ſed etiam in aliis Principibus inferioribus, vt poſt Baldum *in cap. ad Apoſtolicam, de re iudic. in ſexto,* tenet Iacob. de Sanct. Georg. *in tracta. de feud. in verſic. ſed tanquàm Principis, num.* 10. Et hæc videtur magis communis opinio ex allega. per Duen. *reg. 228. num. 5.*

2 Hoc † tamen non obſtante, Domini in dubio propoſito
E contrariam ſententiam amplexi fuerunt, nempe in caſu, de quo agitur, non eſſe locum diſpoſitioni, *d. l. bene.* Primò, quia procedit tantùm in Principibus inferioribus, qui habẽt iura imperij ex priuilegio vel præſcriptione, vel in Principe, qui habet omnia iura fiſcalia à Papa vel ab Imperatore conceſſa, qui poſſunt facere in ſuo dominio, quæ poteſt facere Im-
a perator a in ſuo, Regn. *in conſil.* 310. qui loquitur in ciuitate ſuperiorem non recognoſcente, ſequitur Socin. *conſil.* 121. *num. 25. lib.* 4. Curt. iun. *in l. heres abſens, in princ. num. 17. de iud.* Iacob. de Sanct. Georg. *vbi ſuprà,* Balb. *de præſcript. 2. part. 5. part. q. 8. num.* 2. cum aliis cumulatis per adden. ad Roman. *conſil. 59. litera O.* Et ratio eſt, quia huiuſmodi Princeps in ciuitatibus eiſdem ſubiectis vtuntur prærogatiuis, quibus & ipſe Imperator, vt per Docto. ſuprà allegatos.

3 Hic † autem verſamur in Domino recognoſcente ſuperiorem, & non habente omnia iura regalia; quia Papa con-



A ceſſit tantùm Dominis de Vrſinis iuriſdictionem ac merum & mixtum imperium, & conſtituit eos Vicarios in temporalibus cum plena & libera adminiſtratione, ſub qua conceſſione non comprehenduntur omnia regalia; quia non conceſſit omnia vectigalia. Nam Papa exigit etiam vectigalia in dicto Caſtro, nec etiam conceſſit facultatem cudendi monetam, quæ omnia ſunt de regalibus Principis, *vt in cap. 1. quæ ſint regal.*

Secundò † mouebantur, quia in caſu, de quo agitur, con- 4
ſtat de mala fide Fiſci Illuſtr. Do. Henrici, quo caſu non procedit præſcriptio *d. l. bene,* Bal. *in l. final. nu. 2. C. ſi contra ius vel vtilitat. public.* cum aliis allegatis per Duen. *vbi ſuprà num.* 1. Mala fides autem colligitur ex eo, quòd ſententia lata ſuper cõfiſcatione omnium bonorum, fuit notoriè iniuſta [b]. Nam b
ex eo, quòd quidam Robertus, qui furatus fuerat ſcuta. 200.
B ac de illis mutauerat Fabricio ſcuta decem, & quia Fabricius cum hominibus armatis aſportauerat bona ſua mobilia & ſupellectilia à dicto caſtro ſancti Poli, fuit condemnatus in pœnam confiſcationis omnium bonorum, quæ pœna imponi non poterat pro furto decem ſcutorum, Abb. *in cap. quia plerique, n. 21. de immunit. Eccleſ.* Gomez. *in §. ex maleficiis, nu. 2. & 3. Inſtit. de actio.* Clar. *in §. furtum, nu. 7.* vltra quòd de hoc furto non conſtat. Et quòd cum hominibus armatis aſportauerit bona propria non eſt delictum, quod mereatur hanc pœnam, ex quo ſequitur quòd obtinens ſententiam notoriè iniuſtam, dicatur eſſe in mala fide, & ideò tenetur ad reſtitutionem, ſi aliquid vigore ſententiæ acceperit.

## *ADDITIONES.*

IMperator. Princeps inferior ſeu Dominus Caſtrorum, an a
& quando in his ſuis Caſtris & dominio poſſit facere ea omnia, quæ poteſt ſupremus Princeps in ſuo, & ſic quando Princeps inferior dicatur non recognoſcere ſuperiorem, vide Boſſ. *in tit. de crimin. læſ. maieſt. nu. 56. & ſeqq.* Gabr. *in tit. de iure quæſit. non tollen. concluſ. 2 nu.* 12. Cephal. *conſil. 58. nu. 65. & ſeqq. lib.* 1. Rolan. *conſil. 4. nu. 39. & ſeqq. & conſil. 1. num. 49. & ſeqq. lib.* 3. deciſ. Pedemont. 139. *num* 5. 15. *& ſeqq. & deciſ. 154. num.* 1. vbi de Duce Sabaudiæ, Mediolani & Mantuæ.

*Notoriæ iniuſta.* Notabilis eſt concluſio iſta in hac Deci- b
ſione firmata, quòd ſcilicet; Quando proceditur contra contumacem, non poſſit imponi pœna confiſcationis bonorum pro delicto, quo caſu ſi reus præſens eſſet, talem pœnam de iure non ſubiret. Quod & idem conſuluit Plot. *inter conſil. crim. diuerſor. conſil. 72. num. 30 & ſeqq. lib.* 2. Thob. Non. *conſil. 104. num. 7. 8. & 18. & ſeq. lib.* 1. vbi, & quod plus eſt, loquitur in reo condemnato in contumaciam pro vitio ſodomiæ, Ant. Gomez. *in l. Tauri, 76. n. 7. in fine,* Cephal. *conſ. 79. nu. 11. lib.* 1. Clar. *in Pract. §. final. q. 444. verſ. facta autem. in fin.* Et latiùs explicat Dominus meus Farinac. *in ſua Pract. crim. part. 1. tit. de inquiſit. q. 11. num.* 62. vbi etiam ponit, quid hodiè ſeruetur in Practica in ſtatu eccleſiaſtico.

*Famianus Centolinus V. I. D. Galeſij.*

## ORANI.

*Peruſina bonorum de Vbaldis, Lunæ 25. Decembris 1586.*

## ARGVMENTVM.

De filio nato ex muliere habente maritum, quando præſumatur filius alterius, quàm ipſius mariti. De probatione filiationis aliqua notanda, & de quæſtione ſtatus ac filiationis mota contra impuberem differenda in tempus pubertatis.

## *SVMMARIA.*

*Cauſſa ſtatus & filiationis mota contra impuberem differenda eſt in tempus pubertatis, num. 1. & num. 5.*

*Carboniano edicto vt locus ſit, non requiritur filiationis probatio, ſed ſufficit quòd ſummariè conſtet, euidentem calumniam, ceſſare, nu. 1. in fine, & num. 5. etiam in fine.*

*Filiatio probatur ex eo, quòd quis domi ſuæ retinet matrem illius,*

*de cuius filiatione tractatur, num. 2. vbi nu. 3. ampliatur etiam, quòd mulier domi retineatur, non in ſchemate concubinatus, & in addit. litera a, vbi de materia.*

*Filiatio probatur ex tractatu, vtputa ex eo, quod quis filium baptizari fecit, educauit, legitimare curauit, & cenſus pro ipſo comparauit, nu. 2. & in additio. litera* b, *vbi de materia.*

*Filiatio probatur ex nominatione matris, marito non contradicente, num. 2. in fine.*

*Filius natus in domo mariti, præſumitur filius ipſius mariti, etiam quòd maritus cum vxore non cohabitaret, dummodò ad eius arbitrium haberet commoditatem accedendi ad vxorem, num. 4. vbi declaratur hoc procedere, dummodò etiam quandoque acceſſerit, aliàs ſecus, & in addit. litera* c, *vbi latiùs de materia huius præſumptionis.*

## DECISIO XXXVII.

1 INdubitatum † fuit apud Dominos, locum factum eſſe in
caſu, de quo agitur, Carboniano edicto, atque ideò dan-
dam Ioanni Andreæ immiſſionem. Nam etſi mota ſit illi
quæſtio ſtatus & filiationis, nihilominùs cognitio in tem-
pus pubertatis differenda eſt. *l. 1. §. Pomponius*, vbi Bartol. *ff.*
*de Carbon. edict.* Roman. *ibid. nu. 6.* Bald *in l. 1. in 2. oppoſit. ver-*
*ſic. ſed ego hoc non credo, C. de eden.* in tantum, quòd non requi-
ratur fillationis probatio, ſed ſufficit, quòd ſummatim co-
gnoſcendo euidens calumnia ceſſat, *l. 3. §. cauſſa cognitio, de*
*Carbon. edict.* Rimin. *in l. Carbonianum, verſic. in ea, C. eodem.*

2 Quòd autem Ioannes Andreas ſit filius q. Capitanei Pe-
tri, argitur tum ex Magdalenæ matris, tam tempore conce-
a ptionis, quàm natiuitatis in domo Petri permanſione a, tum
etiam ex ipſius Petri agnitione, qui Ioannem Andream vti C
b filium tractauit b, baptizari fecit, apud ſe educauit, legiti-
mari curauit, cenſuſque tanquàm filio illi comparauit: cla-
rum enim eſt, quòd his omnibus in quaſi poſſeſſione filia-
tionis ſit conſtitutus, Butr. *in cap. tranſmiſſa, qui fil. ſint legit.*
Dec. *conſil. 54. num. 4.* cum aliis per Moder. *de probat. concluſ.*
*788. cum duabus ſequent.* Hocque tantò magis, quòd mari-
tus Magdalenæ non contradixit: ipſa verò mater talem il-
lum eſſe confeſſa eſt, Achil. *deciſ. 1. de filiation.* Creſcen. *deciſ.*
118. Mohedan. deciſ. 115.

3 Neque † fuit receſſum, vt ad hunc effectum illa in ſche-
mate concubinatus retineretur; nam & in muliere, apud ſe
vti focaria domi retenta, præmiſſa habent locum, Anchar.
*conſil. 225. nu. 5. verſic. ſuper alio dubio,* Dec. *in cap per tuas, nu. 1.*
*de probat.* Alciat. *de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 57. nu. 3.*

4 Non † obſtat, quòd præſumptionem *c. l. miles, §. defuncto,*
c *ff. ad legem Iul. de adulter.* quidam extendant ad caſum, quòd D
ceſſante mariti cum vxore cohabitatione, ſaltem ad eã pro
arbitrio illi datur acceſſus, Barbat. *conſil. 58. colu. 1. lib. 2.* Dec.
*conſil. 657. nu. 2.* quia hoc procedit, quando vltra potentiam
acceſſus, probatio concurrit huiuſmodi ſequuti acceſſus,
Iaſ. *conſil. 125. col. 2. cum ſeqq. lib. 4.* aliàs præſumptio potiùs
militat filiũ eſſe adulteri, Alciat. *de præſumpt. reg. 3. præſumpt.*
*27. nu.* 11. ſequitur Pariſ. *conſil. 10. nu. 54. lib. 3.*

5 Nec † autem, licèt teſtes conentur probare, quòd ſcili-
cet tempore conceptionis Ioan. Andreæ Raphael maritus
Magdalenæ Peruſij commoraretur, non tamen quicquam
de eius ad illam acceſſu deponunt: Quinimò neſciunt vbi-
nam dicto tempore Raphaël Peruſij moram traheret: nec
releuant teſtes ad perpetuam rei memoriam examinati: ex
quorum dictis & aliorum in Curia examinandorum credi-
tur, hoc concludenter probatum eſſe; quia præterquàm
quòd illorum depoſitio tanquàm nulla non eſt attenden-
da: reliquorum etiam admiſſio ex Carboniano edicto, vt
aliàs fuit dictum, eſt prohibita, ex quo deferri debet in tem-
pus pubertatis, Caſtren. *in l. final. C. eodem*, cùm ſufficiat mo-
dicum, faciens pro filio, ad effectum, vt illi, non obſtãte pa-
tris oppoſitione, detur immiſſio, *d. l. 3. §. cauſſæ cognitio, ff. eo-*
*dem*, placuit tamen Dominis videri, an Carboniani bene-
ficium legitimati ſuffragetur.

### *ADDITIONES.*

a PErmanſione. Ex permanſione ſeu cohabitatione viri cum
muliere, ex qua natus eſt filius, an præſumatur, ſeu pro-
bata dicatur filiatio, vide Cephal. *conſil. 48. num. 17. & con-*
A *ſil. 82. numer. 62. & ſeqq.* Maſcard. *de probatio. lib. 2. concluſ. 798.*
*num. 1. & concluſ. 800. num. 6. & 7.* vbi etiam, an ex cohabita-
tione præſumatur legitimitas, quòd ſcilicet filius iſte ex le-
gitimo matrimonio natus ſit, Pacian. *de probat. cap. 16. nu. 6.*
*& in diſcurſu per totum illud caput.*

*Tractauit.* Filiatio an præſumatur ſeu probata dicatur per b
educationem, per nominationem, ſeu alium actum, ex quo
apparet quem fuiſſe vti filium tractatum, vide Petraſunt.
*ſing. 60.* Pariſ. *conſil. 10. n. 17. & n. 102. lib. 2. & conſil. 12. n. 247.*
*eodem lib. 2.* Neuiz. *conſil. 34. nu. 10. & 39.* Natta. *conſil. 59. num.*
*15. & conſil. 235. nu. 1. & ſeqq. & conſil. 473. nu. 26. & ſeqq.* Man-
dell. *conſil. 6. n. 11. & conſil. 83. per totum*, Boſſ. *in tit. de part. ſup-*
*poſit. nu. 9. 11. & 27.* Menoch. *de arbitr. quæſt. lib. 2. caſu 89.* Hip-
pol. Riminal. *conſil. 329. n. 4. & ſequent.* Roland. *conſil. 22. lib. 3.*
B *in diſcurſu, & conſil. 96. nu. 47. & ſequentib. lib. 3.* Cephal. *conſil.*
*48. n. 15. & 16. lib. 1. & conſil. 82. n. 48.* Duen. *reg. 348.* Maſcard.
*de probatio. lib. 2. concluſ. 788. & ſeqq.*

*Præſumptionem.* Regulariter filius natus ex muliere vxora- c
ta præſumitur natus ex marito, & non ex aduerſo. Hæc re-
gula patitur plures ampliationes & limitationes de quibus
lectorem remitto ad Neuiz. *conſil. 34. num. 18.* Gabr. *in tracta.*
*commun. concluſ. lib. 1. tit. de præſumpt. concluſ. 14. per totũ*, Nouel.
*reg. 92.* Roland. *conſil. 22. nu. 9. lib. 3.* Cephal. *conſil. 82. nu. 62. &*
*ſeqq. lib. 1.* Menoch. *d. caſ. 89. num. 24. & ſequentib. & num. 53. &*
*ſeqq. & nu. 65. & ſeqq.* Maſcard. *de probatio. lib. 2. concluſ. 788. per*
*totam, & concluſ. 798. nu. 2. & ſequentib. & concluſ. 805. & per to-*
*tam*, Pacian. *de probatio. cap. 16. num. 2. & ſeqq. per totum in di-*
*ſcurſu.*

*Famianus Centolinus V. I. D. Galeſij.*

## ORANI.

*Romana domus de Pincaris, Veneris 9. Ianuarij 1587.*

### ARGVMENTVM.

Mors viri quomodo probanda ad effectum, vt vxor poſſit cum alio matrimonium contrahere.

### *SVMMARIA.*

*Mulier non poteſt cum ſecundo viro matrimonium contrahere, niſi priùs habuerit certam ſcientiam de morte primi viri, num. 1.*

*Mors primi viri dicitur probata ex eo, quòd poſtquàm ad bellum profectus fuit, ampliùs nec viuus nec mortuus fuit repertus, n. 1. & ibi in addit. litera a, vbi plura alia de probatione mortis, quando ſcilicet, quomodo, & per quos probanda ſit.*

*Mors præſumitur in eo, qui aſcendit nauem, quæ poſteà naufragium paſſa eſt, num. 1.*

*Sententia in contumaciam lata, non probat delictum, num. 2.*

## DECISIO XXXVIII.

DOmini † circumſcripto, an conſignatio dotis Magda- 1
lenæ probetur facta Nicolao, ita vt inter hypotheca
ſuper domo, de qua agitur, firmarunt ex deductis reſolutio-
nem coram R. P. D. Brauo in hac cauſſa factam, videlicet
ſententiam A. C. confirmandam, quod enim prætenditur
pro parte D. Alexandri & litis conſortium, Magdalenam
non habuiſſe certam ſcientiam obitus Troiani ſui primi vi-
ri, ad effectum, vt ad ſecundas nuptias conuolare poſſet, &
illas cum Scipione contrahere, *iuxta cap. in præſentia, de ſpon-*
E *ſal.* Dominis non fuit viſum refragare, quia cùm hîc non
agatur principaliter de validitate ſecundi matrimonij, ſed
incidenter & per viam replicationis, Gemin. *conſil. 27.* cum
adductis per Pariſ. *conſil. 57. n. 41. lib. 4* ſatis mors primi viri a
probata videtur ex eo, quòd Troianus poſt profectionem ad
bellum, nec viuus nec mortuus reperitur, iuxta not. per Fe-
lin. *in cap. quoniam frequenter, nu. 24. vt lit. non conteſt.* Marant.
*in l. is poteſt, num. 145. ff. de acquir. hered.* ſicut etiam dici-
tur probata mors illius, qui aſcendit nauem poſteà naufra-
gium paſſam, Angel. *in l. ſiquidem, num. 3. C. ſolut. matrim.* Ale-
xand. *conſil. 25. nu. 4. & 117. nu. 7. in fine, lib. 4.* Luc. de Penn.
*in l. quotiens, prope finem, C. de naufrag. lib. 11.* Boër. *deciſ. 288.*
*num. 2.*

2 Nec † repugnat condemnatio ſequuta per ſententiam Vicarij & ſui Locumtenentis de adulterio & inceſtu per eos perpetrato, per quam arguitur, non potuiſſe inter illos conſiſtere matrimonium; quia cùm iſta condemnatio fuerit in contumaciam, non poteſt dici, delictum ex ea haberi pro probato, vt fuit reſolutũ in vna Romana Canonicatus ſancti Angeli coram D. Cotta; nec dicatur, quòd non conſtet de conſignatione dotis facta Troiano; quia ex ſententiis Capitolinis de contrario conſtat, quas præter conſiderata coram R. P. D. Brauo confirmat decretum à Rota obtentum pro parte Troiani mandati de manutenendo.

## *ADDITIO.*

a MOrs. Quòd mors cenſeatur probata ex eo, quòd quis in aciem ingredi viſus fuit, & poſteà ampliùs non reperitur, ſcripſerunt etiam Hercul. *in tracta. de negatiua, num. 290. verſic. item probatur mori*, Capel. Tholoſ. *deciſ. 312. in additio.* Corn. *conſil. 204. nu. 8. lib. 3.* Ioan. Maria. Monticell. *in repert. teſtium, fol. 400. colum. 2. verſic. 6.*

Hinc ſumpta occaſione, circa mortis probationem me aliquantulùm extendere non abſurdum putaui; in qua re imprimis firmanda eſt, concluſio, quòd licèt dici ſoleat, præſumi quem viuere vſque ad centum annos, verius tamen eſt, quòd poſt centum annos quis præſumitur mortuus, non autem, quòd vita durare præſumatur vſque ad centum annos. Sic enim magis communiter * receptum eſſe, colligitur ex allegatis per Gabr. *lib. 1. tit. de præſumpt. concluſ. 16. nu. 1. & ſequent.* vbi expreſsè dixit, hanc opinionem eſſe veriorem, licèt aliqui ibi per eum relati contrariam dixerint communem. Addo & pro hac veriori opinione Franc. Hercul. *in tracta. de negatiu. nu. 290. verſicul. mors quoque præſumitur ſpatio centum annorum.* Couar. *variar. reſolut. lib. 2. cap. 7. nu. 6.* vbi ſuo tempore hanc ſententiam dixit crebriorem, Menoch. *in l. final. n. 668. C. de edict. diui Adrian. tollen.* Stephan. Lamberteng. *in tract. de contractibus eorum, &c. gloſſ. 9. num. 4.*

Eapropter vt is, qui ſe fundat in vita ſeu in mortem alicuius, debeat ipſam vitam aut mortem probare, tanquàm fundamentum ſuæ intentionis, voluerunt Corn. *conſ. 10. num. 5. lib. 1. & conſil. 204. nu. 3. lib. 3.* Capell. Tholoſ. *deciſ. 312. in addit. in fine*, Boër. *deciſ. 288. col. 3. part. 2.* Gozzadin. *conſil. 68. n. 5. & 6.* Gabr. *d. concl. 16. nu. 7.* Franc. Hercul. *in tract. de negatiu. nu. 10.* Couar. *var. reſolut. d. lib. 2. eod. cap. 7. poſt nu. 6.* Stephan. Lamberten. *de contract. eorum, d. gloſſ. 9. n. 4* vbi de magis communi, Hieron. Magon. *deciſ. Lucen. 44. num. 2.* Maſcard. *de probat. lib. 2. concl. 169.* quem videas in materia.

Siue is qui vitam allegat actor ſit, ſiue etiam reus, excipiendo hoc dicat, ſecundùm magis * communem, de qua per Couar. *vbi ſuprà poſt n. 6. folio mihi 472. in parua impreſſione*, & Lamberteng. *d. gloſſ. 9. num. 3. & 4.* qui expreſsè dicunt, tam agenti quàm excipienti incumbere onus probationis vitæ per eos allegatæ; quamuis contrarium aſſerat. Gabr. *d. concluſ. 6. nu. 8.* ex Socin. *in loco per eum allegato*, cuius opinio poteſt procedere, quando, qui excipit de vita, eſt poſſeſſor; poſſeſſio enim releuabit poſſidentem ab onere probandi vitam, Gozzadin. *d. conſil. 68. nu. 8.* Villalob. *in commun. opin. litera V, num. 43.*

Mors autem qualiter probetur, vltra infraſcripta vide Bart. & Docto. *in l. ſiquidem, C. ſoluto matrimon. & in l. 2. §. ſi dubitetur, ff. quemadmodum teſtamenta aperiantur*, Bart. *in tract. de teſtibus, in verbo, mortuum, ſeu mors qualiter probetur*, Corſet. *ſing. verbo, mors*, Corn. *conſil. 10. lib. 1.* Firman. *in repert. in verbo, mors per diſcurſum*, Capell. Tholoſ. *deciſ. 312. & in addit.* Boër. *deciſ. 288. pag. 2.* Petr. de Loncen. *in conſil. matrim. diuerſor. 25.* Franc. Hercul. *in tractat. de negatiu. num. 290.* Ioan. Maria Monticell. *in repert. teſtium, pag. 400. column. 2. & pag. 401. column. 1.* omninò, Maſcard. *de probat. lib. 2. concluſ. 1071. & ſequent.* apud quem reperies tractatas omnes infraſcriptas concluſiones.

Et in materia hæc præcipua. Doctorum diſtinctio reperitur, quòd ſi agitur de maximo & irreparabili præiudicio, & tunc mortis probatio debet eſſe plena & concludens, Boër. *d. deciſ. 288 in princip.* Alex. *conſil. 117. nu. 8. & ſeq. lib. 4.* Corn. *conſil. 10. nu. 7. & nu. 15. lib. 1.* Capell. Tholoſ. *d. deciſ. 312. in addit.* Franc. Hercul. *in tract. de negatiu. d. nu. 290. in princip.* Menoch. *in l. final. nu. 672. C. de edict. diui Adria. tollen.* ſi verò agitur de modico præiudicio, & de damno reparabili, & tunc non eſt neceſſaria plena mortis probatio, ſed ſufficiunt indicia & præſumptiones veriſimiles, ſecundùm Corn. Boër. & Capell. Tholoſ. *in locis præcitatis*, & eundem Corne. *in conſil. 204. nu. 4. lib. 3.* Corſet. *ſing. verbo, mors.* Quòd ſi agatur de leuiſſimo præiudicio, & tunc ſolùm iuramentum ſufficit ad illius probationem, Capell. Tholoſ. *d. deciſ. 312. in addit.* Menoch. *in l. final. nu. 671. C. de edict. diui Adria. tollen.*

Farin. Conſil.

Similiter quando ſumus in probatione mortis ſequutæ in loco longinquo, quòd tunc ſufficiant præſumptiuæ probationes, voluerunt Corn. Boër. & Capell. Tholoſ. *in locis præcitatis*, Alex. *conſil. 4. nu. 15. lib. 2.* Hercul. *de negatiu. dict. n. 290.* vbi etiam in propoſito, quis dicatur locus longinquus, Menoch. *d. l. final. nu. 672. C. de edict. diui Adria. tollen.*

Plures autẽ modi traduntur per Doctores ad mortis probationem. Quorum primus eſt per teſtes, qui viderunt mortuum & ſepulturæ traditum, Menoch. *in d. l. final. nu. 675. C. de edict. diui Adrian. tollen.* vbi ampliat etiam quòd teſtes eſſent conſanguinei ipſius mortui, Ioan. Maria. Monticell. *in repert. teſtium, fol. 401. verſic. 3. & ſeq.* vbi ampliat, etiam quòd teſtes viderint mortuum clauſum in capſa, qui dicebatur talis, & alia ad materiam, de qua per eundem Monticell. *d. pag. 401. column. 1. verſic. 1. penult. & ſeq.* vbi quantùm probet depoſitio vnius teſtis in hac materia.

Secundus modus probandi mortem, eſt per famam, quod an verum ſit, & quando, vide Boër. Capell. Tholoſ. Corn. Alexan. Petr. de Lonceno, Hercul. *in locis præallegatis*, Cephal. *conſi. 65 n. 44. & ſeqq. lib. 1*, Menoch. *in d. l. final. nu. 672. & ſequentib. C. de edict. diui Adrian. tollen.* vbi facit regulam affirmatiuam cum tribus limitationibus, Duen. *reg. 299. in 9. limitatione*, Maſcard. *de probat. lib. 2. concluſ. 1070. per totam*, vbi latiùs de materia, de qua etiam aliquid per D. meum Farinac. in ſua pract. *crim. part. 1. titul. de indic. & tortur. quæſt. 147. num. 97. & ſeq.*

Tertius modus probandi mortem eſt per luctum parentum, aſſumptionem teſtium lugubrium, & aſſertionem conſanguineorum, Corn. *conſil. 10. numero 4. 12. & 17. lib. 1. & conſ. 204. nu. 6. lib. 3. & conſ. 96. nu. 6. lib. 4.* Alex. *conſ. 4. num. 16. lib. 2. & conſil. 117. nu. 8. & ſeq. lib. 4.* Boër. *deciſ. 288. col. 3.* Hercul. *de negatiua, d. num. 290.*

Quartus modus probandi mortem eſt per productionem teſtamenti, Hercul. *de negatiua, ſub d. num. 290* Capell. Tholoſ. *d. deciſ. 312 in addit.* Aret. *in §. quadrupli, nu. 45. circa finem, Inſtit. de actionibus*, communem dixit Curt. iun. *in d. l. final. nu. 45.* & Zuccard. *nu. 247. C. de edict. diui Adria. tollen.* relati per Menoch. *in ead. l. final. nu. 66. & ſequent.* & quamuis contrarium voluerint alij relati per eundem Menoch. *in ead. l. final. n. 667. & ſeqq.* & hanc opinionem in Practica obſeruatã & * communem dixerit Ioſeph Ludou. *deciſ. Lucen. 49. num. 3. & 19.* tu tamen diſtinguendo dicas, primam opinionem procedere, quando teſtamentum productum fuit datum parti à notario iudice ſic mandante: ſecunda autem, quando pars illud habuit non à notario, ſed aliunde, ſecundùm Menoch. *in eadem l. final. num. 669. & ſeq.* vide tamen Ioſeph. Ludou. *d. deciſ. Lucen. 49. nu. 22. & ſequent.* vbi tenet, ex productione teſtamenti non probari mortem, etiam quòd illud fuerit traditum à notario parti producenti, quando teſtamentum eſt nuncupatiuum, & non in ſcriptis, niſi vltra teſtamenti nuncupatiui publicationem concurreret aliqua alia ſemiplena probatio mortis, vt ibi per eum, quem videas, quia bene loquitur in materia.

Pluribus aliis modis mortem probari tradunt præallegati Doctores, ad quos pro nunc lectorem remiſſum volui.

*Fam. Cent. I. V. D. Galeſij.*

## ROBVSTERII.

*Albanenſem Debitorem, 19. Ianuarij 1587.*

## ARGVMENTVM.

Confiſcatis bonis delinquentis, Fiſcus in illis ſuccedit vti heres, ideò ad inſtantiam creditorum, non poteſt dari curator eiuſdem bonis tanquàm hereditati iacenti, niſi Fiſco citato.

*SVMMARIA.*

*Curator hereditati iacenti dari non poteſt niſi Fiſco citato, quando Fiſcus delinquentis mortui bona propter delictum confiſcata adeptus eſt, num.1.*

*Sententia condemnatoria propter contumaciam æquiparatur ſententiæ condemnatoriæ propter delictum, quouſque ſit purgata contumacia, & præſertim in delicto notorio, num.2.*

*Fiſcus habet priuilegium, vt non poſſit conueniri, niſi in quantum facere poteſt, à creditoribus bonorum confiſcatorum, num.2.*

## DECISIO XXXIX.

1 RESolutum † fuit, quòd D.Tranquillus non eſt legitimus curator hereditatis iacentis Do.Ludouici Vrſini, quia in eius deputatione non concurrunt requiſita, & præſertim, quia Fiſcus adiuit hereditatem, & non fuerunt probata incumbentia, quòd adſint alia bona, & quia Fiſcus non eſt citatus, vt per Angel.*conſil.*193.cum aliis hìc per informantes, & addebant Dec.*conſ.22.num.2.& conſ.*109.

2 Non † obſtat, quòd non ſit condemnatus propter delictum quia eſto quòd eſſet verũ, idem eſſet effectus, quòd ſit condemnatus propter contumaciam talis delicti, quouſque ſit purgata talis contumacia, præſertim in delicto, vt de notorio, & placuerunt adducta per informantes pro iſta parte Nec defuerunt ex Dominis, qui tenebant, quòd Fiſcus nõ poſſit repudiare hereditatem hãc, licet habeat Priuilegium, vt non conueniatur, niſi inquantùm facere poteſt, & quòd Dom. Ludouicus erat incapax ad acquirendum poſteà alia bona. Sed de his agetur poſteà, quando erit verificata talis repudiatio & acquiſitio, ſatis eſt, quòd ſaltem rebus ſic ſtantibus Dom.Tranquillus non eſt legitimus curator.

## ILLVSTRISSIMI D. SERAPHINI Patriarchæ.

*Veneta legitimitatis, Lunæ 19.Ianuarij 1587.*

## ARGVMENTVM.

Matrimonium quando dicatur metu contractum, & ex quibus inter litigantes colluſio detegatur & probetur, ad effectum nullitatis ſententiæ ex colluſione latæ.

*SVMMARIA.*

*Metus dirimens matrimonium debet concludenter probari, num.1. & ibi in additio.litera a, vbi generaliter an ex præſumptionibus probetur metus.*

*Metus non dicitur probatus concludenter per teſtes ſuſpectos conſanguineos & villes, num.1.*

*Metus iuſtus non inducitur ex minis de faciendo ceſſare lucrum, niſi contineant illationem damni in maiori parte bonorum, n.1. & ibi in addit.litera b, vbi generaliter quando ex minis metus inducatur.*

*Metus prætenſus in matrimonij celebratione concluditur per ſubſequentem cohabitationem coniugum cum ſuſceptione prolis, n.1. in fine.*

*Subreptitium reſcriptum auocatorium iuriſdictionem non tribuit, num.2.in fine.*

*Colluſio inter partes dicitur manifeſta, quando vna pars omittit facere ſuas defenſiones, & acceptat ſententiam contra ſe latam, num.3.*

*Colluſio inter litigantes probatur per teſtes, num.4.*

*Colluſionis probatio eſt difficilis; ideò præſumptiones ſufficiunt, nu.4.*

*Sententia lata ex colluſione litigantium eſt nulla, num.4.*

*Colluſio dicitur manifeſta in eo, qui patitur ſe vinci, cum habeat probationes bonas & veras pro ſui defenſione, num.4.in fine.*

*Colluſionis probatio eſt iudici arbitraria, num.5.*

## DECISIO XL.

1 FVit dubitatum † de inualiditate & iniuſtitia ſententiæ Vicarij Patauini ad effectum legitimitatis vel illegitimi- A tatis filiorum D. Bernardini & Iacobinæ. Et inſpecta tota ſerie huius facti, fuit concluſum pro nullitate & iniuſtitia d.ſententiç ex capite colluſionis; cùm enim conſtet à principio de matrimonio inter Iacobinam & Ioannem Mariam in faciem Eccleſiæ, non potuit dirimi huiuſmodi matrimoniũ, niſi præcedente concludente metus probatione[a], quæ quidem probatio tunc non fuit facta niſi per teſtes valde ſuſpectos, vtpote conſanguineos & viles, ſed, quod magis vrget, neque etiam in eorum dictis probant ſufficientem metum, non quidem ratione verborum, quia hoc non probatur, neque etiam ratione minarum, quia tendunt ad hoc, quòd ſi ipſa contentaretur cõtrahere cum Ioanne Maria, nobilis ille eius amaſius non erat ei quicquam dotis nomine daturus, ſed hæc minæ[b], tendunt ad caſſationem lucri, non autem ad B illationem damni in maiori parte bonorum ſuorum, prout requiritur, vt per Ang.*in ſumma, in verbo, metus, num.3.* & paſſim tradunt ceteri Summiſtæ. Et præterea cohabitauit vltra annum cum Ioanne Maria & ex eo ſuſcepit filium quæ res reddit multum inueriſimilem hunc prætextum illati metus, cum potuiſſet ſtatim aufugere & non aufugere, habebat enim liberum aditum ad matrem.

Sed † deueniendo ad argumenta propinquiora colluſionis, primò apparet, quòd poſtquàm effecta fuit concubina Do.Bernardi, non ſtatim commiſit cauſſam nullitatis matrimonij, ſed poſt ſex vel ſeptem annos aut circa, quo tempore iam ſuſceperat filios ex Bernardo, & tunc fuit cauſſa nullitatis matrimonij commiſſa coram Vicario Patriarchæ, coram quo, cùm iam cauſſa fuiſſet inſtructa, & partes ter monitę ad C ſententiam, ſubodorantes Vicarium non eſſe diſſoluturum hoc matrimonium, procurarunt cauſſam per reſcriptum Apoſtolicum auocari a dicto Vicario Patriarchæ, & committi Vicario Patauino ſub falſa cauſſæ expreſſione, quòd Vicarius Patriarchæ nollet cauſſam expedire, quod ex trina illa monitione facta detegitur falſum, & ideò ex hoc capite ſententia eſt nulla, cùm reſcriptum auocatorium ſubreptitium non tribuat iuriſdictionem. 2

Deinde † apparet, fuiſſe à Ioanne Maria omiſſas defẽſiones, & per ſuum Procuratorem acceptata ſententia, quæ res manifeſtam detegit colluſionem, vt in ſimili fuit dictum alias coram bon.mem.Cotta, & coram Illuſtriſſimo & Reuerendiſſimo D.meo Cardinale Aldobrandino in vna Bononienſ.de Brecchis. 3

D Probatur † etiam per teſtes, qui bene deducuntur in informatione facti, D.Bernardinum non ſolùm habuiſſe ſciẽtiam litis, ſed etiam ſoluiſſe expenſas & conueniſſe cũ Ioanne Maria pro diſſoluendo huiuſmodi matrimonio, quæ res etiam manifeſtiùs demonſtratur, ex quo dos illa, quæ prætenditur cauſſa tanti timoris, nunquàm fuit petita neque recuperata à Ioanne Maria, qui videtur illam retinuiſſe pro pretio ſuæ diſſimulationis. Quare cùm ſimus in materia diſficilis probationis, viſæ fuerunt Dominis omnes iſtæ probationes ſatis ſupérque ſufficientes, ad not per Abb. *in cap. de his, num.8.de accuſ.l.quia autem, §.non ſimpliciter, ff.ſi quis omiſſ. cauſſ.teſt.*Gig.*de penſ.quæſt.42.numer.2.& 4.* & in conſequentiam ſententia eſt nulla, *l.1.& tot.tit.ff.& C. de colluſ.* accedit, quòd qui patitur ſe vinci, cùm habeat probationes bonas & veras pro ſui defenſione, is manifeſtè colludit, Natt.*conſ.573. num.32.* 4

Quæ † ex aduerſo deducuntur, nõ tollunt præfatam pro- 5
E bationem, quæ penes iudicem eſt arbitraria, vt per Menoch. ex aduerſ.allegat.*caſu 35.lib.2.num.3.* Nam primò diuerſitas illa in data non arguit niſi diuerſitatem datæ inter breue & ſupplicationem introcluſam, prout eſt de ſtylo, & etiam enunciatur in Proceſſu. Secundò antiquitas non adeſt, quia ſentẽtia eſt de anno 1551.initium verò litis de anno 1572.& tantiſper fuit caſſatum, donec per obitum Bernardi obtulit ſe occaſio litis, quod dicitur de metu illato per matrem & verberibus, de quibus deponunt teſtes examinati de anno 1573. non concludit & magis detegit inueriſimilitudinem prætenſi metus illati ex cauſſa amiſſionis dotis.

*ADDITIONES.*

a *METus probatione.* De probatione metus vide generaliter Boër.*deciſ.100.*vbi in ſpecie quomodo teſtes probantes metum deponere debeant, Bellon.*conſil.18.num.15.*vbi etiam de modo

de modo probandi metum, Pariſ. *conſil.* 10. *num.* 34. *lib.* 1. *&* A
*conſil.* 5. *nu.* 168. *& ſeq. lib.* 4. Diaz. *reg.* 750. Villalob. *in commun.*
*opinion. in verbo, metus, nu.* 54. *& ſequentib. & in verbo, probatio,*
*num.* 366. Maſcard. *de probatio. lib.* 2. *concluſ.* 1052. *& ſequentib.*
vbi latè. In quibus quidem concluſionibus, *nu.* 1. facit con-
cluſionem generalem, quòd in dubio metus non præſumi-
tur, & hanc concluſionem poſteà ampliat & limitat pluri-
bus modis. Verùm quod attinet ad hanc deciſionem, addo
ad illius comprobationem, quòd ſcilicet metus probatio de-
beat eſſe plena & concludens, Maſcard. cum allegatis per eũ
*d. concluſ.* 1051. *nu.* 14. ſed contrarium, quòd ad probationem
metus ſufficiunt coniecturæ, poſt alios, quos allegant anti-
quiores, ſcripſerunt Hercul. *in tracta, de caut. de non offen. cap.* 1.
*num.* 17. Rolan. *conſil.* 100. *nu.* 127. *lib.* 4. Maſcard. *dict. concluſ.*
1052. *nu.* 2. *& ſeqq.* vbi ampliùs *num.* 10. *& ſeqq.* dixit, de iſtis
coniecturis ſtandum eſſe arbitrio iudicis, & ibi reſpondet
contrariis. Quod & idem voluerunt Plot. *de in lit. iuran. nu.*
76. *ſecundùm antiquam impreſſionem*, & Menoch. *de arbitr.*
*quæſt. lib.* 2. *caſu* 136. ſicut pariter, an illatus metus ſit leuis vel
grauis, iuſtus aut iniuſtus, iudicis arbitrio remiſſum eſt, So-
cin. iun. *conſi.* 77. *n.* 44. *& ſeq. lib.* 1. Menoch. *vbi ſuprà, caſu* 135.
Sarmient. *ſelectar. interpret. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 2. Ioſeph. Ludou.
*deciſ. Lucen.* 18. *nu.* 22. Decian. *conſil.* 18. *nu.* 140. *lib.* 1. Bene ve-
rum eſt, quòd non omnes coniecturæ metum probant, ſed
illæ tantùm, quæ ſunt graues, veriſimiles & propinquæ: ſe-
cus autem ſi fuerint leues, remotæ aut inueriſimiles, ex al-
legatis per Aym. *conſil.* 44. *nu.* 6. Plot. *vbi ſuprà, d. n.* 76. Brun. à
Sole *in ſuo conſil. crim. nu.* 16. Rolan. *d. conſil.* 100. *nu.* 112. *& ſeq.*
*lib.* 4. Maſcar. *d. concluſ.* 1052. *num.* 9. vbi ampliùs, quòd tales
coniecturæ debent eſſe non ſolùm legitimæ, ſed etiam exa-
ctæ & plenè probatæ.

b *Minæ.* De minis, an & quando ex illis metus inducatur, vi-
de aliquid per Pariſ. *conſil.* 14. *nu.* 41. *& ſeqq. lib.* 1. Rolan. *conſ.*
83. *nu.* 27. *lib.* 2. Decian. *conſil.* 18. *nu.* 127. *lib.* 1. vbi quòd minæ
inducunt metum, quando minans eſt ſolitus minas exſequi,
aliàs ſecus. Quod & idem voluit Menoch. *de arbitr. quæſt. lib.*
2. *caſu* 136. *nu.* 11. vbi ampliùs, quòd minæ non inducunt me-
tum, niſi de re graui, grauique præiudicio tractent, vt putà
de morte, corporis cruciatu, vel amiſſione bonorum, aliàs
ſecus, ſed an importunæ preces minis æquiparentur, vide
Afflict. *deciſ.* 69. *nu.* 4. *&* 5. deciſ. Pedemont. 177. *n.* 4. vbi quòd
quoad reſciſſionem contractus maiorum preces metum in-
ducunt, & quid de vultu terribili, vide Franc. Hercul. *in*
*tract. de negatiu. nu.* 275. *in fine.*

*Famianus Centolinus V. I. D. Galeſij.*

## ILLVSTRISSIMI ET REVERENDISS. D
### D. Platti Cardinalis.

*Burgenſ. Canonicatus, Veneris 6. Martij 1587.*

### ARGVMENTVM.

De ſimoniaca reſignatione beneficij in exſe-
quutionem præcedentis concordiæ facta: & an
eiuſdem ſimoniæ labes iſto caſu tollatur ex nar-
ratione concordiæ, vel eiuſdem concordiæ con-
firmatione facta à Papa.

### SVMMARIA.

*Reſignatio beneficij facta in exſequutionem præcedentis concordiæ,*
*dicitur ſimoniaca, num.* 1.

*Simonia an excludatur & tollatur ex eo, quòd in literis expeditis* E
*narrantur Papæ ſimoniacæ conuentiones, num.* 1. *& num.* 2. *vbi*
*quòd non, quando Papa apponit in dictis literis clauſulam,*
Dummodò in prædictis aliqua ſimoniæ labes non inter-
uenerit.

*Literæ in forma,* Ratione congruit, *expeditæ, quando ſuffragen-*
*tur, num.* 1.

*Mandatum de reſignando datum poſt concordiam, inducit ſimo-*
*niam, quamuis reſignatio fuerit facta ante dictum mandatum,*
*num.* 2.

*Simonia non tollitur per confirmationem concordiæ ſimonicæ fa-*
*ctam à Papa, quando deuentum fuit ad reſignationem ſimonia-*
*cam, antequàm concordia confirmaretur, num.* 3.

## DECISIO XLI.

FEci † verbum ſuper expeditione cauſſæ, & Domini mã- 1
darunt illã expediri non obſtantibus deductis per Geor-
gium Meſſiam; cùm enim iam fuiſſet coram R. P. D. Giptio
Iudice primæ inſtantiæ deciſum, reſignationem ad eius fa-
uorem factam in exſequutionem concordiæ initæ inter E-
piſcopum & Capitulum fuiſſe ſimoniacam ac nullam, cer-
tum erat, literas per eum poſteà expeditas, cum narratione
d. concordiæ non potuiſſe ei ſuffragari. Primò, quia nõ po-
tuerunt impetrari literæ in forma, *rationi congruit*, expeditis
iam aliis literis tempore felic. record. Gregorij, ad trad. per
Rebuf. *in forma, rationi congruit, nu.* 22. Neque obſtat, quòd
fuerit expedita gratia, *ſi neceſſe*, quia vt dicebant Domini,
B iſtæ ſecundæ literæ non fuerunt expeditæ in forma gratiæ,
*ſi neceſſe*, ſed ſimpliciter, perinde ac ſi nullæ aliæ literæ fuiſ-
ſent expeditæ.

Secundò † conſiderabant Domini clauſulam, quæ erat 2
adiecta dictis literis, videlicet, *dummodò in prædictis aliqua ſi-*
*moniæ labes non interuenerit*, ex quibus apparet, noluiſſe Papã
diſpenſare ſuper ſimonia. Nec obſtare videbatur, quòd re-
ſignatio eſſet data die prima Auguſti, cõcordia autem poſt
nouem aut decem dies, quia ex quo conſtabat mandatũ ad
reſignandum fuiſſe datum poſt concordiam, ſatis appare-
bat, reſignationem fuiſſe factam in exſequutione ipſius cõ-
cordiæ, licèt obtinuiſſet ſignari ſupplicationem ſub die pri-
ma Auguſti, fortè vigore alicuius paruæ datæ.

Non † obſtat confirmatio concordiæ, quia omiſſa diſpu- 3
tatione, an illa ſit ſufficiens ad purgandum huiuſmodi ſi-
moniam, dictum fuit, in omnem caſum ſuffragari illam non
C poſſe, quia deuentum fuit ad reſignationem, & ſic ad illius
exſequutionem, antequàm ipſa concordia confirmaretur,
quo caſu ſimonia incurritur, Mohed. *deciſ.* 157. & his ſic
ſtantibus, cauſſam expediui confirmando ſententiam. R.
P. D. Giptij.

## ILLVSTRISSIMI D. SERAPHINI
### Patriarchæ.

*Nicen. Matrimonij, Veneris 6. Martij 1587.*

### ARGVMENTVM.

Plures recenſentur metus præſumptiones ſeu
probationes, ex quibus concluditur, matrimo-
nium metu contractum non ſuſtineri.

### SVMMARIA.

*Metus eſt difficilis probationis, præſertim ſi agatur de metu illato*
*in puellam, cui interdicta eſt facultas alloquendi & tractandi*
*liberè cum omnibus, num.* 1.

*Metus minor ſufficit ad reſciſsionem contractus celebrati per mu-*
*lierem minorem, nu.* 2.

*Dolus & mala fides arguitur ex inſolito tractandi modo, nu.* 3. *&*
*in addit. litera* a, *vbi de materia.*

*Metus & vis dicitur probatus ex præceptis alicuius potentis, nu-*
*mer.* 4.

*Metus ſemper durare præſumitur, durante cauſſa ipſius metus,*
*num.* 6. *& in addit. litera* b, *vbi infertur ad confeſsionem metus*
*per torturam emanatam.*

*Metus inducitur ex minis prouenientibus à perſona, cui debetur*
*reuerentia, præſertim in puella, nu.* 7. *& in addit. litera* c, *vbi*
*alia ad materiam metus reuerentialis.*

*Metus inducitur ex minis de auferendo omnia bona, nu.* 8.

*Metus non purgatur ex eo, quòd in actu interueniat iuramẽtum,*
*nu.* 11. *& in addit. litera* b, *vbi de materia, & nu.* 17.

*Iuramentum non ligat puellam minorem decem annorum, contra-*
*hendo per metum ſponſalia, num.* 17.

*Iuramentum non obligat actum ſeu contractum dolo initum, num.*
17. *& in addit. litera* e, *vbi de materia.*

## DECISIO XLII.

FVit † dubitatum an ex his, quæ proponũtur, iunctis his, 1
quæ nouiter pro parte Marci Antonij deducuntur, ſit

recedendum à reſolutionibus in hac cauſſa factis, & fuit A per Dominos vnanimiter concluſum, non eſſe recedendũ; probationem enim, quæ affertur pro parte Ludouicæ, videri concludentem & multis fulcitam adminiculis, quæ rem reddunt ſatis claram & indubitatam. Hîc enim agitur de probatione metus, qui de ſua natura eſt difficilis probationis, vt cenſuit Pariſ. *conſil.*53 *nu* 61 *& conſil.*70.*num.*21.*lib.*3. Menoch.*de arbitra.caſ.*116 *num.*17.*libr.*2. Hîc autem difficilior eſt eius probatio, ex quo agitur de metu illato puellæ, quæ à ſuorum conſanguineorum educatione iuſſu Principis abducta ſub perpetua perſonarum, quæ à motu Principis pendebat, cuſtodia habita fuit, ita vt non eſſet ei facultas colloquendi, neque quicquam tractandi liberè cum aliqua perſona, niſi cum iis, quos ſuſpectos fautores viri non habebant. Quare ſuccedit, vt ſi vnquàm aliàs hîc habeat locum B concluſio illa communiter recepta *in l. metum, ff. quod met. cauſ.* metum ſcilicet coniecturis probari, ſicut pluribus auctoritatibus comprobarunt Moder. *de probatio concl.* 1052. quos ideò cito, ne hîc neceſſe ſit eas omnes auctoritates congerere.

2 Accedat † etiam, quòd hoc caſu agitur de probando metu illato puellæ, quæ nondum pubertatis annos attigerat, quo caſu iuſtum metum ſolent iudices ex perſonarum qualitate iudicare, Innocent.*in c.cùm dilectus, quod met.cauſ.* Dec. in *l. in omnibus de regul. iur.* cum aliis citatis per Menoch. *de arbitrar. caſ.* 135. *num.* 4. Ideò minor metus ſufficiet in caſu iſto, cùm hîc concurrant duæ qualitates, in quibus minor metus ſufficit, nempe ſexus & ætatis, Aretin. *conſ.* 21. *col.*1. Socin.conſ.263.*nu.*5.*lib.*2. Abb.*conſ.*77.*nu.* 4. Menoch. *ibid.num.*4.*&* 5.

3 Deducendo † igitur probationes Ludouicæ, primò ſeſe offert initium huius negotij, quod pendet à tractatu inito inter patrem Marci Antonij, & alios de procurando matrimonio mediantibus fauoribus, quibus pollebat apud bonæ memoriæ Sereniſſimum Ducem Sabaudiæ, & conuentione ſoluendi certam pecuniarum ſummam. Qui tractatus cùm
a multum ab vſitata [a] & recta via tractandi matrimonia recedere videatur, vtique arguit non bona fide cœptum fuiſſe hoc negotium, vt in ſimili tradunt Bart. Bald. Salic. & alij citati per Aym.*conſil.*115.*nu.*5.*&* 6.

4 In † exſequutionem verò præcedentis tractatus habemus præceptum Ducis factum tutoribus ſub grauibus pœnis, vt puella à ciuitate Niciæ, vbi cum ſuis conſanguineis morabatur, adducatur Taurinum, & conſignetur Protomedico, quod præceptum, non obſtante tutorum & propin- D quorum reclamatione, exſequutioni demandatum fuit, ſub comminatione etiam confiſcationis omnium bonorum, & adeò rigorosè fuit paritum huic præcepto, vt iudex, qui illã tranſmiſſit, ob maximos fletus puellæ, de ipſius vita dubitauerit, & poſtquam Protomedico tradita fuit ex præcepto Ducis, fuit ei denegata facultas alloquendi ſuos conſanguineos. Et hæc omnia per ſcripturas probantur, neque opus eſt aliquo adminiculo ad faciendum indicium violentum & meticuloſum, cùm proceſſerit à præceptis potentis, vt per Bellam.*conſil.*9. Aym.*conſil.*49. quos refert Menoch.*cõſil.*136. *in fine*, quæ præcepta cum pœna cõfiſcationis omnium bonorum cùm ſufficiant ad inferendum metum propinquis & tutoribus; multò magis ſufficient ad inferendum metum puellæ impuberi, & cui erat interdictũ cum ſuis propinquis colloquiũ, Dec.*conſ.*219.*& in d.l.in omnibus cauſſis, de reg.iur.* E

5 Neque † euitari poteſt hæc probatio ſub prætextu, quòd hæc præcepta emanarunt propter litem, quæ vertebatur inter conſanguineos ratione tutelæ & loci, in quo educari deberet puella; nam ſi ſolius litis contemplatione emanaſſet, cur fuiſſet tradita Protomedico & ablata ei facultas alloquendi ſuos conſanguineos? & maximè quòd Senatus iam decreuerat de partium conſenſu, vt deputaretur matrona, penes quam deberet educari, & ideò non erat opus, eam renitentem & recuſantem Taurinum tranſducere.

6 Conſtito † hoc initio meticuloſo, non obſtãt ãctus poſteà ſubſequuti, per quos prætendunt informantes probare liberam voluntatem Ludouicæ in contractu matrimonij, quia
b durãte cauſſa metus [b], ſemper præſumitur durare metus, vt per Bart.*in l.penult.ff.de condict.ob turp.cauſ.* & paſſim Docto. *in l.*2 *C.quod met.cauſ.* Abb.*in cap. conſultatione, de ſponſ.* Alex. *conſ.*98.*nu.*7.*libr.*3. Dec.*conſil.*219.*nu.* 4. cum infinitis aliis qui A adduci poſſent, & ideò ſufficeret Ludouicæ hæc probatio, cùm ex aduerſo non dicatur eam nunquàm fuiſſe in plena libertate, vt aliàs fuit reſolutum in vna Cremonen. raptus coram R. P. D. meo Decano.

7 Sed † ad maiorem ſupradictorum corroborationem adſunt teſtes deponentes de minis & obiurgationibus, quibus vexabatur puella à Comitiſſa Storpianæ, & Marchioniſſa Eſtenſi, vt inducerent eam ad contrahendum cum Marco Antonio. Quæ minæ prouenientes à perſona, cui debetur reuerentia, [c] ſufficiunt, maximè in puella tam teneræ ætatis, Ruin.conſ.21.*nu.*6.*lib.*4. Aym.*d.conſil.*49.*num.*2.

8 Conſideranda † eſt etiam qualitas minarum, in quibus continebatur, Ducem indignatum ablaturum ei omnia bona, Ruin.*ibid.nu.*8. Bellamer.& Aym.*ſuprà* citati.

9 B Neque † etiã poteſt dici ceſſare cauſſam metus per obitum Ducis, quia adeſt etiam præceptũ Sereniſſimi Succeſſoris, quo prohibentur conſanguinei alloqui Ludouicam.

10 Neque † etiam purgatio metus colligi poteſt ex reſpõſione Ludouicæ dicentis, ſe conſenſiſſe propter pulchras res, quæ ei donabantur. Nam ſubdit, *& propter minas & verbera.*

11 Non † obſtant atteſtationes vltimò productæ, quia prӕterquàm quòd factæ litæ pendente & parte non citata, ſunt valde inueriſimiles, cùm habeant in contrarium tot declarationes Ludouicæ, & literas eiuſdem, poſtquàm fuit in libertate. Id verò de quo deponunt teſtes, percutit tẽpus, quo non erat in plena libertate, de quo tempore, etiamſi interueniſſet iuramentum [d], non arguitur libera voluntas, cùm d duraret cauſſa metus, Nat *conſil.* 451.*nu.*3. Couar.*in epit.* 4. *decret.part.* 2.*cap.*3.*§.*1.*nu.*1. Bero.*deciſ.* 100. *num.*14. Roland. C *conſil.*2.*num.*76.*lib.*1.

12 Atteſtatio † quoque matronæ, quæ interuenit in inſpectione, nõ facit ad rem, quia ſimul ſtare poſſunt, quòd fuerit cognita, & quòd non fuerit conſentiẽs, ſed propter metum, Pariſ.*conſil.*53.*lib.*3. ſuprà alleg.

13 Atteſtatio † quoque Medicorum eſt valdè temeraria; eſt enim contra textus apertos, qui inſpectionem admittunt, *in cap.propoſuiſti, & cap.cauſſam matrimonij, de probat.*

14 Atteſtatio † Comitiſſæ non eſt habenda in conſideratione, quia præſtitit auxilium Protomedico, & in eius domum fuit illatus metus.

15 Atteſtatio † etiam eorum, penes quos aliquando morata eſt Ludouica in quodam oppidulo, vnde dicunt, eam, ſi voluiſſet, potuiſſe aufugere, nullius eſt momenti, inſpecta ætate & qualitate puellæ, quæ ſola nunquàm auſa fuiſſet talem D fugam in animo quidem concipere, cùm eſſet ab omnibus deſtituta, & à familia Protomedici cuſtodita.

Atteſtationes de confeſſione Ludouicæ ſunt contrariæ depoſitionibus iuratis, & etiam percutiũt tempus, quo ipſa non erat in plena libertate. Ideò non obſtant, vt ſuprà deductum fuit.

16 Quantùm † verò ad exceptiones, quæ deducuntur cõtra teſtes, viſæ ſunt leues Dominis, præſertim cùm probatio Ludouicæ nõ ſit principaliter fundata ſuper dicto teſtium, ſed ſuper aliis; teſtéſque etiam potiùs conſiderati fuerunt pro faciendo adminiculo, quàm quòd ſuper illis conſiſtat probatio, quæ ex ſcripturis principaliter deducitur: quia tamen pars inſtat multùm ſuper nullitate examinis, Domini mandarunt, vt ſuper hoc particulariter dubitetur.

17 Vltimò † non obſtat exceptio periurij ex pluribus, quia E ſi deducitur periurium ratione iuramenti præſtiti in cõtractu ſponſalium de futuro, id non obſtat, cùm nunc temporis vix excederet nonum ſuæ ætatis annum, & non eſt doli capax, imò circumuenta tot vexationibus, quare non ligat, & potuit abſque incurſu periurij contrauenire, *cap.paruuli*, 22. *quæſt.* 5. *l. qui iuraſſe, ff. de iureiuran.* Calder. *conſ.*8.*de iureiuran:* Si verò prætenditur periurium ratione iuramenti præſtiti in contractu ſolutionis dotis & pactionis lucri, in euentum mortis, hoc non obſtat, quia nunc non agitur, niſi ſuper declaratione validitatis vel inualiditatis matrimonij. Prӕtereà cùm ex ſuprà deductis appareat de dolo [e], non ſolùm re e ipſa, ſed etiam ex propoſito iuramentum non obligat, Butr. & Alb. *in cap. cum contingat, in* 3. *not. de iureiurand.* Couar. *in cap. quamuis, in* 3. *part.* §. 4. *num.* 2. *pac. in* 6. cum aliis per D. Arigonum allegatis, quæ huic difficultati plenè ſatisfaciunt.

A D D I

*ADDITIONES.*

a A*Bvſitata.*Ex inſolito actu dolum & fraudem præſumi, ſcripſerunt Aym.*conſil.321.num.3.verſic.præſumitur contraeum,& conſil.100.poſt num.5.verſicul.itaque ex actu iſto inſolito,*Guido Pap.*in tracta.de præſumpt. num.27.verſic.& inſolitis,* Maſcard. *de probat.lib.2.concluſ.815.num.40.in fine,& num.42. & concluſ.531.num.75.lib.2.*

Sic & econtrà dolum non præſumi in eo,qui actum ſolitum facit,probat tex.*in l.quid ſit fugitiuus,§.apud Labeonem.ff. de ædil.edict.*Bart.*in l.ſi ,pignore,§.final.in princ.ff.de pigneratit. actio.*ſicut illum refert, & ſequitur Marſil.*in conſil.90.num.12. & conſil.100.etiam num.12.*Alber.*in l.dolum,num.6.verſic.idem ſi facit,quod publicè fieri conſueuit,C.de dolo,*Maſcard.*d.concluſ.531. num.12.& 52.& concluſ.815.num.41.*

Hinc ex nimia & inſolita cautela , & dolum & fraudem B præſumi,ſcripſerunt Bald.*in l.teſtamentum,n.3.verſic. quandoque tamen,C.de teſtam.*idem Bald.*conſil.75.num.2.lib.2.* Caſtr. *conſil.337.primò quæritur,colum.4.poſt num.20.verſic.quartò præſumitur fraus,lib.1.*Grat.*reſponſ.53.num.10.lib.1.*Curt.iun.*conſil. 78.num.13.part.2.*Tiraq.*de retract.conuent.in præfatione,num.17. & ſeq.*vbi bene,& iuribus & Doctorum auctoritatibus hanc præſumptionem exornat , dicítque inter alia,quòd quando plus cautelæ in contractibus adhibetur , tantò plus fraudis ineſſe præſumitur,& vbi abundantior eſt cautela, ibi euidénter eſt fraus,ex Gloſſ.Bald.Iaſ.& aliis per eum allegatis,Neuiz.*conſil.22.num.45.in fine* , Rodoan. *de reb. Eccleſ.&c,quæſt. 17.§.mala verò fides,num.8.fol.418.*Maſcard.*de probat.lib.1.concl. 531.num.103.& lib.2.concl.*1004.*nu.64.*Menoch.*de præſumpt. lib.5.præſumpt.3.num.102.*

Et hinc etiã ex inſolitis clauſulis dolum & fraudem præ- C ſumi ſcripſerunt Ioann.Annibal *in l.poſt contractum, num.138. verſic.item fraus tamen præſumitur , & num.139. verſic. etiam ex renunciatione inſolita,& num.*40.*ff.de donat.*Paul.de Caſtr.*in l. ſi quis ſub conditione , ſub num.1. verſic.vnde propter,ff.de condit. inſtit.*Neuiz.*conſil.22.num.45.in fine,*Aret.*conſil.16.num.6.*Neuiz.*conſil.*8.*num.*83.*reſponſ.462.num.10.*Aym.*conſi.*862.*num.6. & conſil.*969.*num.*14.Decian.*conſil.32. num.64.& conſi.67.nu. 15.lib.3.*Menoch.*conſil.1.num.*338.*lib.1.*quos & alios in propoſito referendo ſequutus eſt idem Menoch.*de præſumpt. lib.5. præſumpt. 3.num.* 103. & Maſcard. *de probat.lib.2.concluſ.815. num.*40.*& 42.& lib.1.concl.299.per totam,*vbi ampliùs quæ dicantur clauſulæ *inſolitæ.*

b *Cauſſa metus.* Ex hac concluſione , quòd metus nunquàm ceſſat,non ceſſante illius cauſſa,quæ communis eſt,vt in deciſ.Lucen.*18.num.1.& ſeqq.*& deciſ. Pedemont. *177.num.12.* infertur,quòd confeſſio rei carcerati dicitur metu tormentorum facta,etiam quòd nullæ ipſi confitenti tempore con- D feſſionis illatæ fuerint minæ,ſi is præcedenti die,aut aliàs ab eodem iudice indebitè & indiciis non præcedentibus fuerit tortus,quia tamdiu dicitur metus durare,quamdiu durat eadem torquendi poteſtas,& iniuſta tortura ſemel illata,cauſſat iuſtum metum in futurum,Marſil.*con.29.num.36. verſ. nec habet obſtare,& num.37.& ſeqq.& num.45.*Gram.*conſ.40.num. 14.*Bertaz.*conſ.162.num.7. & ſeq. & conſ. 225.num.23.* Burſat. *conſ.201.num.19.in fin.& ſeqq.lib.2.*

c *Reuerentia.*Quòd minæ prouenientes à perſona,cui debetur reuerentia,inducant iuſtum metum, non habet difficultatem,communitérque ab omnibus recipitur , vt videre eſt apud Alexan.*in conſil. 83. num.9. lib.6.*Pariſ.*conſil.135.num.*10. *& conſil.5.num.*170.*& 172.lib.4.*Capic.*deciſ.159. nu.30. & ſeq.* Plot.*de in lit. iuran. num.*78. *ſecundum antiquam impreſſionem,* Boër.*deciſ.*100.*part.1.num.11.*Cephal.*conſil.91.num. 45.& ſeq.* E *& conſ.142.num.38.& ſeq.*Rolan.*conſil.83.num.5.lib.2.& conſil. 95.num.27.& ſeq.lib.1.& conſil.100.num.131.lib.4.*deciſ. Pedemont.177.*num.4.& 5.*qui ampliant , vt præſuppoſita læſione ex ſola præſentia & aſſiſtentia perſonæ,cui debetur reuerentia præſumatur metus,etiam ſine minis aut verberibus, & quid econtrà , ſi conſtat de minis aut verberibus abſque læſione,vide ibidem per præallegatos.

d *Iuramentum.*Quòd iuramentum non firmet contractum metu celebratum,ſed an contractus ipſe ſit ipſo iure nullus, an verò requiratur abſolutio,& de materia videas Boër. *deciſ.100.num.14.*Socin.iun.*conſil.77.num.129.lib.1.*Ang.*conſ.215.* Roman *ſing.499.& 517.*Diaz.*reg.384.*Iacob.Æmilian. *conſ. 2.num.15.& ſeq.*Brun.à Sole *in ſuo conſil. crim. num.183.* Nat.

A *conſi.451.num.23.26.& ſeqq.lib.2.*Roland. *conſil... num.76. & ſequent. lib.2.& conſil.57.num.54.& ſequent.lib.3.*Simoncell.*in tract.de decret.lib.3.tit.8.num.174.& ſeq.*

*De dolo.*Quòd iuramentum non includat dolum,& quòd e proptereà non firmet contractum dolo initum , communiter receptum eſt,ex allegatis per Neuizan,*conſ.21.nu.6.* Plot. *in l.ſi quando,num.271.ſecundum.antiquam impreſſionem,C. vnde vi,*Steph.Lamberteng,*in tract.de contractibus eorum,&c. gl. fina. num.89.*qui alios plures refert concordantes.

Et quid ſi ſtatutum præſumat contractum etiam iuraméto vallatum dolo initum & celebratum,aut etiam iuramentum in aliquo contractu appoſitum dolo extortum,aut tunc tale iuramentum minus operetur ? Et de materia vide Felin. *in cap.2.num.52.de ſponſalibus,*Rip.*in l.is cui bonis,num. 59. & ſeq.ff.de verbor.obligat.*Socin.iun.*conſil.3.num.25.& 38. & conſ.* B *79.num.17.lib.2.*Alex.*conſil.27.num.14.& ſeq.lib.1.*Ferrat.*caut.* 20.Curt.iun.*conſil.67.num.4.*Pariſ.*conſil.97.num. 4.& ſequentib.lib.1.& conſil.96.num.100.& ſeq.eod.lib.1.*Thob.Non.*conſil. 108.num.13* Simoncell.*in tracta.de decret.lib.3.titul.8. num.165. & ſequent.conſil.crimin.diuerſor.152.num.9.& num.15.in fine,& conſil.154.num.2.& conſil.155.num.8.lib.1.*Stephan. Lamberteng.*in tracta.de contractibus eorum,&c.gloſſ.8.num.103.*

## BVBALI.

*Cæſarauguſtana ſtatus, 22. Aprilis 1587.*

## ARGVMENTVM.

De teſtium fide & probatione plura no- C tanda.

## *SVMMARIA.*

*Teſtes debent eſſe omni exceptione maiores in cauſſa matrimonij, quando principaliter agitur de ipſius matrimonij fœdere , ſecus ſi incidenter agitur ad effectum putà ſuccedendi in aliquo fidei commiſſo ſeu hereditate,num.*1.*& in addit.litera* a, *vbi de materia.*

*Teſtis aliàs meretrix admittitur , quando tempore examinis non erat meretrix,num.2.*

*Teſtium inhabilitas conſideratur habito reſpectu ad tempus examinis,non autem ad aliud tempus,num.2. & in addit.litera* b, *vbi de materia.*

*Teſtis vltrò ſe offerens examini,redditur ſuſpectus,num.3.& in addit.litera* c,*vbi de materia.*

D *Teſtis familiaris & magnus amicus alicuius conſanguinei aduerſarij mei,non dicitur idoneus teſtis contra me,num.3.*

*Teſtis deſiderans victoriam alicuius ex litigantibus,non eſt idoneus teſtis contra alium litigantem,num.3.& in addit. litera* d , *vbi de materia.*

*Teſtis,qui recepit dono aliqua bona ab vno ex litigantibus , non eſt idoneus teſtis contra alium,num.3.in fine.*

*Teſtis excommunicatus repellitur à teſtificando , num.4. & in addit.litera* e,*vbi de materia.*

*Teſtis qui loquutus eſt cum parte ſuper reformatione articulorum, non eſt idoneus,num.5.*

*Teſtis ſacerdos,qui nũquàm dixit Miſſam & Officium,& non habet Breuiarum,non eſt idoneus,num.5.in fine.*

## DECISIO XLIII.

E QVamuis in vltima reſolutione facta in hac cauſſa ſuper 1 probatione copulæ fuerint pro adminiculo adducti aliqui teſtes pro parte Illuſtr.D.Don.Ioannis de Luna , nempe 3.17.18.& 38.dubitaui an dicti teſtes patiantur tales exceptiones,propter quas veniant repellendi vel minuendi de fide,in caſu & ad effectum,de quo agitur,& an 17.teſtis loquatur de carcere publico , vel potiùs de domo Comitis de Suſtago.Et quoniam informantes pro Illuſtr. D. Don. Michaële de Luna Comite de Morata conabantur oſtendere, quòd in caſu,de quo agitur,requirerentur teſtes omni exceptione maiores : Domini firmarunt in caſu, de quo agitur, non requiri teſtes omni exceptione maiores [a], ſed ſufficere a teſtes aliàs idoneos,quia hîc nõ agitur de fœdere matrimonij,

nij, ſed de probanda ſubreptione literarum diſpenſationis ad effectum, ne d. Don Michaël ſit ſucceſſibilis in Comitatu, de quo agitur, & ibi non agitur principaliter de fœdere matrimonij, ſed incidenter ad effectum ſuccedēdi in aliquo fideicommiſſo ſeu hereditate, tunc ſufficiūt ordinariæ probationes, *c. cauſſam, il 1. qui fil. ſint legit.* Gemin. *conſil. 27 colum. 2. verſic. quandoque agitur de hereditate,* Put. *deciſ. 173 fuit reſolutum, lib. 1.* & hanc diſtinctionem pluries ita tenuit.

2 Quod † verò attinet ad fidem teſtium, concluſerūt Domini, 28. teſtem eſſe idoneum, & non pati exceptiones conſiderabiles. Quamuis enim probetur, quandoque fuiſſe inhoneſtæ vitæ, & minùs pudicè vixiſſe, cùm tamen tempore examinis diu antè honeſtè viueret in ſtatu coniugali cū ſuo viro, dicitur idoneus teſtis, quia tempus examinis eſt attendendum [b], Felin. *in c. in literis, nu. 5. verſic. fallit quinto de teſtibus.* Alex. *conſil. 5. nu. 9 lib. 1. conſ. 149. nu. 7. lib. 1.*

3 Quo † verò ad tertium teſtem, Domini reſeruarunt fide diminutioné arbitrio Rotæ. Moti fuerunt ex pluribus ſimul iunctis, nempe, quia voluntate ſe obtulit [c] Illuſtr. D. Don Ioannes de Luna ſe teſtificaturum in hac cauſſa, & ipſa dicit in 3. inter. ſecundò, quia dicit ad quint. interrog. ſe habuiſſe & habere familiaritatem valdè particularem & magnam amicitiam cum D. de Maalla agnato d. Don Ioānis, & quòd propter hanc amicitiam habet eandem cum D. Ioanne de Luna, & quòd deſiderauit & deſiderat [d], quòd D. Ioanni & D. Agnetæ de Almazan ſuccedantur proſperè; item quia, vt ipſa fatetur ad 8. interrogatorium, recepit pallium, quod tunc deferebatur ad D. de Maalla agnatum d. Don Ioannis, & quia habuit dum eſſet infirma aliqua veſtimenta à d. Don Ioanne.

4 Quoad † 17. teſtem videtur Dominis, quòd ſi adhuc reperiretur vel ſaltem produceretur proceſſus, in quo ipſe fuit examinatus à iudice priorum cauſſarum, & ipſemet fatetur ad 4. interrog. ex quo appareret ipſum incidiſſe in excommunicationem contentam in Bulla Cœnæ Domini, ex eo, quia, vt ipſe teſtis fatetur, eius procurator habuit recurſum ad iudices ſeculares, prout latiùs in ſuo examine Domini cenſebant ipſum eſſe repellendum [e] in prædictis, at ei non eſſe fidem adhibendam, *iuxta text. in cap. veniens,* 2. vbi omnes not. *de teſtibus,* Ioan. Campeg. *in tracta. de teſtib. reg.* 36. cum aliis allegatis.

5 Decimusoctauus † teſtis fuit reſeruatus arbitrio, quia ante confectum dictum examen alloquutus eſt cum d. Don Ioanne ſuper reformatione articulorum, &, vt ipſe dixit, ad primum articulum additionalem. Item quia, vt deponit D. Paſcutius teſtis reprobatorius d. decimi octaui teſtis erat ſacerdos, & nūquàm celebrauit Miſſam, quia Archiepiſcopus Cæſarauguſtanus nunquàm ei voluit concedere licentiam celebrandi, cùm eſſet debilis ingenij, & quòd, vt publicè dicebatur, nunquam recitabat horas canonicas, nec habebat Breuiarium.

6 Circa † aliam partem dubij, quamuis diſputatio hæc videatur ſuperflua, cùm 17. teſtis, qui deponit de carcere publico, veniat repellendus, vt dictum eſt, dixerunt tamē Domini abſque difficultate d. teſtem loqui de carcere publico Regio, non autē de domo Comitis de Suſtago, quæ poſteà fuit data pro carcere. Inquit enim ſuper 18. articulo, ſe vidiſſe Don Petrum de Luna detentum in carcere publico, à quo fecit ſe manifeſtari per curiam iuſtitiæ Aragonicæ, & quòd ipſe teſtis ſimul cum alio fuit datus ad dictum carcerem, vt cuſtodirent illum, & quòd vidit ibi in d. carcere D. Agnetem de Mendozza tractantem ſatis familiariter cum dict. Don Petro de Luna, ex quibus verbis clarè colligitur, quòd teſtis intellexit de carcere publico, non autem de domo priuata, & ita Domini reſoluerunt.

*ADDITIONES.*

a *Omni exceptione maiores.* In cauſſa matrimonij, an & quando teſtes debeāt eſſe omni exceptione maiores, an verò ſufficiant ordinarij teſtes. Vide regulam cū duabus ampliationibus, & aliis duabus limitationibus, poſitam per D. meum Farinac. *in tracta. de teſtibus, quæſt. 62. nu. 99. & ſeq.*

b *Attendendum.* Pariter & in hac concluſione, quòd teſtium inhabilitas attendenda ſit, habito reſpectu ad tempus depoſitionis teſtium, vide benè per plures diſtinctas concluſiones declarantem per D. meum Farinac. *in tract. de teſtib. dict. quæſt. 62. nu. 266. & ſeqq.*

c *Se obtulit.* Teſtis vltrò ſe offerens examini ſuſpectus eſt, & fidem non facit. Hæc regula ampliatur tribus modis & limitatur vndecim aliis modis per D. meum Farinac. *in ſuo tracta. de teſtib. q. 80. nu. 35. & ſeq.*

d *Deſiderat.* Teſtis deſiderans victoriam alicuius ex inſtigantibus, idoneus nō eſt, ex allegatis per D. meum Farinac. Bene hanc concluſionem declarat *in tracta. de teſtib. q. 60. nu. 40. & 47.*

e *Repellendum.* Excommunicatus teſtis regulariter à teſtificando repellitur, recipitque hæc regula octo ampliationes & totidem limitationes bene explicatas per D. meum Farinac. *in tracta. de teſtibus, quæſt. 65. nu. 240. & ſequent.*

*Fam. Cent. I. V. D. Galeſij.*

## ILLVSTRISSIMI D. SERAPHINI Patriarchæ.

*Romana Saluiani interdicti, Lunæ 1. Iunij 1587.*

### ARGVMENTVM.

Venditor rei litigioſæ, ſeu aliàs alienari prohibitæ, ignorans tamen litem ſeu prohibitionem, an & quando teneatur emptori ad damna & intereſſe, & an etiam talis venditio ſit nulla cum omnibus clauſulis in inſtrumento venditionis contentis.

### *SVMMARIA.*

*Contractus ex conuentione legem accipiunt, nu. 1. in fine.*

*Vendens rem prohibitam alienari ignorans prohibitionem, non tenetur emptori ad damna & intereſſe, nu. 2. vbi declaratur.*

*Litigioſam rem vendens, litem ignorans, non incurrit pœnas litigioſi, nu. 2. & ibi in addit. litera a, vbi aliquid de pœna vēdentis res litigioſas.*

*Vendens rem alienam etiam ignoranter, adhuc tenetur de euictione rei venditæ, & ad damna & intereſſe, nu. 2. & ſequent.*

*Fiſcus, qui rem alienam vendit, & de euictione promiſit, non tenetur niſi ad ſimplum & ad damna & intereſſe, nu. 2. poſt med.*

*Vaſallus, qui ignorans feudum, illud vendit, tenetur emptori ad damna & intereſſe, num. 2. in fine.*

*Vendens rem alienam ignoranter, non tenetur ad pœnam, quæ extrinſecus venit, num. 2. in fine.*

Saltem, *dictio, eſt implicatiua, non autem limitatiua, num. 3.*

*Vendens rem alienam ignoranter, tenetur etiam ad dotale intereſſe intrinſecum, non autem ad extrinſecum, num. 4.*

*Venditor rei alienæ non tenetur ad intereſſe, quando ipſe ignorauit rem eſſe alienam, & venditor ſciebat, nu. 4. in fine, & ibi in addit. litera* b, *vbi an iſto caſu teneatur de euictione.*

*Venditor rei alienæ ſiue ſcienter, ſiue ignorans rem eſſe alienam, indiſtinctè tenetur ad damna & intereſſe, quando ita promiſit, præſertim cum iuramento, num. 5.*

*Nullus vbi eſt cōtractus, tunc nullæ etiam redduntur omnes clauſulæ in eo contentæ, num. 6. declara vt nu. 7. & 8.*

*Venditor non tenetur præcisè rei venditæ dominium transferre, ſed tantùm tenetur ad intereſſe, num. 6.*

*Dominium non transfertur venditione, ſed traditione, nu. 6.*

*Fideiuſſor poteſt etiam accedere obligationi perſonali, poſt num. 6.*

*Nullitas actus inducitur ipſo iure per prohibitionem expreſſam, nō autem per prohibitionem tacitam, nu. 6. in fin.*

*Fideiuſſoria obligatio corruit & eſt nulla, quando principalis contractus eſt etiam nullus, declara vt nu. 7. & in additio. litera c, vbi etiam quid de fideiuſſore in contractu minoris vel filij familias.*

## DECISIO XLIV.

1 Diſcuſſis † reſponſionibus datis per D. Gaſparē Galbiatum ad obiectiones & dubitationes Dominorum excitatas contra deciſionem aliàs factam coram bon. mem. R. Cantucio, fuit vnanimiter diſcuſſum ab ea deciſione, & concluſum omninò, bona D. Iacobi de Alexis eſſe obligata

pro cenſibus decurſis, de quibus agitur. Potiſſimùm funda-
mentum deciſionis ſumitur ex inſtruméto venditionis cen-
ſus, in quo Iacobus expreſſis verbis ſeſe obligat ad damna &
intereſſe, vnde cùm habeamus expreſſum pactum & con-
tractus ſit iuratus, non videtur ambigendum de huiuſmodi
obligatione, cùm contractus ex conuentione legem acci-
piat, *l. contractus, de reg. iur.*

2 Neque † obſtat, quòd ratione ignorantiæ prohibitionis
venditor excuſetur à præſtatione damnorum & intereſſe ex
doctr. Abb. per Hoſtien. *in cap. Eccleſia ſancta Mariæ, n. 10. vt*
*lit. pend.* & ibi Imol. *nu. 4.* cum aliis allegatis, vbi alienans rem
a litigioſam ignoranter non incurrit pœnas [a] impoſitas ſcien-
ter alienanti. Quia diſtinguendi ſunt caſus, non ſolùm ratio-
ne diuerſitatis facti, ſed etiam ratione diuerſitatis ipſius in-
tereſſe; nam pro regula ſtatui poteſt; quòd venditor etiam
ignorans tenetur de euictione, & ad damna & intereſſe. Et
hoc probant textus in diſcurſu allegati; hoc enim eſt ex na-
tura ipſius actionis ex empto, *l. contractus, C. de fid. inſtrum.*
nempe, vel vt impleatur contractus, vel præſtetur intereſſe,
& in hoc nulla fit diſtinctio inter venditorem ſcientem vel
ignorantem, quia ex ignorantia eius nõ diminuitur intereſſe
emptionis, & ideò propter ignorantiam rei alienæ non ex-
cuſatur venditor ab obligatione euictionis, *tot. tit. de euict.* &
à pari procedunt reſtitutio pretij & præſtatio intereſſe in-
trinſeci, vt optimè declarat Afflict. poſt Iſern. *tit. de prohib.*
*feud. alien. per Feder. in not. 13. n. 7. ver. quærit tamen hîc And.* &
confirmatur egregiè ex deciſ. Rot. facta in cauſſa Volatera-
na terrarum coram R.P.D. Blanch. 18. Aprilis 1586. qua fuit
dictum, quòd text. *in l. ſi procurator, de iure fiſci.* quamuis di-
cat, Procuratorem fiſci, qui ré aliquam vendidit, & duplum
vel triplum pro euictione promiſit, non teneri niſi ad ſim-
plum; non tamen propterea dicit, non teneri ad damna &
intereſſe reſpectu illius ſimpli. Et fuit eadem deciſio confir-
mata ſub die 28. Maij eiuſdem anni, & pro huius concluſio-
nis confirmatione text. eſt apertus in proprio caſu nullitatis
alienationis, *in cap. ſi vaſallus feudum*, & ibi Afflict. *ſi de feud.*
*fuer. contro. inter dominum, &c.* vbi vaſallus, qui ignorans feu-
dum vendidit, tenetur ad intereſſe. Quod verò deducitur ex
Abb. habet locum in pœna quæ extrinſecus venit, & quæ
non præſtatur ab ignorante, non autem in intereſſe, quod
venit ex natura ipſius actionis.

3 Et † quamuis Bart. *in l. cùm lex, nu. 1. ff. de fideiuſſor.* videatur
diſtinguere inter venditorem ſcientem & ignorantem, vt
ignorans ſaltem teneatur ad reſtitutionem pretij, & ita vi-
deatur ſentire, quòd non teneatur ad aliud, tamé reuerà hoc
non dicit: Dictio enim, *ſaltem*, eſt implicatiua, non autem li-
mitatiua, & licèt Aretin. & Iaſ. *in addit. ad Port. in §. fin. Inſtit.*
*de emption. & vendit.* videantur eandem diſtinctionem ſequi,
tamen Ange. *in d. l. cùm lex, nu. 2.* hanc diſtinctionem repro-
bat, & duobus caſibus ait venditorem teneri ad intereſſe, vel
cùm vterque tam venditor quàm emptor eſt ignorans, vel
cùm emptor ſaltem, *& allegat l. & liberi, cum gloſſ. ff. de contrah.*
*empt.* Eandem ſententiam latiùs & optimis fundamentis de-
fendit Cuman. *ibid. n. 5. & 6.* Caſtren. *ibid. circa finem*, & Imol.
*nu. 4.* Fab. de Monte *de empt. & vendit. in 4. q. princ. nu. 5. verſic.*
*tertiò quæro.*

4 Nec † obſtat, quòd aliqui Doctores dicant, venditorem
ignoranté non teneri ad reale intereſſe, prout inquit Bartol.
*in l. Iulian. in fin. princ. de act. empt.* & Iaſ. *in dict. additio. ad Port.*
*in §. fin. Inſtit. de empt.* Cæpoll. *in l. 1. §. cauſſa, n. 14. de ædil. edict.*
cum aliis, qui non faciunt ad rem. Nos enim loquimur de
intereſſe intrinſeco circa rem, ad quod ſiue ſciens, ſiue igno-
rans venditor tenetur, non autem ad intereſſe extrinſecum,
*iuxta text. d. l. Iulian. in princ. iuncta l. ſi ſterilis, §. cum per vendi-*
*torem, eod. titul.* Nam ab eius præſtatione propter ignoran-
tiam excuſatur venditor; neque ab his diſcrepat Anton. Go-
mez. *de empt. tom. 2. cap. 2. nu. 50. verſicul. adde tamen*, quia non
agitur de eo caſu, in quo vterque tam venditor quàm em-
b ptor eſt ignorans, ſed tantùm, quando emptor ſcit [b] & emit
ab ignorante, vel quando ignorat & emit à ſciente.

5 Sed † etiamſi demus diſtinctionem inter ſcienté & igno-
rantem, ea tamen non applicatur caſui noſtro, in quo ſpe-
cialiter fuerunt promiſſa damna & intereſſe, vt dictum eſt,
& ideò etiam, quòd ex natura actionis venditor non tenere-
tur, tenebitur tamen hoc caſu propter pactum ſpecialiter
appoſitum, in hac enim materia ſpecialis prouiſio attendi-
A tur, *l. ſi fundum, C. de euict.* maximè cùm contractus fuerit iu-
ratus, qui eſt caſus quem excipit Angel. *in d. l. cùm lex ſub nu.*
*1.* Gabr. *concluſ. 10. num. 4.*

Neque † obſtat id, quod ex aduerſo principaliter dedu- 6
citur, quòd cùm huiuſmodi venditio ab initio fuerit nulla,
propter expreſſam prohibitionem alienationis, de qua in
teſtamento Pauli, omnes quoque clauſulas acceſſorias eſſe
nullas, vt voluit Grat. in allegat. *conſil. 81. nu. 20. lib. 1.* Gabr.
*in d. concluſ.* 10. Nam pluribus modis reſpondetur. Primò,
quòd aſſumptum eſt falſum, nempe venditionem abſolutè
fuiſſe nullam à principio; fuit enim nulla reſpectu aliena-
tionis, non autem reſpectu præiudicij venditoris; nam ſi
inſpiciamus naturam huius contractus, non tenetur præci-
sè venditor dominium rei in emptorem transferre, ſed tan-
tùm ad intereſſe tenetur, *l. contractus, C. de fid. inſtrum.* neque
B venditione transfertur dominium, ſed traditione, *l. qui tibi,*
*C. de his qui à non dom. manu. ſunt.* Vnde cùm fuerit prohibita
alienatio, hæc prohibitio non expreſsè reſiſtit venditioni,
ſed alienationi, id eſt, vt inquit Bart. *in d. l. cùm lex, num. 1.*
tranſlatione dominij, & ideò obligationi perſonali poteſt
accedere fideiuſſor. Et licèt in quandam conſequentiam cé-
ſeatur prohibita venditio, quia per eam deueniri poteſt ad
id, quod prohibitum eſt, tamen ea prohibitio eſt tacita, vt
inquit idé Bart. *ſub nu.* 10. & prohibitio expreſſa eſt illa, quæ
reddet actum ipſo iure nullum à principio, non auté tacita,
*l. final. §. final. C. com. de leg.* & ideò Docto. qui cautiùs loquuti
ſunt *in l. filiusfamilias, §. diui, de lega. 2.* agentes de hac prohi-
bitione, dicunt alienationem nullam, non autem venditio-
nem, Bart. *ibi nu. 6.* Caſtrenſ. *nu. 7.* Rip. *nu. 48. & ceteri.*

Secundò † reſpondetur ex doctrin. Angel. *in dict. l. cum* 7
C *lex, num. 1.* quòd tunc contractu nullo exſiſtente, acceſſoria
quoque, veluti fideiuſſoria obligatio [c], corruunt, quando c
cõtractus annullatur propter defectum formæ, ſecus ſi pro-
pter defectum materiæ. Quæ doctrina optimè caſui noſtro
conuenit, peccat enim contractus in ſola materia, quia res
vendita erat prohibita alienari. Et hanc declarationem in
effectu, licèt diuerſis verbis, ſentit Caſtren. *ibid. nu. 2. verſic.*
*aliquando*, vbi ait, quòd ſi alienatio eſt prohibita fauore al-
terius quàm alienantis, qui eſt caſus noſter, nam prohibitio
hæc facta eſt fauore vocatorum ad fideicommiſſum, tunc
quod attinet ad eius præiudicium, contractus tenet, neque
cenſetur prohibitus.

Tertiò poteſt reſponderi, quòd vbi non militat eadé ra-
tio in clauſula acceſſoria, quæ militat in principali, non tol-
D luntur clauſulæ acceſſoriæ, ſublato principali contractu, vel
ſi talis clauſula poteſt de per ſe ſtare, prout vtramque limi-
tationem multis auctoritatibus probat Gabr. *in d. concluſ. 10.*
*nu. 9. & 10.* hîc auté adeſt diuerſa ratio, nam prohibitio reſ-
picit tantùm effectum alienationis ex contractu reſultan-
tem, quare in ceteris ſuſtineri poteſt contractus ex ſua pro-
pria natura, quæ, vt dictum eſt, non obligat præciſè vendi-
torem ad tranſlationem dominij, & quæ allegantur in con-
trarium ex Tiraquell. *de conſtit. in ſext. limitatio. nu. 28.* & Gabr.
& aliis, ſunt intelligenda ſecundùm diſtinctiones ſuprà de-
ductas, non obſtan. *conſil.* Grat. cuius auctoritas non eſt tan-
ta, vt debeamus à receptiſſimis concluſionibus recedere, ad
bene deducta *per addit. ad deciſ.* Afflict. 278. *nu. 4.*

Ex † his tolluntur omnia, quæ contra conſiderationes fa- 8
ctas in diſcurſu fuerũt per Dom. Gaſparem deducta, & ideò
E Domini cenſuerunt à dicta reſolutione recedere.

## *ADDITIONES.*

P*Oenas.* De pœna emẽtis & vendentis rem litigioſam, vi- a
de text. cum ibi notat. per Doct. *in l. fin. C. de litig.* ſtatutum
Vrbis, *lib. 1. c. 118.* & Plot. *in tract. de in lit. iuran. ſub nu. 18. &*
*ſeq. ſecundùm antiquam impreſſionem*, vbi an vendens & emens
rem litigioſam poſſit criminaliter puniri, & an & quando
deferatur iuramentum in litem cõtra ſic ementem & ven-
dentem.

*Scit.* Quando emptor ſcit alienã eſſe rem quam emit tunc b
contra vendenté regulariter de euictione agere non poteſt,
*text. in l. ſi fundum, C. de euictionib. & in l. ſi à matre, C. de iure do-*
*tiũ*, Villalob. *in com. opin. litera V, num. 14.* Franc. Turzan. *opin.*
*115. vbi de emente ſcienter rem dotalẽ*, Caballin. *in tract. de euict.*
*§. 5. nu. 31.* Ant. Gomez. *variar. reſol. in tit. de empt. & vendit. nu.*
42. vbi

42. vbi alia concordantia iura allegat, & loquitur etiam in eo, qui ſolùm in genere ſciebat, rem, quam emit, ad venditorem non pertinere, licèt ignoraret ad quem particulariter pertineret, & rurſus loquitur, vt iſto caſu nec etiam poſſit emptor pretium retinere, nec venditor cogi ad illud reſtituendum, quod & idem voluit Villalob. *vbi ſuprà d.n.* 14. & latè explicat Couar. *variar. reſol. lib. 3. c. 17. nu. 1. & ſeq.* quem videas in materia. Verùm hæc eadem regula patitur tres limitationes. Prima eſt, niſi venditor expreſſe de euictione promiſiſſet, Caballin. *d. §. 5. eod. n. 31.* Rolan. *conſ. 67. nu. 2. lib. 4. & nu. 8. & ſeq.* vbi præſertim, ſi promiſiſſet de euictione per verba generalia, *Quomodocunque, qualitercunque*, aut quid ſimile, Couar. *vbi ſup. d. lib. 3. cap.* 17. *nu.* 7. Secunda eſt limitatio, niſi pretium eſſet conuerſum in vtilitatem vendentis; nam tunc venditor tenetur illud reſtituere emptori etiam ſcienter ementi rem alienam, *l. emptor, ff. de rei vend. gloſſ. in l. 1. C. de præſcript. 30. vel 40. annorum*, cùm aliis relatis per Ant. * Gomez. *vbi ſuprà d. nu. 42. in fin.* vbi teſtatur de * communi opin. Tertia eſt limitatio, niſi quis ſcienter emerit rem fideicommiſſo ſubiectam, quia tunc datur repetitio pretij, *l. final. §. fina.* & ibi communiter Doctor. *C. commun. de legat.* Anton. Gomez. *vbi ſuprà eod. nu.* 42.

C *Fideiuſſoria obligatio.* Practicabilis eſt iſta materia, an ſcilicet & quando teneat fideiuſſoria obligatio, principali obligatione nulla exſiſtente, ad quã vide omninò Cephal. *conſil. 437. nu. 8. & ſeqq. 21. & ſeq. 80. & ſeqq.* & Fabian. de Monte *in tracta. de emption. & vendit. in 6. quæſtion. principali, nu. 53. & ſequent.* vbi pulchrè, & præſertim loquitur in fideiuſſore euictionis, de quo particulariter vide etiam Simoncell. *in tract. de decret. lib. 2. tit. 5 nu. 28. & ſequent.* vbi dixit, quòd fideiuſſio euictionis tenet, quãdo venditio eſt nulla, & prohibita à lege non ſimpliciter & generaliter, ſed reſpectiuè, & fauore alicuius perſonæ, de qua re aliquid generaliter infrà iterum dicam. Hoc vnum eſt, quòd regulariter fideiuſſio nõ valet, quando principalis, pro quo fuit fideiuſſum, ſe obligare nõ poterat; vbi enim principalis obligatio non datur, ibi nec etiam datur obligatio fideiuſſoris, *l. ſi ſub impoſſibili, & l. cum lex, ff. de fideiuſſoribus*, cum aliis per Anton. Gomez. *in tract. de contractibus, titul. de fideiuſſor. nu.* 1. Cæpoll. *caut.* 131. latè Crot. *conſil. 135. nu. 25. & ſeqq. omnib.* vbi hanc regulam benè defendit, & reſpondet contrariis, & loquitur non ſolùm quando principalis contractus eſt inualidus ipſo iure, ſed etiam, ſi ſit inualidus ope exceptionis. Verùm quia hæc eadem regula nonnullas patitur declarationes, &, vt prædixi, ſæpe de hac materia dubitare contingit, idcircò aliquantulùm in ea perſiſtendo, de pluribus quærendum dixi. D

Et primò, quid ſi fideiuſſor iuraſſet, an iſtud iuramentum fideiuſſoriam obligationem nullam firmet? Dic quòd ſic, ſecundùm Natt. *conſ. 262. nu. 14. lib. 2.* & Crot. *d. conſ. 138. nu. 26. & nu.* 31 vbi declarat hoc non procedere, quando principalis obligatio iuramento firmata valeret, quia tunc nec etiam valeret fideiuſſio iurata. Steph. Lamberteng. *in tract. de contractib. eorum, & c. gl. 16 quæſt. 7. nu.* 18. vbi pariter declarat procedere, dummodò fideiuſſor ſciret principalem contractum eſſe inualidum, ſecus ſi ignorabat, prout in dubio præſumitur.

Secundò, quid ſi fideiuſſor obligaſſet ſe non ſimpliciter vt fideiuſſor, ſed etiam vt principalis? An tũc valeat fideiuſſio, etiam quòd principalis contractus non teneatur? videtur quòd ſic, ſecundùm Natt. *d. conſil. 262. n.* 14. ſed contrariũ voluit Alexan. *in conſil. 66. lib.* 4. per totum, ideò pro reſolutione vide Stephan. Lamberteng. *in tract. de contract. eorum, & c. gl. 16. q. 6. nu. 15. & 16.* & generaliter de materia vide Paul. de Caſt. *in l. ſed Iulianus, ff. ad Macedon. & conſil. 331. par.* 1. Marſil. *in rubr. de fideiuſſor. n.* 62. Aret. *conſ. 33. colum. 3. verſi. venio igitur ad quartum, vſque ad finem conſilij*, Syluan. *conſil. 84. nu.* 3. Natt. *conſil. 52. nu. 1. & ſeq. libr. 1. & conſil. 261. nu. 3. lib. 2.* Cephal. *conſil. 220. lib.* 2. Anch. Regien. *q. 45. par.* 1. apud quos reperies etiam, an fideiuſſor obligans ſe vt principalis, retineat adhuc naturam fideiuſſoris, an verò potiùs habeatur pro principali obligato, & illi æquiparetur.

Tertiò, quid ſi fideiuſſor expreſsè ſe obligauit, & voluit teneri, etiam quòd principalis contractus eſſet inualidus, an tunc eius obligatio valeat? Dic quòd ſic, ſecundùm Steph. Lãberteng. *in tract. de contractib. eorũ, gl. 16. q. 5. nu.* 14. vbi loquitur, quando fideiuſſor ſuſcipit in ſe periculum affirmanA do actum validum, nec prohibitum à lege ſeu ſtatuto.

Quartò, quid, quando principalis contractus eſt doloſus? Tunc indubitanter nec etiam valet fideiuſſio in eo appoſita, ſecundùm Cephal. *in conſ. 11. nu. 26. 28. & 29.* vbi ponit exemplum in renunciatione mulieris enormiſſimè læſa, ex qua cùm arguatur dolus re ipſa, idcircò in ea, nec etiã fideiuſſor intercedens obligatur, vt ibi per eum.

Quintò, quid ſi principalis contractus à lege ſeu ſtatuto prohibitus eſt, non ſimpliciter aut generaliter, ſed reſpectu certæ perſonæ, an tunc accedens fideiuſſio valeat? Dic quòd ſic, ex allegat per Simoncell. *in tracta. de decret. libr. 2. tit. 5. nu. 29.* & per Cephal. *conſil. 752. nu. 6. iuncto nu. 28. & 29. lib. 4.*

Sextò & in ſpecie, quid in fideiuſſore alicuius filiifamilias vtputà prohibiti à lege vel à ſtatuto mutuo accipere, an B fideiuſſor in tali mutuo accedens remaneat obligatus? Dic quòd non, ſecundùm Crot. d. *conſ. 135. nu. 25. & ſeq.* vbi latè hanc concluſionem à contrariis defendit, & ante eum Alex. *in conſ. 66. lib. 4.* & tradit Ant. Gomez. *in tit. de contractu mutui, nu. 2. verſ. extende.*

Septimò, quid in fideiuſſore accedente in aliquo contractu inualido facto à minore propter eius minorẽ ætatem, vide Cephal. *d. conſ. 437. per totum*, Simoncel. *de decret. lib. 2. tit. 5. nu.* 28. vbi loquens in alienationem bonorum minoris inualida propter defectum decreti & aliarum ſolemnitatũ, defendit talem fideiuſſorem teneri & obligatum eſſe, licèt aliqui ibi per eum relati contrarium dixerint, eò quia talis alienatio non eſt prohibita generaliter & ſimpliciter, ſed reſpectu ipſius minoris. Ad ea quæ generaliter dixi in quinto quæſito, Stephan. Lamberteng. *in tract. de contract. eorum,* C *gl. 16. q. 4. nu. 9. & ſeq.* vbi diſtinguendo dixit, quòd ſi in contractu minor remanet naturaliter obligatus, tunc fideiuſſor accedens, & naturaliter & ciuiliter obligatus remanet, ſecus ſi ipſe minor naturaliter obligatus non remanet. Et pro hac diſtinctione faciunt trad. per Anton. Gomez. *d. tit. de fideiuſſor. nu.* 1. & vide etiam aliam diſtinctionem traditã per Virg. Boccac, *in conſtit. March. gl. 8. nu* 156. vbi dixit, quòd nec etiã valet fideiuſſio facta pro minore, quando fideiuſſor illum eſſe minorem ignorabat ſecus ſi ſciebat, item quòd obligatus fideiuſſor, quando minoris obligatio non tenet propter eius facilitatem & imbecillitatem, ſecus ſi minor dolo aduerſarij circumuentus ſe obligaſſet, quia tunc nec etiam valet fideiuſſio, vt ibi per eum, & faciunt generaliter tradita ſuprà *in quarto quæſito.*

Octauò, quid in fideiuſſore accedente in alienatione dotis, vide in hoc Cæpoll. *cautel.* 131. Campeg. *in tract. de dote, part. 4. q.* 23. vbi quòd nec tenetur fideiuſſores de euictione, ſi alienatio cantat in perſonam vxoris, ſecus ſi in perſonam viri. Et idem traditur per Franc. Turzan. *in commun. opin. opin.* 115. & per Simoncell. *in tract. de decret. lib. 2. tit... num....*

*Fam. Cent. I. V. D. Galeſij.*

## COMITVLI.

*Cornetana ſeu Romana dotis, Lunæ 8 Iunij 1587.*

## ARGVMENTVM.

Teſtamentum quando valeat ſine ſubſcriptione teſtatoris, & ex quibus præſumptionibus de E falſo ſuſpectum reddatur ad effectum, vt ei fides non adhibeatur, cum aliis notabilibus, de quibus in ſummario.

## *SVMMARIA.*

*Teſtamentum ſubſcriptione teſtatoris carens, quando ſubſcriptio erat neceſſaria ex eius voluntate, nullum eſt, num. 1.*

*Falſitatis ſuſpiciones habentur pro falſitate in cauſis ciuilibus, & quando agitur, vt ſcriptura non probet, nu. 1. in fine.*

*Confeſſio dotis receptæ conſtante matrimonio probat ſolutionem, & præiudicat marito confitenti, vbi præceſſit promiſſio, nu. 2. & in addit. litera a, vbi de materia.*

*Teſtamentum ſecundum reuocat primum, nu. 3.*

*Teſtamentum in ſua forma non caſſum nec cancellatũ, non præſumitur falſum, nu. 3. in fine.*

*Inſtrumentum*

*Inſtrumentum ſeu teſtamentum dicitur perfectum, quãdo in eius fine reperitur appoſita clauſula, actum, &c.* A

*Notario creditur in iis, quæ in eius præſentia geſta ſunt, num. 4. & in addit. litera* b, *vbi de materia remiſſiuè, in quibus, & quando notario ſit credendum.*

*Subſcriptio teſtatoris in teſtamento reſpicit potiùs probationem, quàm ſubſtantiam ipſius teſtamenti, num. 4.*

*Teſtamentum ſine ſubſcriptione teſtatoris etiam neceſſaria ex eius voluntate ſuſtinetur inter liberos, num. 4. ad finem.*

*Filius magis præſumitur dilectus à patre, quàm vxor, num. 5.*

*Falſitatis præſumptiones non tollunt fidem inſtrumento, niſi fuerunt graues, num. 5. in fine.*

*Melioramentorum, quæ non ſunt liquida, non datur compenſatio, num. 6.*

*Maritus, qui ex bonis vxoris extra dotem fructus percipit, compenſat cum illis melioramenta facta, num. 6.* B

*Maritus percipiendo fructus de bonis vxoris extra dotem de eius voluntate, non tenetur ad reſtitutionem illorum, eos tamen compenſat cum fructibus dotis non ſolutæ, quatenus in illis eſſet creditor, num. 7.*

## DECISIO XLV.

1 FVerat † reſolutum coram bon. mem. Lauretano competere Illuſtr. D. Alexandro de aptis pro recuperatione dotis D. Helenæ eius matris, viam executiuam obligationis Cameralis contra Illuſtr. D. Bernardinum Sabellum, iuxta quam reſolutionem cùm inſtaretur pro mandato executiuo, dubitaui an eſſet relaxandum, & pro qua ſumma? Duo enim proponebantur teſtamenta D. Helenæ. Primum, quod fuit præſuppoſitũ ſine viri præiudicio in diſputatione coram Lauretano d. Alex. legitur inſtituens heres in 4. parte, quo attento ageret ſine actione, quia hactenus vltra quartam partem dotis conſequutus eſt. C Alterum verò teſtamẽtum, in quo eſt heres vniuerſalis, dicebatur carere ſubſcriptione teſtatricis neceſſaria ex eius voluntate, ac proinde, vel eſſe nullum, ad text. cum ibi not. *in l. contractus, C. de fide inſtrum.* vel teſtamentum in actis productum ſine ſubſcriptione diuerſum eſſe ab eo, quod enunciatur ſubſcriptum à teſtatrice, *argum. l. in teſtamento quidam, ff. de condit. & demonſtrat.* imputabatur etiam nonnullis ſuſpicionibus falſitatis, quæ in cauſſis ciuilibus habentur pro falſitate, quando agitur vt ſcriptura non probet, *cap. porrecta, de confirm. vtil. vel inutil.* Caputaq. *deciſ. 296. lib. 1.* Et demùm dicebatur, D. Bernardinum viciſſim eſſe creditorem ratione melioramẽtorum, quæ in bonis extra dotem feciſſet, necnon ratione fructuum dotis non ſolutæ, ex quibus videbatur induci compenſationem, Capic. *deciſ. 17.*

2 Sed † Domini reſponderunt, minimè ex præmiſſis impediri poſſe relaxationem mandati executiui pro ſumma D ſcutorum quatuor millium monetæ, in qua ſumma d. Bernardinum debitorem eſſe ex cauſſa dotis D. Helenæ liquidò conſtat per inſtrumentum in actis coram A. C. productum. Nec dubium, quòd confeſſio dotis receptæ, conſtante matrimonio, probat ſolutionem, & præiudicat marito, vbi præceſſit promiſſio [a], *l. in contractibus, §. ſed, quoniam,* vbi Doctores, *de non numer. pecun.* Afflict. *deciſ.* 402. Caputaq. *deciſ. 196. part. 1.*

3 Non † obſtat primum teſtamentum; quia D. Alexander illud non approbauit, & fuit reuocatum per poſterius, *§. poſteriore, Inſtit. quib. mod. teſt. infir.* cuius vigore immiſſus fuit ex mandato A. C. in poſſeſſionem hereditatis D. Helenæ, & obtinuit conſignari ſibi, vti heredi & creditori, prædictæ dotis ſcuta quinque millia, & quingenta ſequeſtrata penes E Illuſtr. & Reuerend. D. Cardinalem Sabellum apponente & proteſtante ex aduerſo ipſo D. Bernardino, ex quo ad effectum relaxandi prædictum mandatum, ſatis legitimata viſa eſt perſona D. Alexandri, Galleſ. *ad 2. part. obligat.* Camer. *quæſt. 1. num. 12.* & ſatis approbatum in ſua forma ipſum originale teſtamentum, *ad l. fin. C. de edi. D. Adrian. tollen.*

4 Nec † obſtat, quòd in eo dicebatur deſiderari ſubſcriptionem teſtatricis, quia Domini habebant teſtamentum pro perfecto, ſtante clauſula, *actum,* Pariſ. *conſil. 22. num. 15. lib. 3.* Ruin. *conſil. 159. num. 11. lib. 4.* Cúmque Notarius [b] dicat, testamentum fuiſſe ſubſcriptum à teſtatrice, ſtandum eſt eius dicto, in his, quæ in eius præſentia ſunt geſta, Creſcen. *deciſ.* 104. & quatenus ſubſcriptio etiam in originali fuiſſet omiſſa, dicebant, illam potiùs recipere probationem, quàm ſubſtantiam teſtamenti, nec eius omiſſionem vitiare teſtamentum inter liberos, *l. hac conſultiſſima, §. ex imperfecto. C. de teſtam.* præſertim, quia illa ſubſcriptio erat ad cautelam pro maiori ipſius teſtamenti validitate, tamen clareſcet veritas per originalis exhibitionem.

Aliæ † ſuſpiciones, quæ afferebãtur, leuiores viſæ, quàm 5 vt de eis habenda eſſe ratio, excludebantur ex naturali affectione matris erga filium, quę ceſſare facit omnem ſuſpicionem vxoris, ne ſcilicet ex ſecundo teſtamento vir, ſciens ſe præteritum, offenderetur, iuxta ea quæ de reuerẽtia maritali not. Tiraq. *in l. 1. de legib. connub. num. 25.* & inſtrumenti fides non tollitur, niſi ex grauibus præſumptionibus falſitatis, Dec. *conſil.* 101. Caputaq. *deciſ.* .... *part. 2.*

Nec † viſum fuit eſſe locum compenſationi meliora- 6 mentorum; tum quia non ſunt liquida, *l. fin. C. de compenſ.* tum quia ſi D. Bernardinus percepit fructus ex bonis vxoris extra dotem, cum illis compenſare debet melioramenta, vt per Bero. *quæſt. 22.*

Sed † neque etiam locum eſſe exceptioni de fructibus 7 dotis non ſolutæ, quia fructus debebantur à D. Portia, quæ dotem promiſit, poſt cuius obitum ſi dictus Bernardinus ex illius bonis fructus percepit, ex iis cenſetur ſatisfactus; nam quamuis maritus percipiendo de bonis vxoris extra dotem de eius voluntate non teneatur ad reſtitutionem, quando ſunt cõſumpti, vt per Bart. & alios *in l. penult. ad leg. Falcid.* Afflict. *deciſ. 44. num. 4* tamen cùm eſſet creditor fructuum dotis, cenſendum eſt, D. Helenam illi promiſiſſe fructuum perceptionem ex dicta cauſſa, per ea quæ conſiderat Alexand. *in d. l. penult. num. 4.* Aym. *conſil. 106. num. 10.* & conferunt tradita per Bartol. *in ſua diſputat. 7. mulier habens amplum patrimonium.* Et nihilominùs Domini voluerunt præſtari idoneam cautionem per D. Alexandrum de reſtituend. ad omne mandatum Rotæ, quatenus ratione prædictorum melioramentorum & fructuum conſtiterit eum eſſe debitorem D. Bernardino.

### *ADDITIONES.*

PRomiſſio. Quando præcedit promiſſio dotis, tunc quòd a confeſſio mariti de illius receptione verè probet ſolutionem; nec quòd talis confeſſio dicatur facta ſub ſpe futuræ numerationis, aut titulo donatiònis, tam in præiudiciũ Fiſci, quàm creditorum, & de materia vide Aym. *conſil. 40. num. 1.* Cardin. Alban. *conſil. 8. num. 11.* Couarr. *var. reſolut. lib. 1. cap. 7. num. 6. in 1 verſic. & d. num. 6. verſic. cæterum egregia eſt diſputatio,* Cephal. *conſil. 21. num. 9. & ſeq. & conſil. 101. num. 35. & ſeq. & conſil. 151. num. 9. lib. 1. & conſil. 239. num.* 18. Roland. *conſil. 20. num. 18. lib. 4.* Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Peruſin. 66. num. 25. part. 2.* vbi teſtatur de magis communi opinione, & apud iſtos Doctores reperies plures alios concordantes, & idem tenentes.

*Notarius.* Ad hanc materiam, quando ſcilicet & in qui- b bus Notario credendum ſit, & quantùm, remitto lectorem ad Bart. *in authent. ſi quis in aliquo, num. 8. & ſeqq. C. de eden.* Alber. *in l. ne in arbitris, nu. 5. C. de receptis arbit.* Firman. *in repert. in verbo, Notarij fides,* Curt. *conſil. 166. nu. 2.* Aym. *conſ. 88. nu. 20.* Cæpol. *cautel 197. nu. 2. & 3.* Nouel. *reg. 42. in 1. ampliat.* Neuiz. *conſil. 34. nu. 10. & nu. 48.* Syluan. *conſil. 54. nu. 8.* Franc. Turzan. *opin. 69.* Hercul. *de negat. nu. 26. verſic. quadrageſimoſeptimò infertur, & nu. 218. & ſeqq. & nu. 55. & ſeqq. & nu. 284. & ſeqq.* deciſ. Pedemont. 172. *per totã, & deciſ. 170. nu. 6.* Grammat. *deciſ. 73. nu. 3. & conſil. 28. nu. 13.* Roland. *conſi. 33. num. 14. & ſeqq. lib. 1. & conſil. 7. nu. 69. lib. 3. & conſi. 63. num. 41. & ſeqq. lib. 2. & conſ. 32. nu. 20. & ſeq. lib. 2. & conſi. 44. nu. 25. & ſeq. 43. & ſeq. lib. 1. & conſil. 26. nu. 12. & ſeq. lib. 3. & conſil. 55. num. 1. & ſeq. lib. 3. & conſil. 89. nu. 24. ſeq. lib. 2.* Ancha. Regien. *q. 6. nu. 17. quæſt. 16. nu. 2. part. 2.* Brunor. à Sole *in ſuo conſil. crim. num. 60.* Monticell. *in repert. teſt. fol. 443. col. 2. verſi. fin. & pag. 444. col. 1. verſic. 1. 2. & 3.* Villalob. *in com. opin. litera M, num. 23. & ſeq. & num. 18. & num. 30. & 31.* Cephal. *conſil. 113. num. 1. & ſeq. & conſil. 72. nu. 1. & ſeq* Michaël Craſſ. *in commun. opin. lib. 2. cap. 2. q. 14. tom. 2.* Ruyz. *deciſ. 2. per totam.* Stephan. Lamberteng. *in tract. de contractibus eorum, & c. gloſ. 8. nu. 48.* Achill. Perſon. *de adipiſc. poſſeſ. num.* 146. Maſcard. *concluſ. 4. nu. 21. & ſeq. & concl. 189. num. 4. & concluſ. 1003. num 27. & concluſ. 1094. & 1095.* Apud quos reperies Notarij fidem, & illius aſſertionis probationem pertractatam generaliter & particulariter.

*Famian. Centolinus V. I. D. Galeſij.*

## COMITVLI.

*Romana dationis in ſolutum, Lunæ 15. Iunij 1587.*

### ARGVMENTVM.

Magiſtraliter in hac deciſione declaratur, ex quibus & quando contractus aſſignationis domus factæ à debitore ſuo creditori, præſumatur potiùs pignoris, quàm dationis in ſolutum, vel econtrà, ad effectum, vt fructus per eundem creditorem percepti ex re aſſignata computentur, vel non computentur in ſortem principaliter, & eſt materia vſurariam prauitatem reſpiciens.

### SVMMARIA.

*Fructus pignoris computantur in ſortem, num. 1.*

*Datio in ſolutum & non in pignus dicitur, quando debitor rem creditori aſſignat ad ſui libitum poſſidendam & fruendam cum libera fructuum perceptione, num. 2.*

*Creditor in pignore non habet nec vſum, nec fructum, num. 2.*

*Pignus poteſt per creditorem à ſuo debitore quandocunque auocari, facta ei ſolutione debiti, num. 2.*

*Dominij tranſlatio ſignificatur ex perceptione vſusfructus, num. 2.*

*Pignoris dominium remanet penes pignorantem, num. 2. in fin.*

*Pignoris acceptatio creditum non exſtinguit, ſed illud magis firmat, num. 3. in fin.*

*Debitor tenetur de euictione rei in ſolutum datæ, non autem rei in pignus datæ, num. 4.*

*Pignoris contractus ſignificatur, quando debitor vult cautum reddere ſuum creditorem, num. 5.*

*Datio in ſolutum facit creditorem inexpugnabiliter de ſuo credito ſecurum, num. 5.*

*Contractus qualis ſit, cognoſcitur potiùs ab effectu, quàm à denominatione contrahentium, num. 6. Quod quando verum ſit, vide in addit. litera* a.

*Hypotheca conſtituitur etiam in tranſlatione dominij, quando ſubeſt timor euictionis, num. 6.*

*Dominium ſine traditione non transfertur, num. 7. vbi ſecus, ſi rei traditio vel aſſignatio interuenit.*

*Dominium dicitur tranſlatum per clauſulã,* ad habendum, &c. *& per clauſulam,* dans & conſtituens, &c. *num. 7. & in add. litera* b, *vbi de materia.*

*Creditor tenetur ſtare inquilino domus ſibi in pignus datæ, num. 8.*

*Pactum de retrouendendo, minorem habet ſuſpicionem fraudis in datione in ſolutum, quàm in venditione, num. 9.*

*Vſura & fraus non præſumitur commiſſa à muliere, num. 10.*

*Vſura & fraus non præſumitur commiſſa inter perſonas integræ opinionis & ſanguine coniunctas, num 10. & in addit. litera* c, *vbi etiam quid de præſumptione ſolutionis.*

*Confeſſio mulieris ſine ſolemnitatibus ſtatutariis vrbis non valet, præſertim quando confeſſio eſt turbida, num. 11. & in addit. litera* d, *vbi de materia.*

### DECISIO XLVII.

1 ILluſtris † D. Helena Vrſina ex commiſſione DD. Chiappini & Scipionis ſuorum fratrum erogauit de propriis pecuniis in conſtitutione Capellæ in Eccleſia ſanctiſſimæ Trinitatis, ſcuta ſeptingenta & viginti, poſtmodum Dominus Chiappinus volens recognoſcere bonam fidem Dominæ Helenæ pro rata ipſum tangen, ſcutor, 360. & ſororem cautam reddere pro dicta ſumma, obligauit illi domũ, prout in inſtrumento anni 1564. ſuper hoc inſtrumento principaliter controuerſum fuit inter heredes D. Helenæ & D. Chiappini, an contineret dationem in ſolutum vel pignus? D. arbitris dubitantibus, an penſiones perceptæ per D. Helenam ex dicta domo deberent in ſortem computari, *ad l. 1. C. de pign. act. cap. illo vos. de pign.* attentis maximè duobus poſterioribus contractibus cum eadem D. Helena ſucceſſiuè celebratis, & petitionibus pro eius parte factis in iudicio Capitolino, quæ eandem ſummam videbantur reſpicere.

2 Extra † Rotam conſului D. qui perpenſis clauſulis & pactis appoſitis in primo inſtrumento, quæ pignoris naturam excedunt ac deſtruunt, reſponderunt, partem domus
A fuiſſe D. Helenæ datam in ſolutum pro quantitate, de qua
in inſtrumento; voluit enim Dom. Chiappinus D. Helenam pro dicta ſumma 360. ſcut. ratam dictæ domus habere & poſſidere, ac ea vti, & fuit ad ipſius D. Helenæ libitum voluntatis, quæ verba important, vt ab ea de iure pars domus auocari non poſſit, Specul. *de empt. & vendit. num. 9. & ſeq.* & concedit liberam fructuum perceptionem, Bero. *conſ. 157. num. 16. lib. 1.* at ex pignore, nec vſum nec fructum habet creditor, *§. furt. Inſtit. de oblig.* & poteſt ac debet quandocunque ſoluendo debitum pignus auocare, Neguſan. *de pignorib. part. 5. membr. 3. num. 1. & 5.* Legitur etiam in eodem inſtrumento, quòd D. Chiappinus pro dictis 360. ſcut. dedit & conceſſit dictam domum vtendam & fruendam, vnde ſignificatur tranſlatio dominij, *l. vbi autem, §. fin. l. ſcire debe-*
B *mus, ff. de verb. obligat.* & inducitur datio in ſolutum, *l. ſi prædium*, vbi Doctores, *C. de euict.* Aret. *conſil. 159. num. 16.* excluſo pignore, cuius dominium remanet penes pignorantem, *l. cùm res, C. de contrah. empt.*

Sed † viſum eſt, ex eo ceſſare omnem dubitationem, 3
quòd ipſa D. Helena pro parte dictæ domus ſibi à D. Chiappino data pro dicta ſum. 360. ſcut. abſoluit & liberauit eundem D. Chiappinum. Conſtat enim per acceptationem pignoris creditum magis ſaluum remanere creditori, tantum abeſt, vt exſtinguatur debitum, *§. fin. Inſtit. quib. mod. re contra. oblig. & tot. tit. ff. & C. de pignor.*

Accedit † promiſſio adiecta de euictione, quæ aptè con- 4
currit in datione in ſolutum, *l. libera*, & ibi Bart. *C. de ſenten.* non autem ſic congruit pignori, *l. ſi cum venditor, in princip. C. de euict.* Bald. *in l. 1. in fin. C. de peric. & com. rei vend.*

C Nec † repugnant promiſſis verba illa, *volens cautam red-* 5
*dere*, quæ conſonant pignori, vt per Nat. *conſil. 496. in princ.* quia conueniunt etiam dationi in ſolutum, imò magis, cum is, qui eſt effectus dominus rei, inexpugnabiliter ſit ſecurus, vt inquit Aret. *in d. conſil. 159. num. 17.* nec diſſentit Nat. *vbi ſuprà, num. 13.*

Minùs † obſtat, quod expreſſum fuit, domum obligari 6
pro ſpeciali hypotheca & obligatione; quia denominationis ratio habenda non eſt, vbi res ipſa & effectus attendi-
tur [a], *l. vbi ita donatur, ff. de donat. cauſ. mort.* Neuiz. *conſil. 86.* a
*num. 13.* Nec diſplicuit reſponſio, quòd vtiliter, etiam in tranſlatione dominij, cõnſtituatur hypotheca, quando ſubeſſe poteſt timor alicuius euictionis, ex allegatis per Menoch. *conſil. 201. num. 3. lib. 3.* facit caut. Cæpol. 122.

D Et † hæc quoad primum contractum, ex quo cùm pro- 7
poneretur, non fuiſſe D. Helenæ ius quæſitum traditione non ſequuta, Dec. *conſil. 12.* ac proinde potuiſſe ab eo recedi, etiam omiſſis ſolemnitatibus ſtatuti vrbis, fuit examinatus ſecundus contractus celebratus de anno 1565. & concluſum pariter dationem in ſolutum. Patet enim factum fuiſſe principaliter in executionem præcedentis cõtractus, ad quem relatio habeatur cum conſignatione eiuſdem partis, domúſque conſignatio apta eſt ad dominij tranſlationem, vt per Socin. *conſil. 9. nu. 30. lib. 5.* Aret. *d. conſil. 59.* oſtendítque actum eſſe de dominio transferendo, non de pignore concedendo, Ruin. *conſil. 162. num. 19. lib. 2.* Idipſum con-
cludunt clauſulæ, *ad habendum, &c. dans & conſtituens* [b], *&c.* b
& aliæ ponderationes in ſimilibus terminis, per Socin. *d.*
E *conſil. 9.* Aret. *conſi. 159.* Iaſ. *conſil. 92. lib. 1.* Decian. *conſi. 33. lib. 2.* Menoch. *conſil. 201. num. 3.*

Promiſſio † quoque ipſius D. Helenæ de non eiiciendo 8
inquilinum comprobat non fuiſſe actum de pignore: cùm enim creditor ſtare teneatur inquilino, ad tradita *in l. emptorem, C. locati*, talis promiſſio ſuperfluo adiecta fuerit.

Nec † mouet D. parum, quòd liceret D. Chiappino & 9
& eius heredibus quandocunque eandem domum rehabere, ſolutis prædictis ſummis, quia licèt datio ex tali pacto fuit reſolubilis; minor tamen inde ſuſpicio fraudis ſubeſt in ea; quàm in venditione, vt per Couarr. *var. reſolut. lib. 3. cap. 8.*

Quæ † conſiderationes eò faciliùs procedunt in caſu 10
propoſito, quo difficiliùs præſumitur fraus & vſura in contractu mulierum, Tiraquell. *de retract. 2. in præfat. num. 34.* & Couarr. *vbi ſuprà cap. 8. num. 5.* maximè inter perſonas inte-
græ opinionis & ſanguine coniunctas [c], Corn. *conſil. 4. nu. 5.* c
*lib. 9.* & Lupin. *in l. 2. §. 1. num. 30. C. de pact. conuent.*

Circa † quartũ inſtrumentũ anni 1567. in quo D. Chiap- 11
pinus de nouo conſtituit ſe debitorem D. Helenæ in dictis
ſcutis

ſcutis 360. & aliis ſummis, vſque ad ſummam 500. ſcutorum, promittens reddere intra decennium, & propterea pignorauit eidem quandam partem domus, fuit dictum, vel poſſe intelligi reſpectu aliarum ſummarum, pro quibus nō fuerit facta datio in ſolutum, vel non potuiſſe D.Helenam præiudicare iuri ſibi quæſito per priores contractus, ſtante ſtatuto vrbis, *lib.5.cap.19.per deciſ.* Creſcen.200.& multò mi-
d nùs præiudicaſſe confeſſiones [d] turbidas, quæ allegabantur ex nonnullis libellis, fortè per Procuratores exhibitis in iudicio Capitolino.

12 Demùm † quod ex aduerſo negabatur, adfuiſſe cauſſam habilem ad tranſlationem dominij, fuit reſponſum per *l. manifeſti, C.de ſolut.* Cúmque in primo contractu fuerit per D.Helenam eadem ſumma 360. ſcutorum promiſſa in dotem Dominæ Angelæ filiæ ipſius Chiappini, vltra præcedens debitum, eſt etiam cōſiderabilis cauſſa dotis, qua promiſſione attenta tollitur obiectū de iniquitate pretij, quatenus id eſſet verum in facto. Et ex iis fuit reſolutum, heredes D.Helenę non debere ſibi in ſortem computare penſiones perceptas ex parte dictæ domus in ſolutū aſſignatæ.

## *ADDITIONES.*

a *Effectus attenditur.* Quamuis regulariter contractus talis præſumatur, qualis in ſui prima facie apparet à contrahentibus verbaliter nominatus, prout colligitur ex allegat. per Neuiz. *conſil.24.num.*20.Nat.*conſil.49.num.14.& 34. & conſil.194.num.1.& ſeq.*Iacob.Æmil. *conſil.4.num,1.& per totum in diſcurſu* latè Roland.*conſil.61.num.5.& ſeqq.& conſil. 96.num.14.lib.2.& conſil.1.num.1.& ſeqq.lib.1.*

Procedátque hæc concluſio, etiam quòd in contrarium aliquæ præponderent præſumptiones, ſecun. Aym.*conſil.20. nu.4.* Alex.*conſil.142.nu.2.* Aret.*conſil.55.in fin.* Ruin.*conſ.161. nu.29.lib.1.* Nat.*conſ.607.nu.1.in fin.verſ.aut conſtat, &c.lib.3.*

Et propterea ſi contractus à partibus contrahentibus in inſtrumento nominetur emphyteuticus, talis omninò iudicandus ſit, ex Nat.*d.conſil.49.nu.13.14.& 34.* vbi reſpondet contrariis, *& d.conſil.194.num.1.& ſeq.lib.1.*

Attamen ſi eorundem contrahentium mens & effectus ipſius contractus repugnat verbis & nomini ei appoſito, quòd tunc iudicetur non ſecundùm nomen & verba, ſed ſecundùm effectum & contrahentium mentem, vltra alleg. in hac deciſione apertè voluerunt Aymon. *d.conſil.20.nu.4.* Alex.*d.conſil.142.num.2.* Roland.*d.conſil.8 num 31.& conſi.96. num.38.& ſeqq.lib.1.& conſil.71.num.33.& ſeqq.lib.2.& conſil. 69.num.*40.*lib.3.* Grat.*reſponſ.131.num.8.& ſeqq.lib.1.* Villalob. *in commun.opin. litera L, num.*134.

Et propterea contractum emphyteuticum non ex verbis, ſed mente & effectu, ſi verbis contrarius eſt, indicari; an talis ſit vel alius, apertè etiam voluerunt Villalob.*in d.litera L, eod.num.134.de materia,* Socin.*conſil* 167.*& 266.* Dec. *conſil.*164. Roland.*conſil.90. num.*1. *& ſeqq. iuncto num.38. & ſeqq.lib.*1. vbi reſpondet contrariis, Clar.*in §.emphyteuſis,q.1. verſic.& aduerte,& ſeq.*

Et hinc etiam infertur, quòd quamuis in inſtrumento reperiatur verbum, *vendo,* ſed ſubſtantia & effectus contractus non ſit venditionis, ſed locationis, vel alterius contractus, quòd tunc ille contractus denominationem ſumat non à verbis, ſed ab effectu & ſubſtantia, voluerunt Bartol. *in l.*1.*num.5.* & ibi Iaſ.*num.22. C.de iure emphyt.* & eſt communis, vt per Bellon.*conſil.21.num.5.& ſeqq.* Neuiz.*conſil.93. num.44.d.conſil.69. num.40.lib.3.* Menoch. *de retinend. poſſeſſ. remed.4.num.*21.vbi tamen allegat pro & contra.

b *Conſtituens, &c.* Per clauſulam conſtituti transferri dominium, dixit Abb. *in cap.ex literis, extra de conſuetud.* ſic & poſſeſſionem, ſed an transferatur vera poſſeſſio, an verò ficta, & de materia videas per Tiraquell. *in tract.de conſtitut. part.*1.*num.*1.*& ſeqq.* Diaz *regul.765.* Villalob.*in commun.opin. in verbo, poſſeſſio, num.*121.*& ſeqq.* Roland.*conſil.*51.*num.13.& num.22.& ſeqq.lib.*2. Robert.Lancellot. *in tract. de attentat. cap.4.limitat.*1.*num.*14. cum allegat. per eos.

c *Sanguine coniunctos.* Vſura non præſumitur inter perſonas beneuolas & ſanguine coniunctas in præiudiciū ipſorum coniunctorum, prout hîc dicitur in deciſione, & eſt ratio, quia nemo præſumitur ſuis coniunctis damnum aut pręiudicium velle inferre, & propterea in aliquibus caſibus

Farin. Conſil.

A coniunctionem ſanguinis tollere ſuſpicionem fraudis, colligitur ex allegatis per Maſcard.*de probat.lib.1.concluſ.815.ſub num.12.& 13.* ſed quando ageretur de præiudicio tertij aut Fiſci, tunc ſanguinis coniunctio arguit ſimulationē & fraudem. Et eſt validiſſima præſumptio ea, ſcilicet, quæ oritur ex contractu celebrato inter ſanguine coniunctos, per id quod dicunt Doctores, quòd donatio ſeu alienatio facta coniunctæ perſonæ ante delictum, præſumitur ſimulata & in fraudem Fiſci, ſecundùm Iaſ. *in §.item ſi quis,num.41.* & ibi etiam Ioan.Fab.*num.9.*& Gomez.*ſub num.4.Inſtit.de act.* cum aliis per Clar. *in pract.§.fin.quæſt.78.verſic. fraus autem,* Boſſ.*in tit.de bonorum public.num.*46.Maſcard.*de probat.lib.1. concluſ.446.num.8.& concluſ.558.num.*17.*& concluſ.815.nu.*10. cum allegatis per eos.

B Sed vtrùm ex ſola coniectura ex coniunctione ſanguinis oriens ſufficiat ad iudicandum, contractum eſſe ſimulatum & factum in fraudem Fiſci? videtur quòd ſic, ex Boſſ. *vbi ſuprà, d.tit.de bonor.publicat. eod.num.*46. dum refert Picum *in l. poſt contractum.ff.de donat.* teſtantē in practica ſeruari, quòd ex iſta ſola coniectura fraus præſumatur. Cuius contrarium verius dixit Iaſ. *in d.§.item ſi quis, eod. num.*41. *Inſtit.de act.* cōprobat Boſſ.*d.nu.*46.declarat Maſcar.*de prob. d.concluſ.558. num.*18.*& d.concluſ.*815.*num.12.& ſeqq.* & eſt de mente Menoch. *in tract.de præſumpt.lib.3.præſumpt.*124. *num.23.& ſeqq.* Vbi vltra ſanguinis coniunctionem, ad effectum præſumendi fraudem & ſimulationem, requirit cauſſam ipſius ſimulationis & fraudis, & bene dicit, quia, vt alìas dixi, ſine cauſſa ſimulatio non committitur.

Et aduerte in materia, quòd non quælibet coniunctio inducit hanc ſimulationem fraudis, ſed requiritur, vt con-
C iunctio ſit talis, vt veriſimile ſit, alienantem ſeu donantem ad ſui libitum poſſe reuocare bona alienata ſeu donata, aliter ſecus, prout bene declarat Boſſ. *in tit.de bonor.public.ſub eodem num.*46. Et in materia, quænam in propoſito dicatur coniuncta perſona, vide Menoch.*d.præſumpt.*124.*num.28.& 29.* vbi dixit pro coniuncta perſona reputari vxorem, ſeu alium, cui quis imperare poſſit, negotiorum geſtorem, aut amicum magna amicitia coniunctum. Ad quod vide etiam Maſcard. *d.concluſ.*815.*num.*11.*& 65.* vbi prædicta ampliat, etiam in perſona domeſtica. Et quod attinet ad donationem factam vxori, vide quæ dixit D.meus Farin.*in ſua prac. crim.part.1.tit.de delict.& pœn.quæſt.25.num.*127.*& ſeqq.*

*Confeſſiones.* Quòd ſolemnitates requiſitæ à ſtatuto in d
contractibus mulierum requirantur, etiam quando mulier confitetur aliquid recepiſſe, ſeu aliquam aliam facit confeſſionem in ſui præiudicium, & de materia vide Bart. *in l.1.§.*
D *ſi quis ita, & in l.ſi ita, §.Chryſogonus,* & vtrobique *in addit.* & omnes Doctores, *ff.de verbor.obligat.* Tiraquell.*in tract. de legib.connubialib. gloſ.5.num.*112. *& ſeqq.per totam illam quæſt.* Marſil.*in rubr.de probat.num.*306.*& conſi.125.num.28.& ſeqq.* Aym. *de antiq. temp. part.1.ſect.propoſitum noſtrum principale, num.64.& ſeqq.* Pariſ.*conſil.52.num.63.lib.3.* Put.*deciſ.7.& deciſio.55.lib.3.* Stephan.Lambert. *in tractat.de contract.eor.&c. gloſ.1.quæſt.86.num.*329.*& ſeqq.* Virgil.Boccac.*in conſtit. Marchiæ, gloſ.8.num.*24.Vbi declarat hanc concluſionem, quando talis confeſſio eſſet adminiculata aliqua alia præſumptione; tunc enim ſuſtinetur, etiam non adhibitis ſtatutariis ſolemnitatibus, *& eſt deciſio* Achill.1. *in titu.de confeſſ. in manuſcript.*

*Famian. Centolinus V. I. D. Galeſij.*

E
## ILLVSTRISSIMI ET REVERENDISS. D. Manticæ Cardinalis.

*Romana prætenſæ penſionis domus, 22.Iunij* 1587.

### ARGVMENTVM.

Teſtis periurus & falſus in tempore vel in circunſtantiis non ſubſtantialibus, quando probet, eiúſque dictum poſſit à periurio & falſitate ſaluari: ex eiúſque depoſitione poſſit iuramentum in ſupplementum deferri in cauſſa magna & graui, vltra alia, de quibus in ſummario.

*SVMMARIA.*

*Omnia noſtra facimus, quibus noſtram impartimur auctoritatem, num. 1.*

*Argumentum à veriſimili ſumptum, optimum eſt in iure, num. 2. in fine.*

*Solutum quod quid eſt, facit præſumptionem non modicam, quod ibidem ſit illud, de quo quæritur, num. 3.*

*Argumentum à ſolitis multùm confert ad præſumendum, quod quid eſt, num. 3.*

*Socer habetur loco fratris ad commodum generi: ideò pro eo non facit fidem, num. 4.*

*Teſtis vt à periurio ſaluetur, omnis interpretatio facienda eſt, num. 4.*

*Teſtis an dicatur falſus non dicens verum circa tempus, num. 5.*

*Teſtis falſus in iis, quæ non ſunt de ſubſtantia negotij, adhuc probat, & fidem facit, num. 5.*

*Teſtis ſe referens ad inſtrumentum, cenſetur depoſuiſſe, quod ſcriptum eſt in inſtrumento, num. 6.*

*Teſtis vnicus, adminiculis adiuuatus, probat plus, quàm ſemiplenè, num. 7.*

*Iuramentum in ſupplementum defertur ex depoſitione vnius teſtis aliis adminiculis adiuuata, num. 7.*

*Teſtis mediator, quando deponit de facto proprio & non tractatur de eius commodo, laude aut vituperio, facit plenam probationem, concurrentibus veriſimilibus coniecturis, nu. 8. & in addi. litera a, vbi aliqua ad materiam.*

*Iuramentum in ſupplementum etiam defertur in cauſſis magnæ quantitatis, quando probatio eſt plus, quàm ſemiplena, & is, cui defertur, eſt honeſtæ vitæ, & multò magis, quando concurrunt probabiles coniecturæ, num. 2.*

## DECISIO XLVII.

1 IN † cauſſa Romana prætenſæ pẽſionis domus mihi extra Rotam ex conſenſu partium commiſſa dubitaui; an probetur conſenſus D. Ioannis in reconductione? Et Domini dixerunt, conſenſum probari plus quàm ſemiplenè per Franciſcum Tinum tertium teſtem, iuxta ſeptimum & nonum interrogatorium: nam ſi conſenſit eius ſocer, cui D. Ioannes negotium dedit, ipſe quoque intelligitur conſenſiſſe, *l. item eorum. §. ſi decuriones, ff. quod cuiuſque vniuerſit.* Omnia enim noſtra facimus, quibus noſtram auctoritatem impartimur, *l. 2. §. ſed neque, verſ. omnia, C. de vet. iur. enuclean.*

2 Et † iſte teſtis ex eo potiſſimum adiuuatur, quòd poſt factam reconductionem ipſe D. Ioannes ſcripſit apocham ad D. Petrum Roſſium, vt diſcederet à cubiculis, quæ tan- D quam eius ſubinquilinus detinebat, vt ex actis conſtat. Et idem Petrus primus teſtis deponit idem, quod Ioannes Baptiſta ſuper 6. & 8. & Antonius Marid. ſuper 17. & 19. teſtificantur; nam cùm ipſe Ioannes poſt factam reconductionem dixerit, ſe velle vxorem ſuam in eam habitationẽ ducere, & præfati teſtes deponunt, veriſimile eſt, cõſenſum de reconducenda domo præſtitiſſe, quia cùm iam finita eſſet prima locatio & ſublocatio, non eſt veriſimile, eum pro modico & incerto tempore voluiſſe cum vxore inhabitare; nulla enim facta reconductione, vel ſi ad faciẽdam reconductionem cõſenſum non præbuiſſet, facilè potuiſſet ad libitum domini vel conductoris expelli, & à veriſimili optimum eſt argumentum, *cap. quia veriſimile, de præſumpt. l. non eſt veriſimile, ff. quod met. cauſ.*

3 Nec † obſtat, quòd D. Ioannes non vellet domum, de cuius penſione eſt controuerſia, cum vxore inhabitare, quia propter nocturni aëris intemperiem dolore dentium laboraret. Quia hoc non tollit hanc coniecturam; neque enim quiſque ſolitus eſt mutare habitationem cum familia, niſi habeat animum eo loci permanendi. Et argumentum à ſolitis multùm confert ad præſumendum quod quid eſt, *l. certi condictio, §. ſi nummos, ff. ſi cert. petat. gloſ. in l. neque natales, C. de probat.* Bald. *in cap. 1. in 2. lect. num. 7. de re iudic.* Abb. *in cap. 1. num. 4. de cleric. non reſid.* & ideò facilè potuiſſet tunc temporis aliam domum conducere, ne cogeretur inuitus cum tota familia & magno incommodo migrare, & mutare habitationem.

4 Quod † verò contra hunc teſtem obiicitur ſocerum D. Ioannis de conſenſu ipſius interrogatum cum iuramento reſpondiſſe ſe non credere, de fide ipſius nihil detrahit; quia à Dominis fuit reſponſum duobus modis: & primò, quòd cùm ſocer habeatur loco fratris ad commodum generi nõ A facit fidem, *l. teſtis idoneus, ff. de teſtib.* Secundò, quòd reſponſio ſoceri poteſt intelligi, D. Ioannem conſenſum non præſtitiſſe explicitè, ſed implicitè, quæ interpretatio eſt admittenda, vt à periurio defendi poſſit, *cap. cùm tu, de teſtib.* Nam verè D. Ioannes explicitè non conſenſit, quia ſe remiſit ad arbitrium ſoceri, vt teſtis deponit.

Neque † etiam obſtat, quod ſecũdo loco aduerſus eundem teſtem obiicitur, eum periurum eſſe, propterea quòd 5 falſum de tempore reconductionis, & in quibuſdam aliis circunſtantiis depoſuerit. Primò, quia tempus difficulter memoria retinetur, *argum. l. peregrè, ff. de acquir. poſſeſ.* Innoc. *in cap. qualiter & quando, de accuſat.* Angel. *in conſil. 25. num. 4.* Socin. iun. *conſil. 102. num. 17. lib. 3.* & falſitas in iis, quæ non ſunt de ſubſtantia negotij, de quo agitur, dictum teſtis non B vitiat, Oldrad. *conſi. 37. num. 1.* Bal. *in l. ſi ex falſis, C. de tranſact.* Cornel. *conſil. 149. num. 18.* Aret. *conſil. 6. num. 3.* Dec. *conſil. 105. col. 2. verſic. ſimiliter falſitas.* Nat. *in conſil. 36. ſub num. 1. & 2.*

Secundò † fuit reſponſum, quòd teſtis ſeipſum refert ad 6 inſtrumẽtum, & ideò intelligitur depoſuiſſe quod ſcriptum eſt in inſtrumento, *l. ait prætor, § ſi iudex, ff. de re iudic. l. ſi ita ſcripſero, ff. de condit. & demonſtr. l. aſſe toto, ff. de hered. inſtit.*

Quare † cùm iſte teſtis ſit Notarius, & nullam patiatur 7 exceptionem, & quibuſdam etiam adminiculis adiuuetur, placuit Dominus eum plus quàm ſemiplenè probare, & ideò D. Antonio deferendum eſſe iuramentum in ſupplementum probationis, *iuxta cap. vlt. §. ſanè, cum gloſ. vlt. in fin. de iureiurand. & l. admonendi, cum gloſ. in verbo, exacto, eod. tit.* & vtrobique Doctores.

Quod † aliqui ex Dominis eò faciliùs admittendum eſ- 8 C ſe putauerũt, quia iſte teſtis fuit mediator: idque ex eo colligebant, quòd, cùm D. Antonius cum ſocero D. Ioannis loqueretur, ipſum teſtem vocauit, eique dixit, vt recenſeret tractatum, quem habuit cum Illuſtri D. Fabio ſanctæ Crucis de reconducẽda domo, & diceret quomodo poſſet cum eo concludere, & cùm poſt factam huiuſmodi relationem rurſus interrogaſſet ſocerum, quid eſſet agendum, ſocer ipſe, præſente teſte, reſpondit, vt domum reconduceret, & quicquid egiſſet, bene actum foret. Quibus verbis generalibus ſocer ipſe non modò conſenſit, vt D. Antonius domum reconduceret, ſed ipſum quoque Franciſcum Tinum tanquam mediatorem electum à D. Antonio approbauit. Nec dubium eſt, quin mediatori [a] magis ſit credendum, a quando deponit de facto proprio, & ad eum commodum D neque laus, neque dedecus ſpectat, cùm plerique etiam exiſtiment, eum facere plenam probationem, præſertim concurrentibus veriſimilibus coniecturis, Rimin. ſen. *in conſil. 392. num. 13.* Caputaq. *deciſ. 267. & 271. lib. 3.* cum aliis adductis per informantes. Et fuit reſolutum coram R. P. D. Platto in vna Suetina Bonorum, & ideò dubium non eſt, quin ſaltem faciat plus quàm ſemiplenam probationem.

Neque † ad rem pertinet, quòd cauſſa, de qua agitur, ſit 9 grauis, quia Domini dixerunt, in cauſſis etiam magni momenti deferendum eſſe iuramentum in ſupplementum deficientis probationis, quando probatio facta excedit ſemiplenam, & is cui defertur eſt honeſtæ vitæ, Alex. *conſil. 122. nu. 7. lib. 2. & conſ. 103. nu. 9. & conſ. 166. nu. 6. lib. 7.* Ruin. *conſil. 46. nu. 11. lib. 4.* Quod multò magis eſt recipiendum, quando E concurrant probabiles coniecturæ, Paul. Caſtr. *conſi. 4. nu. 2. ad fin. lib. 2.* Curt. ſen. *in l. admonendi, nu. 200. cum ſeq. ff. de iureiurand.* Tiraq. *de nobilit. c. 20. nu. 36.* Crauet. *conſ. 198. num. 10.*

### *ADDITIO.*

a MEdiatori. In iſta deciſione firmantur duæ concluſiones. Prima eſt, quòd probet mediator quando deponit ſuper eo, quod non ſpectat ad eius commodum, laudem ſeu dedecus. Secunda, quòd concurrentibus veriſimilibus coniecturis, idem mediator tunc aut plenè probet, aut ſaltem ſemiplenè. Circa primam concluſionem vide ſcripta per D. meum Farin. *in tract. de teſtib. quæſt. 60. nu. 410.* Secunda autem concluſio non habet contradictorem ex allegatis, per eundem D. meum Farinac. *d. quæſt. 60. num. 438.*

*Famian. Centolinus V. I. D. Galeſij.*

## ILLVSTRISSIMI ET REVERENDISS. D. Platti Cardinalis.

*Viterbien. fideiuſſionis de repræſentando, die 22. Iunij 1587.*

ARGV

## ARGVMENTVM.

De fideiuſſore de repræſentando, an & quando ſit liberatus per repræſentationem factam poſt incurſam moram: & quando in propoſito admittatur moræ purgatio.

### SVMMARIA.

*Fideiuſſor de repræſentando non euadit pœnam conuentam, etiam quòd illum, quem promiſit repræſentare, repræſentauerit poſt relaxatum mandatum, præſertim quando ius auctoris eſt factum deterius, num.1. & 2.*

*Mora poſt executionem purgari non poteſt, num.1. & in addit. litera a, vbi de materia.*

*Moræ purgatio non admittitur, quando ius actoris eſt factum deterius, num.2. & in addit. litera* b.

*Notarius ſtipulans pro abſente, nullum ius ipſi abſenti acquirit ante acceptationem, num.3. Vbi tamen quòd abſens ſatis dicatur acceptaſſe ex citatione facta aduerſario vigore illius ſtipulationis, & in addit. litera* c, *vbi remiſſiuè de materia.*

*Mora inducta per litis conteſtationem non poteſt purgari, niſi vſque ad ſententiam, num.4.*

*Moræ purgatio admittitur re integra: re autem non integra non admittitur, in addit. litera* b.

*Mora inducta per lapſum diei appoſiti in contractu, & per conteſtationem litis, æquiparantur ad effectum illius purgationis, in addit. litera* d.

## DECISIO XLVIII. C

1 STante † præſuppoſito in hac cauſſa facto, quòd ante carcerationem D. Balduini Maſſe, iam fuiſſet relaxatum mandatum, & executum contra fideiuſſores, qui ſub pœna debiti cum iuramento & ampliſſimis renunciationibus ſe obligauerunt de eo repræſentando, Domini vnanimiter tenuerunt, eoſdem fideiuſſores non eſſe liberatos, quia poſt
a executionem a non poteſt mora purgari, tradunt * omnes
* *in l. ſi inſulam, ff. de verb. oblig.* & Bartol. *in 4. & 5. q.* Alexand.
* *num.32.* latè Rip. *nu.82. & num.111.* * communem dicit Crot. *num.61.* Iac. de Nigr. *num.255.* Alexand. *conſil.94. & conſil. vlt. volu.2.* Aret. *conſil.18.* Caſtrenſ. *conſil.33.* & ita Rotam tenuiſſe tradit Caput. *deciſ.234. lib.2.*

2 Placebat † etiam dominis alia ratio, qua videbatur ius D
actoris propter moram factum deterius, cùm D. Balduini fides tunc magis eſſet integra, quod ex eo apparet, quòd tunc inuenit fideiuſſores, quos nunc inuenire non poteſt, & quòd obtinuit dilationem annalem, & prout latiùs per informantes deducitur: dubitari autem non poteſt, quia
b ceſſat purgatio moræ, cùm ius actoris factum eſt deterius [b], Rip. *in d. l. ſi inſulam, num.27. ff. de verb. obligat.*

3 Nec † obſtat, quòd promiſſio & obligatio facta fuerit abſentibus Dominis Ro. Notario pro eis ſtipulante, quo
c caſu ante acceptationem [c] nullum ius acquiritur, Couarr. *de teſtament. part.3. num.13.* Cagnol. *in l. ſi librarius, num.63. de regul. iur.* Abb. *conſil.36. num.1.* quia dicebant Domini, de acceptatione ſatis conſtare ex citatione, quam obtinuerunt ab A. C. quæ fuit executa contra fideiuſſores die 19. Ia- E
nuarij præteriti, & ſic ſaltem ab eo tempore cœpit currere tempus datum ad repræſentandum.

4 Et † in omnem euentum, dato, quòd nulla adeſſet mora præcedens, vel per lapſum diei, vel per interpellationem,
d ſufficit mora per litis conteſtationem [d], quæ non poteſt purgari, niſi vſque ad ſententiam, Bartol. *in d. l. ſi inſulam, quæſt.1.* Ripa, *num.28.* Iacob. de Nigr. *num.234.*

### ADDITIONES.

a *POſt executionem.* Mora an & quando purgari poſſit poſt factam executionem, *vide text. in l. ſi is, cui. ff. de legat.2.* Iaſ. *in l. ſi inſulam, colum.17. ff. de verb. obligat.* Vbi limitat duobus modis, & infert ad duo notabilia, *de quibus ibi per eum.*

b *Factum eſt deterius.* Re enim non integra moræ purgatio non admittitur, Aym. *conſil.246. nu.5.* Re autem integra ſic, deciſ. Pedemont. 21. *num.55. & ſeqq. & num.59.*

c *Ante acceptationem.* Non eſt dubium quòd Notarius

Farin. Conſil.

A poteſt alteri abſenti ſtipulari, *prout eſt text. in l.2. & 3. rem pupilli ſaluam fore, & in l. abſenti, & in l. qui mihi, ff. de donat. & in l.1. C. de acquir. poſſeſ.* Sed nunquid abſenti acquiratur actio ante ratificationem, & an ex ratificatione ſine alia Notarij ceſſione, Doctores vario modo loquuti ſunt. Ideò pro reſolutione vide Dec. *conſil.531. num.10.* Pariſ. *conſil.77. num.22.23.28. & ſeq. lib.1. & conſil.12. num.110. lib.2. & conſil.69. num.136. & 148. & ſeq. lib.3.* Tiraquell. *de conſtit. limit.30. per totam,* vbi latè Roland. *conſil.19. num.9.16. & ſeqq.26. & ſeqq. lib.2.* vbi etiam latè Couarr. *variar. reſolut. lib.1. cap.14. num.11. & ſeqq.* Seraphin. *de priuileg. iuramen. priuileg.24. & 25.* Laurent. *deciſ. Arunconen.91. poſt num.3.* Plot. *in l. ſi quando, num.12. C. vnde vi, ſecundùm antiquam impreſſionem,* Cagnol. *in l. ſi librarius, num.64. de reg. iur.* Gabriel. *tit. de verbor. oblig.*
B *concluſ.1. num.97. & ſeqq.* Galleſ. *de obliga.* Cameral. *in 3. quæſt. ad quintam particulam, num.1.* Ioſeph. Ludou. *concluſ.52. verſi. inter alia, & verſicu. ſextus eſt caſus, & ſeq.* Anton. Coccapar. *conſil. criminal. diuerſor.93. num.2. & num.8.* & inter eadem conſil. Marc. Brun. ab Anguill. *conſil.94. ſub num.1. & ſeqq. in diſcurſu,* & Ludouic. de Syluestr. *conſil.96. num.8.* Oſaſc. *deciſ. Pedemont.33.* Cephal. *conſil.33. & nu.13. & ſeqq. lib.1.* Roland. *conſil.19. num.7.8.23. & ſeqq. lib.1.* Nat. *conſil.189. num.2. lib.1.* Anchar. Regien. *quæſt.2. num.5. part.2.*

*Per litis conteſtationem.* Adde ad materiam Catellian. d
Cottã *in memorial. in verbo, mora, quæ inducitur, fol. mihi 469. aliàs* 588. vbi æquiparat moram incurſam per lapſum diei appoſiti in contractu, & incurſam per litis conteſtationem ad effectum illius purgationis.

*Famian. Centolinus V. I. D. Galeſij.*

## ILLVSTRISSIMI ET REVERENDISS. D. Blanchetti Cardinalis.

*Spoletan. Beneficij, Veneris 26. Iunij 1587.*

## ARGVMENTVM.

Inſtrumentum quando reprobetur, quando prætenditur, teſtes in eo deſcriptos præſentes non fuiſſe illius celebrationi.

### SVMMARIA.

*Inſtrumenti fides non diminuitur ex teſtibus, qui dicant, ſe non recordari de inſtrumento, vel de contentis in eo, num.1. & in addit. litera* a.

*Inſtrumenti fides nec etiam diminuitur per teſtes, qui dicant, ſe non recordari, an fuerint præſentes dicto inſtrumento & illius ſtipulationi, & quòd, ſi præſentes fuiſſent, recordarentur, nu.2. & in addit. litera* b, *vbi de materia.*

*Teſtes deponentes per eadem verba ſunt ſuſpecti, num.2.*

*Inſtrumentum reprobatur per teſtes, qui dicant, ſe non fuiſſe præſentes inſtrumento, quia tempore illius celebrationis alibi fuerunt, num.3. & in addit. litera* b, *vbi etiam de materia.*

## DECISIO XLIX.

DOmini † fuerunt concordes, quòd nec ad effectum 1
remiſſoriæ, neque vt vacillet fides mandati per Ioannem producti, dicta teſtium releuare, quia teſtes deponentes ſe non recordari a de inſtrumento, vel de contentis in a
eo, non diminuunt fidem inſtrumenti, Felin. *in cap. cum Ioannes, num.51. de fide inſtrument.* Salicet. *in l. in exercendis, num.5. C. eod. tit.*

Nec † refragatur, quòd primus dicat, quòd ſi fuiſſet præ- 2
ſens [b], recordaretur, quia in hoc ſibi non creditur contra b
publicum inſtrumentum, pro quo præſumitur, præcipuè cùm ferè per eademmet verba vterque deponat, ex quo potiùs Domini contra teſtem, quam contra inſtrumentum, aliquam concipiebant ſuſpicionem.

Non obſtant † deducta in contrarium, quia procede- 3
rent, ſi teſtes aſſererent, ſe eodem die alibi fuiſſe, vel ſi Alexander hoc probaret, tunc enim falſitas inſtrumenti eſſet probata; ſed per depoſitiones iſtas fides ipſius non debilitatur ex allegatis.

### *ADDITIONES.*

a R*Ecordari.* Pro hac eadem concluſione, quòd ſcilicet inſtrumentum minimè dicatur reprobatum per teſtes dicentes ſe non recordari de contentis in inſtrumento, & de materia vide Tiraquell. *de reuocand. donat. in præfat. num. 47. & 48.* Alexand. Stiat. *in conſil. crimin. 117. ſub num. 34. & 36. lib. 1. & inter eadem conſil.* Iul. Scharlatin. *conſil. 118. num. 29.* Menoch. *de arbitrar. quæſt. lib. 2. caſu* 105. *num.* 31. Hieronym. Laurent. *deciſ. Aueniononenſ. 91. num. 31. in fin.* Maſcard. *de probationib. lib. 2. in præfat quæſt. 6. num. 39. & ſeqq. & lib. 3. concluſ.* 1358. *num. 11. & ſeqq.* Monticell. *in repert. teſtium, fol. 320. col. 1. verſic. antepenult.*

b *Præſens.* Inſtrumentum non ſolùm reprobatur, quando teſtes probant aliter fuiſſe ſcriptum quàm dictum, ſed etiã, quando teſtes in inſtrumento deſcriptos illi non interfuiſſe; ſic enim vtroque caſu omnes Doctores hanc materiam tractantes loquuntur, & in ſpecie Aym. *conſil. 56. num. 8. & 17.* vbi vide & Socin. *conſil. 28. num. 3. ante med. lib. 3.*

*Faman. Centol. V. I. D. Galeſij.*

## BVBALI.

*Romana legatorum de Vitellis, die 1. Iulij 1587.*

### ARGVMENTVM.

De iuramento in litem deferendo legatario ſuper æſtimatione rei legatæ, contra heredem non exhibentem ipſam rem legatam in inuentario deſcriptam, & quomodo intelligatur illa concluſio, quòd iuramentum in litem non defertur non plenè informato.

### *SVMMARIA.*

*Inuentarium habet præſumptionem pro ſe, num. 1.*

*Heres dicens, non adeſſe bona deſcripta in inuentario, illi incumbit onus probandi, num. 1. verſic. Et ſi heres.*

*Iuramentum in litem defertur legatario contra heredem, ad probandam æſtimationem rei legatæ, quando ipſam rem legatam in inuentario deſcriptam non exhibet, niſi probauerit eſſe deperditam ſine culpa, num. 1. per totum.*

*Iuramentum in litem regulariter defertur in actione ex teſtamento, & in aliis actionibus ſtricti iuris, propter difficultatem probationis, & propter dolum rei conuenti, num. 1. in fin. & in add. litera a, vbi econtra, quòd nunquam defertur iuramentum in litem, niſi concurrente dolo & difficultate probationis.*

*Iuramentum in litem non defertur non informato, num. 2. & in addit. litera b, rerum coniuncta perſona præſumitur informata, num. 2. vbi etiam quòd ſufficit quem eſſe informatum tempore delationis iuramenti, licèt anteà non eſſet informatus.*

*Iuramentum in litem defertur pupillo contra tutorem, nume. 2. ad finem.*

*Iuramentum in litem an deferatur propter dolum præſumptum, in addit. litera a, verſic. Sed nunquid.*

*Iuramentum in ſupplementum, an & quando deferatur non plenè informato, vtputà heredi, in addit. litera b, verſic. Sic nec iuramentum in ſupplementum.*

## DECISIO L.

1 FVit † reſolutum pro informante, nempe Illuſtri Domino Chiappino de Vitellis legatario bonæ memor. Cardinalis Vitellij, deferendum eſſe iuramentũ in litem. Conſtat enim inuentarium fuiſſe confectum ab Illuſtri Domino Alphonſo Vitello, ſeu ab eius Procuratore, quod apparet, quia poſteà illud produxit in iudicio contra creditores Cardinalis, in quo inuentario deſcripta fuerunt omnia bona mobilia legata per ipſum Cardinalem Domino Chiappino, & ſic ex eo probatur bona in ipſo deſcripta deueniſſe ad Dominum Alphonſum pro ſua rata, in qua erat heres; quia pro inuentario præſumitur, *l. fin. C. arbitrium tutel.* Alciat. *de præſumpt. reg. 3. præſumpt.* 20. cum aliis per Pedemont. *deciſ. 87. num. 11.* Et ſi heres dicat, non adeſſe bona in inuen-

A tario deſcripta, illi incumbit onus probandi, Cornel. *conſi. 127. colum. fin. lib. 4.* Decian. *conſil. 3. num. 4.* Burſat. *conſil. 364. num. 3.* Cùm igitur Dominus Alphonſus dicta bona non exhibeat, & controuerſia ſit ſuper illorum valore inter heredem & legatarium, iuramentum in litem legatario deferendum eſt, ad probandam rei legatæ æſtimationem, niſi heres probauerit res eſſe deperditas non culpa ſua, vt per Paul. de Caſtro *conſil. 212. num. 3. lib. 4.* ſequitur Seraphin. *in tract. de priuileg. iuram. in priuileg. 31. num.* 104. *verſic. ſextus eſt caſus.* Et regulariter in actione ex teſtamento, & in aliis actionibus ſtricti iuris defertur iuramentum in litem, propter difficultatem probationis, & propter dolum [a] rei conuenti non exhibentis, vt per Plot. *de in litem iurand. §. 25. num.* 10. a

B Nec † obſtat, quòd D. Chiappino vti non informato [b], non ſit ferendum iuramentum in litem, quia cùm ſit coniuncta perſona, præſumitur informatus, vt per Socin. *conſil. 264. num. 9. lib. 2.* Plot. *vbi ſuprà, §. 29. num. 4.* quamuis enim tempore obitus Cardinalis D. Chiappinus eſſet in pupillari ætate conſtitutus; tamen procedente tempore potuit ſe ad plenum informare, ſicut dicitur in pupillo, cui defertur iuramentum contra tutorem, *l. tutor, qui repertorium, in princ. ff. de admin. tutor. l. 1. §. officio, vbi gloſ. in verbo, tenebitur, ff. de tutel. & ratio. diſtrahen. l. 1. C. de in lit. iuran.* cum ſimil. 2 b

### *ADDITIONES.*

P*Ropter difficultatem probationis, & propter dolum.* Ergo vbi non adeſt dolus & difficultas probationis, iuramentum in litem non defertur, Menoch. *de arbit. quæſt. lib. 2. caſu* 208. C *num. 1. & 2.* Maſcard. *de probat. lib. 2. concl. 934. num. 3. 7. 8. & 9.* Vbi etiam exemplificat, quando dicatur adeſſe probationis difficultas. Sed nunquid ad effectum deferendi iuramentum in litem ſufficiat dolus præſumptus, an verò requiratur dolus verus? Dic quòd præſumptus non ſufficit, Plot. *de in litem iuran. §. 50. num.* 30. Maſcard. *d. concluſ. 934. nu.* 18. *& num. 27.* Sed contrarium, relatis & reprobatis contrariis, defendit Couarr. *variar. reſolut. lib. 2. cap. 14. num. 6.* vbi ampliùs teſtatur de veriori & magis recepta opinione. a

*Informato.* Non informato iuramentum in litem non eſt deferendum, Aym. *conſil. 287. num. 2. in fine,* Plot. *de in lit. iur. §. 13. num. 4. & §. 51. num. 6.* Sic nec iuramentum in ſupplementum defertur non plenè informato, vtputà filio heredi, aut alteri ſimili perſonæ, quod quando verum ſit, & de materia, vide Diaz *regul. 386. &* 392. Roland. *conſil. 52. per totum lib. 2.* Cephal. *conſil. 225. num. 56. lib. 2.* Menoch. D *de arbitr. quæſt. lib. 2. caſu* 290. *num. 5. & ſeqq.* vbi infert, & declarat Ioſeph. Ludou. *deciſ. Lucen. 42. nu. 16. par. 2.* Vbi quòd tale iuramentum non defertur, niſi ei, qui veriſimiliter ſciat veritatem per actum corporeum ſicut teſtis, *& in commun. opin. concluſ. 16. illat 52.* b

*Famian. Centolin. V. I. D. Galeſij.*

## COMITVLI.

*Gradicen. Canonicatus, Lunæ 20. Iulij 1587.*

### ARGVMENTVM.

Suſpectus de hæreſi & abiurans de vehementi iniuncta ſibi pœnitentia, an peracta pœnitentia E remaneat inhabilis ad beneficia obtinenda, & an etiam priuetur obtentis.

### *SVMMARIA.*

*Habilis quiſque clericus regulariter præſumitur ad beneficia, nu. 2. ad finem.*

*Clericus non eſt pronunciandus inhabilis ad beneficia, niſi cauſſa inhabilitatis expreſſa & probata, num. 1.*

*Clericus condemnatus ad carcerem, & ad alias pœnas, non cenſetur condemnatus ad inhabilitatem beneficiorum, niſi expreſsè dicatur, num. 2. & per totam deciſionem in diſcurſu.*

*Extenſio non datur in odioſis & pœnalibus, num. 2.*

*Sententia eſt ſtricti iuris, nec debet plus operari, quàm ex ea inferatur de neceſſitate, num. 2.*

*Clericus*

*Clericus effectus inhabilis ad beneficia durante pœnitentia ſibi iniuncta, peracta pœnitentia efficitur habilis, num. 2. ad finem.*

*Hæreſis crimen eſt publicum, num. 3.*

*Hæreticus eſt infamis, etiam poſt pœnam perſolutam, num. 3.*

*Infames non poſſunt conſequi dignitates nec canonicatum, num. 3.*

*Canonicatus eſt dignitas, num. 3.*

*Infamis non eſt, qui per ſententiam non eſt declaratus crimino ſus, num. 3.*

*Hæreticus condemnatus de vehementi, an ſit infamis, num. 3.*

*Abiurationis de vehementi forma, num. 3.*

*Iuramentum, quod præſtatur in abiuratione ab hæretico de vehementi ſuſpecto, dicitur iuramentum purgationis, num. 3.*

*Hæreſis vehementes ſuſpiciones detecta innocentia abolentur, nu. 3. in fine.*

*Infamia facti durat etiam poſt purgationem, num. 4.*

*Infamiam facti ſolus Deus tollere poteſt, licèt quoad illius effectum etiam ab homine tolli poſſit per purgationem & emendationem, num. 4. & in addition. litera a, vbi de materia.*

*Clericus propter publicam pœnitentiam ſibi iniunctam dicitur effectus irregularis, num. 5. vbi declaratur.*

*Abiuratio, quam facit ſuſpectus de hæreſi, vehementer fit ob ſcandalum ab ipſo datum in populo. vt ſcilicet quos ſcandalizauerit verbo aut facto, publicè abiurando, & pœnitentiam humiliter acceptando, ædificaret, num. 5.*

*Hæreticus, qui de vehementi abiurauit, & publicè pœnitentiatus, non cenſetur redditus inhabilis ad beneficia, num. 6.*

*Suſpecti vehementer de hæreſi ſuſpenduntur vſque ad congruam purgationem & condignam ſatisfactionem, & propterea ea peracta habiles remanent, num. 6.*

*Suſpectus de hæreſi, qui abiurauit, recuperat in vim obiurationis purgatiuæ beneficia alteri collata, pendente iudicio inquiſitionis, num. 6. in fine.*

*Hæreticorum receptatores & defenſores cenſentur inhabiles ad officia & beneficia obtinenda, num. 7.*

*Suſpecti de hæreſi, in aliquibus caſibus æquiparantur hæreticis, num. 8.*

*Hæreticus relapſus reputatur, etiam quòd prima vice fuerit tantummodò repertus vehementer ſuſpectus de hæreſi, & non conuictus, num. 8.*

*Suſpectus de hæreſi, deficiens in purgatione ſibi iniuncta, habetur pro hæretico, num. 8.*

*Lex ſeu ſtatutum puniens aliquem ratione hæreſis, non habet locum in eo, qui tantum eſt ſuſpectus, num. 8. in fi.*

*Suſpectus de hæreſi purgatus, etiam poſt purgationem remanet ſuſpenſus ratione ſcandali, num. 9. vbi declaratur, quando vltra purgationem ex lapſu longi temporis virtuosè & catholicè vixerit.*

*Malus ſemel, non iterum præſumitur malus, quando conſtat de emendatione per triennium, num. 10. & in addit. litera b, vbi de materia.*

*Hæreticus formaliter abiurans, prima vice non efficitur inhabilis ad beneficia, ſed illa retinere & recuperare poteſt virtute reconciliationis factæ cum Eccleſia, etiam pro miſericordia, num. 11.*

## DECISIO. LI.

1 RECuſarunt † Capitulum cathedralis Eccleſiæ Gadicen. tradere poſſeſſionem Canonicatus & præbẽdæ D. Alphonſo Rodriquez, prouiſo Apoſtolico, cum diceret, illum incapacem ex eo, quòd iam ante viginti annos in exſecutionem ſententiæ latæ per Reuerendos Inquiſitores hæreticæ prauitatis in diœceſi & diſtrictu Hiſpalem publicè pœnitẽtiatus abiuraſſet de vehementi. Qua oppoſitione intellecta E S.D.N. primùm per literas Illuſtriſ. Cardinalis Ruſticucci mandauit Epiſcopo & Capitulo Gadicen. vt ab huiuſmodi traditione poſſeſſionis ſuperſederetur. Deinde, non obſtantibus prædictis literis, in plena ſignatura cõmiſit mihi cauſſam exſequutionis literarum Apoſtolicarum ſuper prouiſione cuiuſdam Alphonſi, quare inſtante Capitulo, vt prætenſa inhabilitas examinaretur ex ſpeciali ordine ſanctitatis ſuæ, id ipſum vrgente retuli in vltima audientia, & iuxta Concilium Dominorum, facto priùs verbo cum aliquibus ex Illuſtriſſimis Cardinalibus ſancti Officij, mandaui partibus vt informarent pro congregatione; An ſtantibus ſententia & abiuratione prædictis, D. Alphonſus cenſendus eſſet inhabilis ad obtinendum Canonicatum in Eccleſia Cathedrali, præſuppoſito quòd poſt lapſum decennij expreſſi in ſenten- A tia ad munus prædicandi & ſacramenta adminiſtrandi reſtitutus fuerit ſiue ex gratia, ſiue ex iuſtitia, quo præſuppoſito dubio Domini reſoluerunt pro negatiua: cùm enim regula ſtet pro habilitate perſonæ, *ad gloſ. in l. ſi quæramus, ff. de teſtam.* nec quiſquam pronunciandus ſit inhabilis ad beneficia, niſi cauſſa inhabilitatis expreſſa atque probata, *gloſ. in extrauag. execrabilis, §. alioquin in verbo, beneficia, de præben.* oportet enim prætenſam inhabilitatem Alphonſi deducere aut ex ſentẽtia DD. Inquiſitorum, aut ex iuris diſpoſitione.

Per † ſententiam non eſſe inductam inhabilitatem, tenuerunt Domini, ex eo, quia duntaxat iniungit abiuratio- 2 nem Alphonſo publicè factam, priuátque illum adminiſtratione ſacramentorum & officio prædicandi & docendi ad decennium & vltra, arbitrio DD. Inquiſitorum, & adſignata illi interim pro carcere ciuitate Hiſpalen. Ergo non po- B teſt extendi ad inhabilitatem, *arg. reg. odia, & reg. in pœnis, de reg. iur. in 6.* Maximè cùm ſententia ſit ſtricti iuris, nec plus operetur quàm de neceſſitate ex ea inferatur, Alexan. *conſil. 18. & 164. num. 2. lib. 7.* Caputaq. *deciſ. 148. nu. 5. part. 3.* & quatenus durante tempore pœnitentię fuiſſet inhabilis, eo elapſo & ſequuta declaratione arbitrij per licentias obtentas à Reuerendiſſimo Ordinario & Inquiſitore Hiſpalen. docendi, prædicandi & adminiſtrandi ſacramenta, cenſetur ad priſtinam habilitatem ex eadem ſententia reſtitutus, *l. Imperator, ff. de poſtul. & cap. penult. de cleric. percuſſ.*

Non † obſtat, quòd condemnatum ex cauſſa criminis 3 publici, cuiuſmodi eſt hæreſis, *cap. ius publicum, diſtinct. 1.* comitatur infamia, etiam poſt pœnam perſolutam, *cap. infames, §. porrò, 3. quæſt. 7.* Specul. *in tit. de teſtam. §. 1. num. 85. & in tit. de ſentent. §. 2. num. 10.* & infamis ſicut non poteſt conſe- C qui dignitates, *cap. infamibus, de regul. iur. in 6.* ita nec canonicatum in cathedrali, Bald. *in Margar. in verbo, canonicus.* Quia reſpondetur, obiectum procedere ratione criminis declarati per ſententiam, vt legitur *in d. §. porrò, & in l. athletas §. calumniator, de his, qui not. infam.* Nec obeſſe ei, qui ob ſolam ſuſpicionem, licèt vehementer, fuit pœnitentiatus, & de ea ſe purgauit abiurando, iuxta formam, quam ponit Emeric. *in director. inquiſ. par. 3. in 5. mod. finiendo proceſſ.* iurans, quòd nunquam credidit nec credit hæreſibus, de quibus habitus eſt ſuſpectus. Quod quidem iuramentum Domini ſenſerunt eſſe purgationis, *ad text. in cap. ad abolendam, §. qui verò inuenti, & in cap. excommunicamus, il 1. in §. qui autem, & §. adijcimus, de hæret. & cap. inter, de purg. can.* per quod detecta innocentia aboletur prior illa ſuſpicio, *cap. ex tuarum, de purg. can.* Simanch. *de cathol. inſtit. titu. 55. num. 3.* D Zanchin. *de hæret. cap. 20. num. 6.*

Nec † refert, infamiam facti etiam poſt purgationem 4 durare, ſiquidẽ ſolus Deus illam remouere poteſt, Hoſtien. Henric. Boyc. & alij *in cap. ex tuarum, extra de purg. canon.* quia ſufficit eſſe ſublatá quo ad illius effectus [a] per purgationem & emendationem, Abb. *ibid. num. 2. & in cap. teſtimonium,* vbi etiam Felin. *num. 2. de teſtam.* a

Nec † obſtat genus publicæ pœnitentiæ per ſententiam 5 iniunctæ, vnde ipſe pœnitens videtur effectus irregularis, *cap. ex pœnitentibus, cap. illud, & cap. placuit, 50. diſtinct.* quia reſpondetur, irregularitatem contrahi ex ea ſolemni ſeu publica pœnitentia, quæ imponitur pro crimine, & habetur *in d. c. placuit,* & not. Archid. *in cap. in capite Quadrageſimæ, eadem diſtinct.* Pœnitentia verò Alphonſo impoſita non fuit ob crimen, de quo ſe purgauit, ſed ob ſcandalum, vt ſcilicet, quos ſcandalizauerit verbo aut facto ædificaret publicè E abiurando, & pœnitentias humiliter acceptando, *iuxta tex. in cap. inter, verſic. in pœnam,* & eo modo verus Catholicus agnoſceretur, *cap. literas, in fin. de præſump.* Rot. *in deciſ. 1. nu. 8. de hæret. in antiq.* Brun. *lib. 3. cap. 6. de hæret.* & Ambroſ. de Vign. *eod. tit. cap. 19. num. 193.*

Quòd † autem ex diſpoſitione iuris nullam contraxerit 6 inhabilitatem ad beneficia is, qui abiurauit de vehementi, & publicè fuit pœnitentiatus, probatur eo ipſo, quòd nulli Canones id exprimunt, *canon. legatur, 24. quæſt. 2. & argum. gloſ. in fine, de iure patron.* Imò cùm conſtitutio canonica doceat, ſuſpectos vehementer de hæreſi ſuſpendendos, etiam vſque ad congruam purgationẽ & condignam ſatisfactionem, infertur, ea peracta habiles remanere, ſic inferente bon. mem. Anto. Auguſtin. *deciſ. 1. de hæret.* aliàs Rota tenuit in vna Varmien. coram bon. mem. Dom. Fabio cum, qui

abiurauit propter ſuſpicionem de hæreſi, recuperare in vim huiuſmodi abiurationis purgatiuæ etiam beneficia, quæ interim pendente iudicio inquiſitionis alteri fuiſſent collata.

7 Non † obſtat *text. in cap. 2. §. hæretici, lib. 2.* vbi receptatores & defenſores hæreticorum, &c. pronunciantur inhabiles ad officia & beneficia obtinenda, quamuis non appareat eos eſſe hæreticos, quia reſpondetur, hunc Canonem vti pœnalem non eſſe extendendum ad eos, qui ex aliis cauſſis ibidem non expreſſis ſuſpecti ſunt, *cap. pœnæ, de pœnit. diſtinct. 1.* Caſſad. *deciſ. 2. num. 3. de iureiuran.* maximè cùm illi, de quibus *in §. hæretici*, ſint magis pernicioſi, & odioſiores, neque ex ſola ſuſpicione, ſed ex ipſo etiam facto damnato punibiles, vt meritò etiam eos poſteriores Pontificum ſanctiones Innocentij, Alexandri & Pauli IV. acriùs perſequantur, & infames eo ipſo pronuncientur.

8 Non † obſtat, quòd in aliquibus caſibus ſuſpecti de hęreſi æquiparentur hæreticis quoad pœnas, *cap. accuſatus, in princ. de hæret. in Sexto. & glo. fina. in d. cap. inter*, quia reſpondetur, tex. *in cap. accuſatus*, procedere ea ratione, quia ſecundus lapſus detegit ſimulationem primæ abiurationis, *argum. l. ſi quis, C. de adult.* vt ibidem declarant Anchar. Archid. & alij, glo. verò fin. loquitur in eo, qui defecit in purgatione: alioquin lex & ſtatutum inhabilitans aut puniens quempiam ratione hæreſis, non habet locum in eo, qui tantùm eſt ſuſpectus, Abb. *in d. c. inter, num. 6.* Put. *deciſ. 400. lib. 2.*

9 Nō † obſtat, quòd ſpeciale dicatur in crimine hæreſis, vt purgatus etiam poſt purgationem remaneat ſuſpenſus ratione ſcandali, vt not. Hoſt. Ioan. And. Butr *in d. cap. inter, & cap. facit, & cap. nihil, de præſcript.* quia præterquàm quòd illud ibi intelligi poteſt eſſe ex eo, quod ſummus Pontifex voluit pronunciando contra illum Decanum, reſpondetur in caſu propoſito ceſſare omne ſcandalum, non modò propter purgationem, ſed etiam ex lapſu tanti temporis, quo virtuoſè & catholicè D. Alphonſus vixit, vt comprobatur teſtimonio ſui Ordinarij, qui præter licentias docendi, prædicandi & ſacramenta adminiſtrandi illi conceſſas, eundem etiam ſuum Vicarium Foraneum conſtituit, ex quibus omne ſcandalum de catholicorum mentibus deletum eſt, *ad text. in eodem cap. inter, c. ferrum, 50. diſtinct.* Felin. *in cap. cum deputati, in princip. de foro compet.* quin etiamſi populus adhuc non ceſſaret ſcandalizari, non videretur eius habenda ratio, *c. qui ſcandalizauerit, de reg. iur.* D. Thom. *in §. par. q. 42. art. 2.*

10 Pariter † non obſtat ſuſpicio recidiuè ad reg. *Semel malus, &c. de regul. iur. in Sexto*, quia regula limitatur, quando conſtat de emendatione per triennium [b], & vltra, Alciat. *de præſumpt. regu. 2. part. 7.* & per Roland. *conſil. 63. num. 12.*

11 Ex † quibus non fuit neceſſe examinare veritatem illius opinionis, quam teſtatur eſſe communem Pariſ. *conſ. 2. num. 88. & 188. lib. 4.* & Roland *d. conſ. 63. num. 26.* ſecundùm quam hæreticus formaliter abiurans, prima vice non efficitur inhabilis ad beneficia, cùm illa retinere & recuperare poſſit virtute reconciliationis Eccleſiæ, etiam pro miſericordia factæ, qua opinione ſtante, præſens reſolutio videbatur carere omni difficultate.

### *ADDITIONES.*

a *Effectus.* Infamia facti an poſſit tolli à Principe, vide quæ ſcripſit Dominus meus Farinac. *in ſua Pract. crimin. part. 1. titu. de inquiſit. q. 6. num. 45. verſic. & in propoſito.*

b *Triennium.* Quòd per triennalem bonam vitam præſumatur emendatio in eo, qui ſemel malus fuit, exornat & infert D. meus Farinac. *in ſua Pract. crim. par. 1. tit. de delict. & pœn. quæſt. 23. num. 26. & ſeqq.*

*Famianus Centolinus V. I. D. Galeſij.*

## ILLVSTRISSIMI ET REVERENDISS. Dn. Manticæ Cardinalis.

*Romana reſciſſionis laudi, 2. Decembris 1587.*

### ARGVMENTVM.

Criminales cauſſæ in generali mandato non continentur, plures exprimuntur caſus in quibus A de iure requiritur ſpeciale mandatum: & per quæ verba hoc ſpeciale mandatum cenſeatur.

### *SVMMARIA.*

*Mandatum ſpeciale requiritur ad petendum reſtitutionem in integrum, num. 1. vbi declaratur.*

*Mandatum generale cum clauſula, ad omnia & ſingula, quæ ipſe conſtituens facere poſſit, etiamſi talia forent, quæ requirerent ſpeciale mandatum, æquiparatur mandato ſpeciali, num. 1. Vbi præſertim hoc procedit, quando in mandato ſunt expreſſi aliqui caſus, in quibus requiritur ſpeciale mandatum.*

*Cauſſæ criminales non continentur in delegatione vel mandato generali, num. 2. in fine, & in addit. litera* a, *vbi de materia.*

B *Procurator non poteſt iurare in animā conſtituentis ſine ſpeciali mandato, num. 2.*

*Mandatum generale cum libera, &c. habet vim ſpecialis mandati, num. 2. & in addit. litera* b, *vbi de materia.*

*Termini ſubſtantiales videntur ſeruandi etiam in cauſſis criminalibus, num. 3.*

*Laudum approbans non poteſt ampliùs petere illius reſciſſionem vel reductionem, num. 3.*

## DECISIO LII.

Conclusum † fuit, exceptiones nullitatis oppoſitas aduerſus ſententiam R. P. D. Glorierij non obſtare: nam quamuis ad petendum reſtitutionem in integrum ſit neceſſarium mandatum ſpeciale, *l. illud, §. 1. ff. de minor.* Gloſ. *in cap. ſuſcitata*, & ibi Abb. *colum. 2. de in integr. reſtit.* tamen ſufficit, ſi procurator, vt in caſu propoſito, fuerit conſtitutus ad omnia & ſingula, quæ ipſemet dominus facere poſſet, etiamſi talia forent, quæ requirerent ſpeciale mandatum, Caſſad. *deciſ. 1. num. 3. de procurat.* Et cùm in mandato, de quo agitur, aliqui etiam caſus ſint expreſſi, in quibus requiritur ſpeciale mandatum, ceſſat omnis dubitatio, *cap. qui ad agendum, de procurat. lib. 6.* Couarr. *variar. reſol. lib. 1. cap. 6. num. 3.* Nam in eo exprimuntur etiam cauſſæ criminales, quæ in mandato generali non continentur [a], *l. non ſolùm, §. vlt. ff. de procurat.* Alexand. *in l. ſi quis, §. ſi procurator, num. 7. ff. quod quiſque iuris.* 1

Hoc † ampliùs Procuratori conceditur facultas, vt poſſit etiam iurare in animam conſtituentis, quod ſine ſpeciali mandato propter magnum periculum animæ facere non poteſt, *cap. vlt. de procurat. lib. 7. cap. vlt. de iuram. calum. eod. lib.* Couarr. *in cap. quamuis, 1. par. §. 5. num. 8. de pact. lib. 6. & par. 9. cap. 20 num. 8. verſic. eſt tamen*, & cum plena & libera etiam adminiſtratio ſit ei conceſſa, id multò faciliùs eſt admittendum, quia mandatum generale [b], *cum libera, &c.* habet vim ſpecialis mandati, *d. cap. qui ad agendum, de procur. lib. 6. l. procurator, cui, & l. mandato generali*, & ibi Bart. *ff. de procur.* Bald. *in d. l. illud, §. 1. num. 4. de minor.* vbi dicit ſemper eſſe reſpiciendum procuratorem, an concedatur libera, & ſic procuratorem defendi poſſe, licèt non habeat ſpeciale mandatū, idémque ſcribit Alexand. *conſil. 22. num. 8. lib. 1* Ruin. *conſi. 93. num. 6. lib. 5.* & Dec. *conſil. 404. num. 6.* Mohed. *deciſ. de offic. vic.* 2

Quod † verò obiicitur, deficere citationem ad dicēdum contra commiſſionem, & contra iura producta, & terminos ſubſtantiales non eſſe ſeruatos, tollitur ex actis, neque etiam refragatur, quòd D. Franciſca approbauerit, & ideò non poſſit petere vt illud reſcindatur vel ad arbitrium boni viri reducatur, Angel. *conſil. 315. num. 2.* Roman. *conſi. 9. in fin.* Dec. *conſil. 30. nume. 2.* quia ſtante commiſſione ſignata manu Papæ, quæ præcipit, vt conſtito de enormiſſima læſione reſtituatur, in dubium reuocari non poteſt, quin iudex, ſi ei conſtiterit de tali lęſione, poſſit eam in integrū reſtituere, quare placuit DD. videre de iuſtitia ſententiæ, & an conſtet de credito D. Franciſcæ quoad fructus dotis. 3

### *ADDITIONES.*

a *Non continentur.* Vide ad hæc Marian. Socin. *in cap. veniens, num. 265. & ſeqq. extra, de accuſat.* & an in generali delegatione cauſſarum cenſeantur delegatæ cauſſæ criminales, videtur quòd non, *per text. in cap. licet, de offic. Vicar. & in Clem. non poteſt, de procuratorib.* ſed contra Card. Zabarell. *in Clement.*

*in Clemen.1.num.19.in 18.q.de offic.Vicar.*Bertachin.*in repertorio, in verbo, delegatus ad cauſſam vnam, verſic.2.& in verbo, cauſſa criminalis, verſ.10.*

b *Mandatum generale.* Ad hanc materiam, an ſcilicet & quãdo mandatum generale *cum libera, &c.* æquipolleat ſpeciali mandato, & ad quæ extendatur hoc generale mandatum, *cum libera, &c.* vide Tiraq.*de retract.lignag.§.1.gl.13.num.32.& ſeq.& in fine tituli, num.*94.Iacob.Nouel.*reg.91.*Franc.Turzan.*opin.16. &* 82.Ioſeph.Ludo.*concluſ.*30.*verſ.& mandatum ſpeciale, & verſ.31.mandatum ſpeciale, & ſeqq.* Anchar. Regien.*q.3.num.19.par.2.* Rom.*ſing.133.*Diaz *reg.450.*

*Famianus Centolinus V.I.D. Galeſij.*

## PAMPHILII.
meritiſſimi Decani.

*Spoletana Beneficij* 18.*Decemb.*1587.

### ARGVMENTVM.

In cauſſa ſpolij, falſitas inſtrumenti debet clarè probari.

### SVMMARIA.

*Falſitas publici inſtrumenti nullum habentis vitium in ſui facie, debet clarè probari, præſertim in cauſſa ſpolij, num.1.*

### DECISIO LIII.

1 DIxerunt † Domini, quòd expedirem cauſſam non obſtantibus deductis, quia cùm ſimus in materia ſpolij, & adſit inſtrumentum publicum, nullum vitium habens in ſui facie, debet ſpoliator clarè probare falſitatem, quam non probat: teſtes enim nihil faciunt, vt fuit dictum coram D. meo Blanchetto. Proceſſus Criminalis oſtenſus non afficit; quia D. Ioannes non fuit citatus, vltra quod in ipſo nihil adeſt, quod releuet; inſtrumenta, quæ modò oſtenduntur, nõ loquuntur de mandato Procuræ ſub die 9. ſecundo loco rogatum, vbi adeſt clauſula, *aliorum quorumcunque bonorum*, & ideò non facit ad rem.

## ILLVSTRISSIMI D. SERAphini Patriarchæ.

*Romana vineæ, Veneris 29. Ianuarij*, 1588.

### ARGVMENTVM.

Bannitus in confiſcatione bonorum, habetur pro mortuo, eíque in iudicio denegatur audientia, tum de iure communi, tum de iure Statutario Vrbis. Cetera videas in ſummariis.

### SVMMARIA.

*Bannitus cum confiſcatione bonorum habetur pro mortuo, nec habet legitimam perſonam agendi in iudicio, eique denegatur audientia tam de iure communi, quàm de diſpoſitione ſtatuti Vrbis, num.2.*

*Bannitus ſine confiſcatione bonorum, an amittat iura propria ciuitatis: an ſit capax hereditatis ſibi delatæ: & an poſſit teſtari, in addit. litera* a.

*Confitens ſe non habere ius in cauſſa, repellendus eſt à iudicio, nu.3.*

*Res iudicata pro veritate habetur, num.3.*

*Pactum in inſtrumento rogationis appoſitum, quòd locatarij ſeu emphyteutæ non poſſint vineã putà locatam aut in emphyteuſin datam alienare ſeu vendere vltra ipſorum vitam, valet & tenet, nu.3. etiam quòd alienatio fiat ex cauſſa neceſſaria, d.num.3.*

### DECISIO. LIV.

1 FVit dubitatum †, an D. Cæſari vel habentibus cauſſam ab eo, competat actio ad recuperationem vineæ, de qua agitur contra DD. de Gymnaſiis poſſeſſores, habentes ius à D. Helena, quæ vineam priùs D. Alexandro & eius filiis ad A eorum vitam conceſſerat. Et dubitationem faciebat; quòd cùm D. Helena dictam vineam conceſſiſſet ad eorum vitam, & adhuc ſupereſſet in humanis, Cæſar Palanterius, licèt bannitus, non videbatur potuiſſe viuo Cæſare vineam occupare, & aliis vendere, prout fecit; & ideò competere actionem ad eam recuperandam Cæſari vel habentibus cauſſam ab eo, nempe D. Succarello, ſiue eius heredibus, vel D. Numæ eorum ceſſionario, qui conſequuti fuerant vineam ex ſubhaſtatione facta ad inſtantiam D. Piſcinæ fideiuſſoris de repræſentando Cæſarem Curiæ ſub pœna quingentorum, pro quibus quingentis ab eo ſolutis recuperandis deuentum fuerat ad ſubhaſtationem vineę, & fuit deliberata D. Succarello.

Tamen † D. concordes fuerunt, nullam Cæſari, neque 2
habentibus cauſſam ab eo, cõpetere actionem contra DD.
B de Gymnaſiis. Non enim Cæſari dari poteſt actio, cùm ſit
bannitus, & eius bona cõfiſcata [a]; ideò habetur pro mortuo, a
Tiraquell.*de retract.lignag.§.1.gloſ.9.num.27.* cum aliis, & denegatur ei audientia, tum ex iuris communis diſpoſitione, Bald.*in l.fin.§.neceſſitatem, num.4.C.de bon.quæ liber.* cum ſimilib. tum ex diſpoſitione ſtatutorum vrbis, *c.16.& 17.lib.2.*

Quantum † verò ad DD. Succarellum & Numam præ- 3
tendentes ſe ab eo cauſſam habere, idem eſt dicendum. Primò, quia tam Numa, quàm heredes Succarelli ex eorũ confeſſione repelli poſſunt, cùm faſſi fuerint, alter iudicialiter, alij verò in ceſſione facta ad fauorem Numæ, ſe nullum ius in dicta vinea habere, *l.1.C.de confeſſ.* Succarellus autem ſuccubuit in Curia Capitolina, & contra eum adeſt res iudicata, quæ pro veritate habetur. Secundò, quia prætenſum ius ipſorum pendet à ſubhaſtatione & deliberatione vineæ
C facta Succarello, quæ fuit nulla, tum quia portio Horatij vnius ex vocatis in conceſſione facta, Alexandro conſolidata fuerat cum proprietate, cùm ipſe portionem ſuam retroceſſiſſet D. Helenæ, & ideò ſubhaſtatio non poterat fieri ſuper illa portione; tum quia expreſsè cautũ fuerat in inſtrumento præfatæ conceſſionis, vt Domini locatarij vel emphyteutæ non poſſent dictam vineam alicui vendere, cedere nec concedere, pignorare, locare, vel aliàs quomodolibet alienare vltra vitam eorum; ſed ſi durantibus vitis eorum vellent alicui vel aliquibus vendere, tenerẽtur priùs requirere Domin. Helenam, & ſuos heredes & ſucceſſores, ſi voluerint eã habere pro eiuſdem pretio & conditionibus, & poſt huiuſmodi requiſitionem & intimationem poſt decem dies eis non acceptantibus, alteri concedere poſſent; quo pacto ſtante, ſubhaſtatio & deliberatio eſt nulla, vt in propriis terminis exſtat *conſil.*Bald.306.*lib.1.* qui multis & optimis rationibus ita concludit, etiam quòd alienatio fiat
D ex cauſſa neceſſaria & per viam ſubhaſtationis. Quare hîc apparet, nullum ius ex ſubhaſtatione nulla fuiſſe quæſitum iſtis Dominis Succarellis & Numæ, & ex hoc ſolo fundamento tolluntur omnia ex aduerſo allegata, & ideò concluſum, Dominos Gymnaſios eſſe tam in poſſeſſorio, quàm in petitorio ab impetitis abſoluendos.

### ADDITIO.

COnfiſcata. Ergo ſi quis fuerit bannitus ſine confiſca- a
tione bonorum, non habetur pro mortuo: is enim quoad bona, non amittit iura propria ſuæ ciuitatis, ſecundùm Cornel.*in l.1.num.6.verſic.& tenendo hanc communem, C. de hered.inſtit.* vbi tamen adducit etiam contraria, & pro eorum ſolutione diſtinguit: diſtinctionem ibi videas, Imol. *in l.eo facto, §.ex facto, num.20.ad med.verſic.ſecus ſi bona non eſſent publicata, ff.ad Trebellian.* Rip.*in d.§.ex facto.nu.16.in fin.*
E Gozadin.*conſil.96.num.7.* Decian.*conſil.64.num.44.* quos & aliqs refert Clau.ad Bertaz. (licèt non ad hoc propoſitum) *in conſil.489.litera A, verſic.quartò limita.*

Hinc etiam bannitus in pœnam mortis, ſed ſine publicatione bonorũ, quòd ſit capax hereditatis ſibi delatæ tam de iure ciuili, quàm de iure municipali, voluit Salicet.*in l.1. num.22. C.de hered. inſtit.* qui loquitur in caſu ſtatuti Bononiæ, volentis, quòd pro homicidio bona non publicentur; ſequitur ibid. Corn.*nu.6.verſic & tenendo hanc opinionem* vbi diſputat de veritate huius concluſionis, & poſteà diſtinguit.

Contrarium, quòd imò bannitus etiam ſine publicatione bonorum amittat iura ſuæ ciuitatis, quoniam poteſt impunè offendi, voluit poſt Bart. quem allegat Peregr. *de iure*

*fiſci,*

*fiſci,lib.3.tit.7.num.9.in fin. & num.10.*faciens generalem concluſionem,quòd publicatio bonorum non eſt cauſſa,vt bannitus amittat iura ſuæ ciuitatis,ſed bene hoc operatur facultas à ſtatuto data, vt is impunè offendi poſſit, ideò eo ipſo quòd poteſt impunè offendi,amittit iura municipalia, quãuis ſibi bona non fuerint publicata,vt ibi per eum. Qui tamen declarat,hoc procedere in ſimpliciter condemnato, ſecus in condemnato in pœnam pecuniariam adiecta conditione,vt donec illam ſoluerit,poſſit impunè occidi. Tunc enim pœna impunæ offenſionis non eſt mortalis,ſed medicinalis & reſolubilis per ſolutionem pecuniæ; ideò ſuæ propriæ ciuitatis iura bannitus retinet, ex Bart.& Salic. *in locis per eum relatis*,Simon de Præt.*de interpr.vlt.volun.lib.2.interp.2.dubit.1.ſolut.num.12.*

Sic & bannitus in pœnam mortis, & qui poteſt impunè offendi in caſu,quo de iure teſtari non poteſt, quod nec etiã teſtari poſſit,quamuis eius bona non ſint publicata, conſuluit Menoch.*conſil.492.num.20.in fine,& ſeq.lib.2.* vbi reprobat contrarios,& adducit concordantes,quod tamen ego intelligendum crederem,ſi bãnitus teſtetur in loco,in quo eſt bannitus,vel etiam extra territorium dictæ ciuitatis, vel ſecundùm ius commune,vel ſecundùm ſtatuta loci,in quo teſtatur,etiam de bonis in loco banni exſiſtentibus:tunc enim hoc teſtamentum valere dixit idem Menoch. *d. conſil. 492. num.9.12.&14.*

*Famianus Centolinus V. I. D. Galeſij.*

ILLVSTRISSIMI ET REVERENDISS. Dn.Blanchetti Cardinalis.

*Vrbeuetana Legati,12.Febr.1588.*

## ARGVMENTVM.

### Bannitus quando poſſit teſtari,quandóve dicatur condemnatus propter contumaciam,& quãdo propter delictum.

*SVMMARIA.*

*Bannitus auctoritate Papæ non habet teſtamenti factionem, num.1.& in addit.lit.a,vbi de materia, an & quando bannitus poſſit teſtari.*

*Bannitus à Gubernatore vrbis,vigore commiſſionis à Papa emanatæ,dicitur bannitus auctoritate Papæ, nu.1.& in addi.litera b.*

D *Bannitus & condemnatus in contumaciam ex præcedentibus teſtib. probantibus delictum,dicitur condemnatus propter delictum,& non propter contumaciam,num.1.*

*Sententia contra bannitum & contumacem data propter eius non comparitionem,facit notorium,num.1.in fin.*

*Supplicans,vel abſolutionem petens, regulariter non dicitur fateri delictum, fallit quando in ſupplicatione expreſsè narratur factum,ex quo reſultat delictum,num.2.*

*Teſtamentum primum validum non reuocatur per ſecundum inualidum,num.3.& in addit.lit.c.*

*Mandatum præſumitur ex impenſa quam facit Procurator in expediendo ſupplicationem,præſertim ſi poſteà principalis ipſa gratia vſus fuit,num.3.*

## DECISIO LV.

E

1 DOmini † dixerunt ſecundum teſtamentum Capitanei Gualterij fuiſſe nullum,fuit enim conditum tempore, quo ſibi erat prohibita factio teſtamenti, cùm eſſet bannitus auctoritate Papæ [a],Rip.*in l.eo facto,§.ex facto,num.18.ff.ad Trebell.*Mattheſil.*in tract.de ſucceſſ.ab inteſt.artic.3.nu. 43.* cum aliis pluribus allegatis per D.Coronatum, quæ applicantur propoſito caſui, quia Capitaneus Gualterius fuit condemnatus à Gubernatore vrbis,vigore commiſſionis à Papa [b],emanatæ,non ob contumaciam,ſed propter delictum. Cùm enim ex teſtibus examinatis Viterbij, & ad Gubernatorem Vrbis tranſmiſſis fuerit probatum delictum, ſententia non dicitur interloquutoria propter contumaciam, ſed diffinitiua propter delictum, vt fuit dictum in illa Romana Canonicatus ſancti Angeli coram bo.me.Dn. Cotta,& in alia ciuitatis caſtelli coram R.P.D.Seraphino, quæ ſententia propter non comparitionem Gualterij fecit notorium, & ex Bulla Pij IV. ex quo ſequitur, vt vigore Bullarum fuerit effectus inteſtabilis.

Iuſtificantur † etiam ſententiæ ex cõfeſſione Capitanei in precibus,vulgata *l.cùm precum,ff.de liber.cauſ.*Nec obſtat regula,quòd petens abſolutionẽ,non cenſeatur fateri,Rot. *deciſ.11.de excommun.in antiq.*Couarr.*in cap.alma mater, par.1.§.12.num.1.de ſent.excommun.in 6.*Quando enim in precibus refertur factum tale, à quo reſultat delictum, tunc petens abſolutionem habetur pro confeſſo,Præpoſ.*in cap.ad præſentiam,num.1.de appell.*Abb.*in cap.exhibita,propè finem,de homicid.* Couarr. *vbi ſuprà num.3.* 2

Non † obſtat, quòd non conſtat de mandato ipſius, dictam ſupplicationem fuiſſe porrectam,quia adeſt præſumptio oriens ex impenſa,tum quia ipſe fuit vſus ipſa gratia, ex his ſequitur, quòd ſecundùm teſtamentum conditum tempore inhabili [c], non annullat primum, prout fuit deciſum coram bon.mem.D.Lauretano. 3

*ADDITIONES.*

A *Victoritate Papæ.* Non ſine ratione in hac deciſione ponderatur, quòd iſte Capitaneus erat bannitus auctoritate Papæ:niſi enim ſic fuiſſet bannitus,de iure communi non amiſiſſet teſtamenti factionem, ſecundùm Bart. *in l.eius.qui.§.ſi cui,num.2.ff.de teſtam.*Bald.*ibid.num.3.verſic. aut vult teſtari ſecundùm ius commune,*Imol.*num.6.in fin.verſ. ſed poſſet bene teſtari ſecundum formam iuris communis,*& Aret. *colum.5.poſt num.4.verſic.vnus eſt,*Boſſ.*in tit.banniti quid amit. num.13.* vbi de communi,* Capra *concluſ.102. num.110.* vbi etiam de communi,* Bero. *in conſil.8.per tot.lib.2.vbi, nu.6. & ſeqq.*hanc concluſionem cõprobat quinque fundamentis,Viu.*opin 79. num.3.* qui etiam de communi, Clar. *in §. teſtamentum,quæſt.19.ſub verſicu. aliquando verò,ad med.* vbi quòd in hoc omnes concordant, Ioan.Petr.Surd. *conſil.90. nu.38.* vbi de communi & ſeruata opinione,Menoch. *conſil. 281.num.25. lib.3.* vbi etiam de communi. Auctoritas ergo Papæ vel Imperatoris operatur,vt bannitus teſtari nõ poſſit etiam de iure communi, prout in ſpecie ſic voluit Ioan. Sichar.*in l.1.num.17.in fin.C.de hered. inſtitut.* prout eoſdem etiam hereditatis & ſucceſſionis ipſis delatæ incapaces facit,ſecundùm eundem Ioan.Sichard.*in d.l.1.num.15.verſic.ſi autem ab Imperatore,& d.num.17.* vbi ampliat etiam in bannito à Camera Imperatoris,Paul.Granut.*theorem.4.num.14.* Michaël Craſſ.*in tract.de ſucceſſionibus.§.ſucceſſio ab inteſtato, quæſt.7.num.2.*vbi de communi * Simon.de Præt.*de interpr. vltimar.volunt.lib.2.interpr.2.dubitat.1.ſolut.1.num.11.fol.mihi 124.* Et eſt ratio,quia ſic banniti à Papa,vel ab Imperatore generaliter amittunt etiam ea, quæ iuris communis ſunt, ex allegatis per D.meum Farinac. *in ſua pract.crimin.part.2. tit.de var.ac diuerſ.quæſt.q.102. num.59.* in qua quidem quæſtione ad ſaturitatem explicatur, an & quando bannitus priuetur teſtamenti factione actiua vel paſſiua. a

*Vigore commiſſionis à Papa.* Aduerte,quia aut ſumus in delegato à Papa,vel ab Imperatore ſpecialiter ad illã cauſſam; & tunc ſine dubio bannitus à tali delegato cenſetur bannitus banno Papali & Imperiali,prout ſunt termini huius deciſionis,& loquitur Honded.*in conſil.67.num 22.lib.1.* qui teſtatur de communi opinione. Si verò ſumus in delegato Papæ vel Imperatoris nõ ſpecialiter ad illam cauſſam, ſed generaliter,& tunc diſtingue,vt per Boſſ.*in tit.de bonor. publicatione, ſub num.69 ad med. vſque ad finem,*cuius diſtinctionem reaſſumpſit D.meus Farinac. *d.quæſt.102. num.62. & ibidem num.59.& ſeqq.* vbi alia ad materiam banniti auctoritate Papæ vel Imperatoris. b

*Tempore inhabili.* Quod primum teſtamentum validum non reuocatur per ſecundum inualidum,& de materia vide poſt alios, quos referunt antiquiores Cephal. *conſil.32. num.22.* Diaz *regul.733.* Clar.*in §.teſtamentum,quæſt.96. & 97.* Roland.*conſil.33.num.4.& 5.lib.3.*Ioſeph.Ludouic. *concluſ.58.in octaua ampliatione.* c

*Famian.Centolin. V. I. D. Galeſij.*

BVBALI.

*Cæſaraugustana ſtatus, 9.Martij 1588.*

ARGV

## ARGVMENTVM.

Controuertitur in hac deciſione, an & quando abſolutionem petens ab excommunicatione, dicatur fateri criminis reatum & excommunicationem ipſam: & quando etiam abſolutio cenſeatur petita ſimpliciter, ſeu potiùs ad cautelam.

## *SVMMARIA.*

*Abſolutionem petens ab excommunicatione incurſa propter matrimonium contractum cum conſanguinea, cenſetur vtique ipſum matrimonium fateri, vt num.1.poſt med.*

*Excommunicatus propter ſponſalia contracta cum ſua conſanguinea per verba de futuro, abſolui poteſt ab Epiſcopo, num.2. Et an ex hoc cenſeatur excommunicatus contrahens dicta ſponſalia, num.1.in fin.*

*Crudelis eſt, qui ſuam famam & honorem negligit, num. 3. ante finem.*

*Abſolutionem petẽs ab excommunicatione propter delictum, quod quis non commiſit, malè facit, & peccat, num.3.in fine.*

*Peccat mortaliter, qui moritur in confeſſione, affirmando aut negãdo contra veritatem aliquod peccatum mortale, num.3.in fine.*

*Delegatus Apoſtolicus non poteſt abſoluere ad cautelam, niſi ſpecialiter talis abſolutio ſibi commiſſa fuerit, num.4.*

*Abſolutio ad cautelam non dicitur, quando illa fit in forma Eccleſiæ conſueta, ſeruatis iis quæ ſeruari debent duntaxat in eo, qui certa aliqua excommunicatione innodatus eſt, num.5.*

*Abſoluendus ab excommunicatione iurat de parendo mandatis Eccleſiæ, & ſibi iniungitur pœnitentia, num.5.in fine.*

*Abſolutio excommunicationis non dicitur data ad cantelã, quando abſoluendus iniuncta ſibi pœnitentia iurat de parendo mandatis Eccleſiæ, num.5.in fin.*

*Delictum in dubio non præſumitur, & quando præſumitur, præſumi debet potiùs minus delictum quàm maius, num.9. & in addit.litera a,*

*Actor debet concludenter probare ſuam intentionem, num.11.*

*Alternatiua oratio ſufficit, vt in vna parte verificetur, num.11.*

*Confeſſio incerta & dubia non præiudicat confitenti, num. 11. ante finem.*

Forſan, *dictio, licèt aliquando ſtet aſſertiuè, hoc tamen erit impropriè, non autem propriè, num.11.in fine*

*Confeſſio, vt noceat confitenti, non eſt facienda impropriatio verborum, imò vt non noceat, verba improprianda ſunt, num.11.*

*Confeſſio qualificata in ciuilibus non ſcinditur, ſed debet tota acceptari, vel tota recuſari, licèt ſecus ſit in criminalibus, num.14.*

*Confeſſio dubia & cum incertitudine, admittitur in ciuilibus, n.12.*

*Iudex debet eſſe ſemper promptior ad abſoluendum, num.12.in fine.*

*Excommunicatio non infert contractum matrimonij, & ad quem effectum iſto caſu ſit neceſſaria abſolutio ab excommunicatione, num.13.*

*Abſoluendi poteſtas data alicui quatenus opus ſit, importat etiam ſpecialem commiſſionem abſoluendi ad cautelam, num.13. in fine, & num.16.*

*Abſolutio ab excommunicatione cum conditione, quatenus abſoluendus ſit excommunicatus, valet, num.18.in fi.*

*Conditio de præſenti actum non ſuſpendit, num.15.in fine.*

*Confeſſio facta in precibus dicitur ficta & implicita, num.17.*

*Confeſſio ficta non nocet confitenti in alio iudicio, num.17. & in addit.lit.*b.

*Abſolutio excommunicationis ad cautelam, non datur à ſententia lata à Canone, num.19.*

*Abſolutio excommunicationis ad cautelam, poteſt dari ſuper facto dubio vel etiam probabili dubio iuris, num.18.*

*Geminatio actuum non dicitur, quando vnus poſt alium ſequitur in continenti, num.19.*

*Teſtis vnus deponens de fama, de qua nemo alius deponit, nullam facit fidem.num.20.*

## DECISIO LVI.

1 NOn liquet†, vt videatur, an eſſet neceſſariũ perinde valere propter aliquam excommunicationem incurſam abſque eo, quòd fuerit incurſus reatus inceſtus ante exſequutam diſpenſationem, prout in diſcurſu extenſi. In quo reſolutum fuerat in hac cauſſa pro maiori parte Domino-
A rum ſub die 21. Nouemb. 1556. conſtare ſequutam fuiſſe copulam inter Dominos Don Petrum de Luna & Agnetã de Mendozza, ſaltem poſt datam mandati de diſpenſando per eos obtenti, & ante illius executionem, quam probationem colligebant Domini principaliter ex confeſſione dictorum coniugum in literis *perinde valere*, per eos obtẽtis, iunctis adminiculis, cum deductis pro parte Illuſtr.D. Don Ioannis de Luna, quæ adminicula conſiſtebant potiſſimum in dictis quatuor teſtium, quorum ſummarium tũc datum fuerat, poſteà verò in deciſionibus factis ſuper fide dictorum teſtium, & ſuper exceptionibus, quæ cõtra illos opponebantur pro parte Illuſtr.D.Don Michaëlis de Luna, vnus ex d.teſtibus reiectus fuit, & alius reſeruatus arbitrio. Hinc ſumpta occaſione, cùm de nouo controuerteretur ſuper d.
B reſolutione facta ſuper copula ob reiectionem d.teſtium, propoſitum dubium ſuper eiſdem die Mercurij 9.Decemb. 1578. nec potuit tunc capere reſolutionem propter varias Dominorum opiniones, vnde iterum per me propoſito dubio ſub d.die 9.Martij 1588. Domini pariter in contrarias iuerunt ſententias. Aliqui enim putabant ſtandum eſſe in reſolutis ex rationibus deductis in deciſione ſua. Iſtis Dominis multùm vrgere videbantur, & conſiderabãt gratiam perinde valere: duo principaliter continere abſolutionem a generali excommunicatione & reualidationem primæ diſpenſationis. Prima præſupponit contractum matrimonij inter coniunctos verè vel ex opinione contrahentium, *ad not.in Clem.1.de conſan.& affin.* Reualidatio neceſſariò præſupponit primam diſpenſationem inualidam propter ali-
C quod impedimentum. Aliud autem impedimentum non narratur, niſi inceſtus qui contrahitur per copulam inter coniunctos ante obtentam & executam diſpenſationem. Cùm igitur gratiam perinde valere non fuerit neceſſarium propter ſuſpicionem excommunicationis, dicendum eſt illam fuiſſe obtentam ad reualidandum primam diſpenſationem ſubreptitiam propter inceſtum commiſſum. Quòd autem gratia perinde valere, non eſſet neceſſaria propter incurſum excommunicationis, apparet primo, quia Docto. non controuertunt, an per ſponſalia de futuro incurratur excommunicatio, & ideò non erat neceſſaria abſolutio.

Secundò, quia † nec pro tali abſolutione fuerat neceſſarium adire Papam: Epiſcopus enim à tali excommunicatione abſoluere poterat, vt per Doctor. *in cap.nuper, de ſent.* 2
D *excom.* Couarr. *in c.alma mater, §.12.num.5 eod.tit.in 6.*

Tertiò † conſiderabant colligi claram confeſſionẽ copulæ ex petitione abſolutionis, & acceptatione facta per ipſoſmet coniuges omnes, quæ declarant mentem ipſorum oratorum in eo, quod ſub dubio fortè confeſſi fuerunt in literis, *perinde valere*; nam in petitione abſolutionis ipſi omnes petunt abſolutionem à generali excõmunicationis ſententia, inceſtus reatu, & aliis cauſſis: ex quibus verbis duo colliguntur. Primum, quòd iſti omnes petunt abſolutionem ab incurſu excõmunicationis. Secundum, quòd petunt abſolutionem à reatu inceſtus. Vnde quamuis dubitari poſſit, an hæc abſolutio ab excommunicatione ſit ſimpliciter, vel ad cautelam; & an ex hac abſolutione oratores cõfeſſi fuerint delictum; tamen quoad abſolutionem à reatu inceſtus res non videbitur habere difficultatẽ apud iſtos Dominos, tum quia non eſt veriſimile, quòd per actus præfatos ſe de inceſtu infamaſſent, cùm dicat D.Auguſt. crudelem eſſe, qui
E famam ſuam negligit; tum etiam quia ſi ipſi cõſcij fuiſſent nullum inceſtum contraxiſſe, vtique mortaliter peccaſſent petendo abſolutionem de delicto, quod non commiſerant. Nam mortaliter peccat, qui moritur in confeſſione affirmando, aut negando contra veritatem aliquod peccatum mortale, Nauar. *in Manual, cap.21.num.37.* tum & tertiò, quia non eſt veriſimile, quòd dicti coniuges poſuiſſent ſe in periculo, ponendo in controuerſiam, an proles interim nata eſſet ex legitimo matrimonio, vt modò experientia docet. 3

Præthereà †, ſi non præſupponeretur confeſſio ipſorum coniugum, executio commiſſarij fuiſſet ſine iuriſdictione, quia cùm haberet poteſtatem abſoluendi quatenus opus eſſet, abſoluiſſet quatenus opus non eſſet, & non eſt veriſimile, dictos coniuges voluiſſe facere actum fruſtratoriũ cum tot ſolemnitatibus, nec poteſt dici, quòd hæc abſolutio ſit ad cautelam. Primò, quia delegatus ampliùs non abſoluit ad cautelam, niſi ſpecialiter ei commiſſum fuerit; Couarr. 4

*in d.c.*

*in d.c.alma mater.§.12.num.*8.Nauar.*in Manual.c.*27.*nu.* 278. *iuxta gloſſ.c.capitulum,de reſcrip.*

5 Secundò † non poteſt dici abſolutio ad cautelam ex modo exſequendi in forma Eccleſiæ conſueta,ſeruatis iis, quæ ſeruari debent,duntaxat in eo,qui certa aliqua excommunicatione innodatus exſiſtit,vt per Nauarr. *in c.1.in prin. num. 64.& 66.de pœnit. diſtinct.6.* Nam talis abſoluendus iurat de parendo mandatis Eccleſiæ,cum recitatione Pſalmi & Oratione, & ſibi iniungitur pœnitentia , quæ omnia comprobant, non fuiſſe præſtitam abſolutionem ad cautelam, maximè attenta qualitate perſonarum.

6 Tertiò,vt ſuprà † dictum eſt, licèt abſolutio ad cautelam poſſit conuenire abſolutioni ab excommunicatione , non tamen adaptatur abſolutioni à reatu inceſtus,cùm ſit peccatum mortale,& annullet diſpenſationem obtentam, & ideò de neceſſitate dicendum eſt,omnes dictum reatum confiteri voluiſſe, petendo abſolutionem , & obtinendo reualidationem diſpenſationis.

7 Nec † obſtat , quòd petierint abſolutionem & exſequutionem literarum iuxta illarum formam , quæ dum eſſent conceptæ dubitatiuè cum dictio *forſan*,etiam abſolutio cenſetur petita dubitatiuè,quia fuit reſponſum,quòd cùm commiſſa eſſet facultas abſoluẽdi,*quatenus opus eſſet*,oratores per comparitionem & acceptationem declararũt opus eſſe, nec erat opus aliqua certificatione,iuxta tradit.per Lap. *alleg.60.* & quod expreſſum erat in ſupplicatione ſub dubio , forſan de copula,ante exſequutam diſpenſationem , certum reddiderunt acceptando pœnitentiam ſalutarem , quæ pro inceſtu iniungi conſueuit.

8 Non † obſtat,quòd gratia *perinde valere* , debet recipere interpretationem à mandato,quod eſt reſtrictum ad petendam abſolutionem ab excommunicatione, quia mandatum eodem die,quo fuerunt contracta ſponſalia , fuit datum ad obtinendam primam diſpenſationem,& veriſimile eſt,aliud mãdatũ ſuperueniſſe ad obtinendũ literas *perinde valere*,omninò diuerſas à prima diſpenſatione,& poſt bienniũ obtẽtas.

9 Non † obſtat , quòd interpretatio fieri debeat ad excluda dendum delictum,quia,vt ſuprà dictum eſt,maius delictũ [a], erat confiteri peccatum,quod non erat commiſſum.

10 Coadiuuabant † etiam hanc confeſſionem ex dictis teſtium,qui non fuerunt reiecti ponderando eorum dicta,iuxta diuiſionem iam factam.

11 Alij verò † Domini in contrariam venerunt ſententiam, cenſentes recedendum eſſe à reſolutis,nempe quòd ex omnibus deductis non probetur,copulam interueniſſe ante ſequutam diſpenſationem : mouebantur,quia cùm Illuſtr. D. Don Iannes ſit actor,debet concludenter probare ſuam intentionẽ,& ſic nõ ſolũ copulam,ſed etiam illã ſequutã fuiſſe de tali tempore,ita vt annulletur matrimonium. Confeſſio autem,quæ elicitur ex literis,*perinde valere*,non ſatis videbatur iſtis Dominis concludere ; dicebant enim confeſſionem fundatam in literis,*perinde valere* , eſſe incertam duplici reſpectu:vel quia plura narrantur alternatiuè,quorum ſufficit alterum verum eſſe,& quia dum narratur copula,eſt appoſita dictio *forſan*,quæ regulariter ſtat dubitatiuè. Cùm igitur confeſſio ſit incerta & dubia,non poteſt aliquo modo præiudicare cõfitenti,Socin.*in c.dilecti,nu.53.& n.63.verſ.ſecundo caſu,de libell.oblat* Et quãuis dictio *forſan*,aliquãdo ſtet aſſertiuè : tamen hoc intelligitur impropriè, & non eſt facienda impropriatio,vt cõfeſſio noceat cõfitenti,ſed potiùs impropriãda eſt confeſſio,vt minùs noceat,iuribus vulgaribus.

12 Neque † abſurdum videtur eſſe, quòd quis in facto proprio dubiam confeſſionem faciat , quia quicquid ſit in criminalibus,expeditum eſt in ciuilibus licere confitenti adiicere qualitatẽ quã voluerit,quæ nõ ſcinditur,& ſic poteſt etiam fateri ſub dubio & cum incertitudine , vt per Bertran. *conſ.94 nu.4.part.2.lib.*2.cũ aliis allegatis. Cùm igitur hîc nõ habeamus confeſſionẽ certã & claram,ſed potiùs elicitã ex veriſimilitudine & præſumptionibus,non debet aliquo modo iudicari intentionem actoris eſſe fundatam ex hac confeſſione,nec talẽ adeſſe probationẽ , vt motus animi iudicis compellatur ad ſequẽdum acta & plenè probata,quia in dubio promptiores ſumus ad abſoluẽdum,vt bene tradit Bald. *in rubr.de controu.inueſtit.num.7.verſi.ex hiſ concluditur.*

13 Nec † dici poteſt gratiam *perinde valere* fuiſſe ſuperfluam & fruſtratoriã,quia poteſt verificari in vna parte alternatiua,

A nempe abſolutione ab excommunicatione,quam putabant oratores incurriſſe ob ſponſalia contracta; credebant enim dubitari potuiſſe,an ex illis contractum fuiſſet matrimoniũ de præſenti,quod apparet, ex quo eadem die conſtituerunt procuratorem ad petendam abſolutionem ab excommunicatione,quamuis excõmunicatio non impediat cõtractum matrimonij,*cap.ſignificaſti,de eo,qui dux.in matrim.quam poll. per adulterium:*tamen neceſſaria erat abſolutio ad effectum, vt diſpenſatio ipſis oratoribus ſuffragaretur,*cap.1.de reſcrip. in 6.*vltra quòd hæc abſolutio poterat peti ad cautelã,quod ſuadetur ex verbis ipſarum literarum,dum in eis ſpecialiter datur facultas abſoluendi *quatenus opus ſit*;quę verba referri poſſunt tam ad abſolutionem ab excommunicatione,quàm ab inceſtu,& dicta verba, *quatenus opus ſit* , important ſpecialem commiſſionem abſoluendi etiam ad cautelam.

B Nec † obſtat proteſtatio & petitio abſolutionis , quia omnia narrantur cum relatione ad ipſas literas , nec ex eis poteſt colligi aliqua confeſſio,quia non conſtat ſuper quo oratores petant ſe abſolui,ſed ſemper dicunt ſuper contentis in literis,quæ ſunt dubitatiuæ & alternatiuæ. 14

Non † obſtat abſolutio,quia ipſa etiam eſt alternatiua, 15 tum ratione perſonarum,dum dicitur , *ſeu eorum alter*, tum etiam ratione criminum,quia non exprimitur aliquod crimen pro certo,ſed ſemper adeſt relatio ad literas,in quibus delicta exprimũtur alternatiuè,& cùm detur facultas commiſſario abſoluendi *quatenus opus ſit*,referendo ſe ad literas commiſſarias,cenſetur abſoluiſſe ſi opus eſt,quod fieri poteſt, Nauar. *in Manual.cap.26.num.*12. vbi dicit, quòd valet abſolutio dicendo, *ſi feciſti aut præſtitiſti talem rem,ego te abſoluo*, quia eſt conditio de præſenti vel de præterito , quæ C actum non ſuſpendit, *l.cùm ad præſens, ff.ſi cert.pet.*

Non † obſtat acceptatio pœnitẽtiæ,quia fit retẽtis iiſdẽ 16 terminis, videlicet, *quoquo modo, & quatenus opus ſit*, & dici poteſt fuiſſe obtentã ad cautelã,Put.*deciſ.96.lib.2* vel ad redimendã vexationem, Bal. *in c.1.§.iniuria,de pact.iur.firmat.*

Præterea † in omnem euentũ hæc cõfeſſio facta in pre- 17 cibus dicitur ficta & implicita,Fel.*in c.2.nu.7.de excep.*Gabr. *de confeſ.concluſ.4.nu.32.*Quæ confeſſio ficta neque ipſi confitenti nocet in alio iudicio [b],Corn.*conſ.274.nu.5.& 8.lib.3.* b

Non † obſtat, quòd abſolutio ad cautelam non datur à 18 ſententia lata à Canone, Franc.*in cap.ſolet,num.2.de ſentent. excommun.in* 6. Quia reſpondetur,quòd ſuper facto dubio, vel probabili dubio iuris, poteſt etiam dari abſolutio ad cautelam,vt per Doctor. *in d.c.ſolet.*

Non † obſtat adminiculum ſumptum ex geminatione, 19 tum quia omnia fiunt ſemper cum relatione ad literas, & ſicut illæ non probant,ita nec inde ſecuta,*l.1.C.de error.calcul.* tum quia omnia fiunt in continenti & vnico actu,& ſic D ceſſat geminatio,ad tradita per Euerard. *in loco à vi geminationis, in fine.*

Non † obſtant adminicula ex dictis teſtium,quia ſublato 17. teſte, non videtur aliqua fides adhibenda tertio teſti,qui fuit remiſſus arbitrio,quia cùm deponat de fama,de qua nemo alius deponit , non videtur ei credendum ſuper re tam inueriſimili. 20

Alij † teſtes non videntur percutere tempus illicitũ ante 21 executam diſpenſationem , ſed potiùs videntur attingere tempus poſt executam diſpenſationem, vt bene deducunt informantes pro parte Illuſtr. D.Don Michaëlis,& videtur repugnare honeſtas D.Agnetis,quę tollit omnem præſumptionem, ſi qua eſſet,ex perſona D.Petri.

Vnus † autem ex Dominis conſiderabat,quòd ſi literæ 22 *perinde valere*,non erant neceſſariæ propter aliquã excom- E municationem incurſam,quòd tunc de neceſſitate dicendũ eſſet,literas fuiſſe obtentas propter reatum inceſtus , quia non ad alium effectum poterant obtineri:ex quo reſultabat etiam confeſſio copulæ,& ideò cùm ex varietate opinionũ non potuiſſet capi reſolutio, placebat Dominis,quòd videretur, an ex ſtylo illorum temporum daretur abſolutio ab excommunicatione ad effectum validitatis diſpenſationis, & an eſſet neceſſarium perinde valere propter aliquam excommunicationem incurſam abſque eo,quòd fuerit incurſus reatus inceſtus ante executam diſpenſationem.

## *ADDITIONES.*

Maius delictum. Sicut ad excluſiuum delicti omnis in- a terpretatio facienda eſt,etiam per impropriationem verborum,

verborum, ſecundùm gl. *in c. ne quis arbitretur, in glo. 1. ad fin.*
*22. q. 2.* Marſi. *conſi. 2. num. 9. verſi. & adduci poteſt, & in rubr.*
*de fideiuſſorib. num* 62. Aym. *conſi. 6. nu.* 126. *& conſi. 9. num. 24.*
Gabr. *lib. 7. concl. 2. num. 10. & num. 15.* Bertaz. *conſi. 76 nu. 21.*
*lib. 1.* Maſcard. *de prob. lib. 2. concluſ.* 1003. *nu. 7.* Ita quando per
quamcunque interpretationem delictum excludi non po-
teſt, ſemper capienda eſt illa interpretatio, quæ maius deli-
ctum excludat, & minus includat, Bald. *in l. fin. col. fin. verſi.*
*ſed ſi nihil apparet, num. 17. C. de ædilit. actio.* Roman. *conſi.* 455.
*num. 5. & ſeq.* Alciat. *de præſum. reg. 1. præſum 6. num. 1. & ſeqq.*
Vbi pluribus illationibus & exemplis hanc concluſionem
exornat, Gab. *d. concl. 2. nu. 6.* Rol. *conſi. 11. n. 38. lib. 3. & conſi. 1.*
*num. 36. & ſeq. eod. lib. 3.* Menoch. *de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 2.*
*nu. 24. & ſeqq.* Vbi pariter infert & exemplificat, & ante iſtos
Dyn. *in reg. in obſcuris, num. 17.* vbi in ſpecie dixit, quòd in du-
bio potiùs præſumenda eſt qualitas exgrauans delictum,
quàm illud aggrauans, ſequitur Floria, de ſancto Petro *in l.*
*item Mela, §. ſed ſi plures, num. 5. poſt med. verſi. vno modo, ff. ad*
*legem Aquil.*

b *Iudicio.* Licèt regulariter confeſſio facta in vno iudicio,
probet etiam in alio contra confitentem, *l. iubemus*, & ibi
præſertim Bald. *C. de liberali cauſſa*, Purpur. *in l. is apud quem,*
*nu. 82. C. de edendo,* Diaz. *reg. 121. in prin.* Abb. *in c. per inquiſitio-*
*nem, nu. 12. de electionib.* Cepha. *conſ. 100. num. 17. lib. 1 & conſi.*
*215. nu. 56. lib. 2.* Et eſt communis, vt per Villalob *in commun.*
*opin. in verbo, confeſſio, nu. 141.* Rota *deciſ. 8. num. 11 de teſtam. in*
*antiq. & in titu. de confeſſ. deciſ. 4. nu. 2. etiam in antiq.* Caputaq.
*deciſ. 190. nu. 1. par. 1. & deciſ. 208 num. 6 par. 2.*

Idque non ſolùm procedit in ciuilibus, ſed etiam in cri-
minalibus, in quibus criminis confeſſio in vno iudicio fa-
cta, præiudicat in alio, ſecundùm Bellam. *in cap. per inquiſitio-*
*nem, nu. 1. in 2. oppoſit. & nu. 6. verſ. aut nullum a ium ſenſum,* &
ibi etiam Imol. *num. 4. & in fin. col. 3. in prin. verſi. & nota quòd*
*confeſſio,* Anchar. *nu. 2. verſic. ſed contra hoc oppono,* Card. Zaba-
rell. *nu. 6. & nu. 7. in 8. oppoſit.* Vbi reſpondet contrariis, Abb.
*poſt num.* 12. vbi teſtatur de veriori & communiori opinio-
ne, *extra de elect.*

Intelliguntur tamen prædicta de vera confeſſione, non au-
tem de ficta: ficta enim confeſſio in vno iudicio emanata,
non præiudicat in alio, ſecundùm Cardinalem Zabarell. *in*
*d. cap. per inquiſitionem, n. 7. verſi. octauo oppono,* & ibi Abb. *n. 12.*
*ante fin. extra de electionib.* Felin. *in cap. qualiter & quando, il 2.*
*§. ad corrigendos, nu. 48. de accuſat. & in cap. cauſſam, quæ, num. 9.*
*extra de teſtib.* Purpurat. *in d. l. is apud quem, nu. 80. in fin. verſi.*
*ſecundo limitetis, C. de eden.* Diaz. *d. reg. 121. in 2 fallent.* Hieron.
Cuchal. *in addit. ad Angel. de malef. in verbo, & ad querel. n. 97.*
*poſt medium, verſi. ſecundo in confeſſione, &c.* Boſſ. *in tit. de pluri-*
*bus violen. poſt num.* 117. Foller. *in Pract. crim. in verbo, & ſi con-*
*fitebuntur, il 1. ſub nu. 140. fol. 314* Maſcard. *de probat. lib. 1. con-*
*cluſ. 348. num. 32. & ſeq. & num. 32. & ſeq.* Hondend. *conſi. 66.*
*num. 58 & num. 75. lib. 1.* Quamuis contrarium voluiſſe vi-
deantur allegati per Ioſeph. Ludou. *poſt nu. 2. verſi. quibus con-*
*iecturis, & verſi. ſequen.* Ex quibus poteris hanc concluſio-
nem declarare.

Sic & tacitam ac implicitam confeſſionem in vno iudi-
cio emanatam, in alio non præiudicare, ſcripſerunt Felin. *in*
*cap. 1. poſt num. 6. verſi. item dicas, de except.* Purpurat. *in dict. l. is*
*apud quem, num. 81. in ſexta limitat. C. de eden.* Diaz. *d. reg. 121.*
*etiam in 6. limit.* Paul. Granut. *theore. 20. nu. 26.* Vbi exemplifi-
cat in confeſſione tacita reſultante ex productione ſcriptu-
rarum; & ita etiam loquitur Honded. *dict. conſi. 66. num. 58.*
Maſcard. *d. concluſ. 348. num. 30. & ſeq.*

*Famianus Centolinus V. I. D. Galeſij.*

## ORANI.

*Placentina terrarum, Veneris 1. Aprilis 1588.*

## ARGVMENTVM.

Venditio an & quando dicatur vſuraria ex pa-
cto de retrouendendo iuncta modicitate pretij?
Quomodo conſideretur modicitas pretij? De
quo tempore, & rei venditæ valor ſeu pretium
quomodo probetur.

Farin. Conſil.

A
## *SVMMARIA.*

*Simulatio ſeu vſura contractus probatur coniecturis, nu. 1.*
*Pactum de retrouendendo de ſe licitum eſt, num. 2.*
*Pactum de retrouendendo, accidens venditioni ex interuallo poſt*
*celebratum inſtrumentum, facit ceſſare præſumptionem ſimula-*
*tionis, num. 2. & in addit. lit. a.*
*Pactum de retrouendendo affirmatiuè conceptum etiam ad tem-*
*pus, non inducit in contractu venditionis ſimulationem & vſu-*
*ram, præſertim ſi non pro maiori aut pro minori pretio, nu. 3.*
*Pactum de retrouendendo facta potiùs declaratione per redimen-*
*tem per menſem antea, & quòd interim fructus ſpectent ad em-*
*ptorem, an ſit licitum, num. 4. & 5.*
*Pactum de retrouendendo nunquam inducit præſumtionem ſimu-*
*lationis ſine modicitate pretij, num. 5.*
B *Pactum de retrouĕdendo ad certum tempus, ſi prorogetur ad aliud*
*tempus, non inducit præſumptionem ſimulationis & vſuræ, n. 6.*
*Pacta, quæ reſpiciunt potiùs commodum venditoris quàm empto-*
*ris, faciunt ceſſare præſumptionem ſimulationis & vſuræ, nu. 6.*
*Simulatio præſumitur in contractu venditionis, quando venditor*
*in ſuo cataſtro terras venditas retinet, declara, vt nu. 7.*
*Pactum de ſtando colonis, tollit præſumptionem pignoris, num. 7.*
*Læſio in locatione non inducit ſimulationem in venditione, nu. 8.*
*Simulatio non arguitur ex modicitate pretij, niſi ſit exceſſiua, nu. 9.*
*& in addit. litera* b, *vbi de materia.*
*Teſtes examinati inter alias perſonas, non probant, nu. 10.*
*Modicitas pretij, ad hoc, vt arguat ſimulationem contractus, debet*
*conſiderari tempore contractus, num. 10. & in addit. litera* c.
*Pretium ſeu valor rei non probatur per teſtes deponentes de ſuo iu-*
C *dicio, & quòd ipſi tanti emerent, num. 10.*
*Pretium ſeu valor rei diminuitur ex onere fideicommiſſi, & ex pa-*
*cto de retrouendendo, num. 11.*
*Teſtibus deponentibus de valore rei cum ratione, quia terræ vicinæ*
*ſic venduntur optimè probant pretium & valorem ipſius rei,*
*num. 12.*
*Rem & pretium retinere æquum non eſt, num. 13.*

## DECISIO LVII.

COncluſum † fuit, non eſſe procedendũ ad exſequutio- 1
nem ſententiæ & rei iudicatæ, neque contractum ven-
ditionis terrarum probari fuiſſe vſurarium vel ſimulatum;
nam licèt pro illius demonſtratione ſufficiant coniecturæ,
propterea quòd conuentiones in occulto fieri ſolitæ diffi-
culter detegi poſſunt, *l. emptione*, vbi Bald. *C. plus val. quod ag.*
D Felin. *in cap. ſi cautio, n. 70. de fid. inſtrum.* Dec. *conſi. 659. in princ.*
cum adduct. per Aym. *conſi. 156. nu. 7.*
Non † tamen hic ad ſimulationem arguendam dictæ con- 2
iecturæ concurrunt, ſiquidem pactum de retrouendendo,
præterquàm quòd in ſe eſt licitum, *c. ſignificante*, vbi Hoſt. Io.
Andr. & alij *de pigno. c. in ciuitate*, & ibi omnes, *de vſur.* Bald. *in*
*l. 2. in fi. C. de pact. inter empt. & vendit.* Tiraq. *de retract. conuent.*
*in præfat. n. 3. & ſeq.* acceſſit huic contractui ex mera empto-
ris liberalitate poſt 18. dies à tempore confecti ſuper contra-
ctu inſtrumenti, vbi autem ex interuallo a interpoſitam de- a
prehenditur, ceſſat ſimulationis præſumptio, *l. 4. §. ſi ab igno-*
*to, de manumiſſion.* Bar. & Doct. *in l. pacta nouiſſima, C. de pact.*
Bal. *in l. vnica, nu. 31. C. ſi ſer. exter. ſe emi mand.* Abb. loquens de
pacto poſt decem dies, *conſi. 69. col. 2. verſi. 3. lib. 2.* Alex. *conſil.*
*28. nu. 7. in 5. & conſi. 29. nu. 19. lib. 7.* Corn. *conſ. 241. num. 2. ad*
E *fin.* Tiraq. *de retract. conuent. in præfat. nu. 6.*
Præſertim †, quando tale pactum fuit conceptum affirma- 3
tiuè, licèt ad certum tempus, Bald. *conſi. 114. ad fin. verſi. ſed*
*& in caſu, lib. 3.* Alex. *conſi. 109. in fin. lib. 4.* Socin. iun. *conſi. 27.*
*nu. 34. circa med. lib. 4.* Couar. *variar. reſolu. c. 8. nu. 8. lib. 3.* Et ei
adiectum non legitur, quod redemptio fieri deberet pro
maiori vel minori pretio, Bal. *dict. conſi. 114. nu. 2.* Bero. *conſil.*
*169. nu. 13. lib. 1.* Tiraq. *in d. num. 31.*
Nec poteſt † declaratio redemptionis faciendæ reſtri- 4
cta ad menſem Iulij cum pacto, quòd fructus illius an-
ni ad emptorem pertinerent, contrarium operari, quia
potuit emptor hoc bona fide feciſſe, vel quia cogitabat
de impinguatione terrarum vel impenſa culturæ; æqui-
tas enim ſuadet, quòd cum pretium eſt ſolutum, em-
ptor illius anni fructus ſuos faciat, neque luitio illorum
recipiatur, niſi de fructibus vel impenſa ſibi fuerit re-

 ſponſum,

ſponſum, Cagnol. *in l.2.num.60.circa med.verſ.ſed verius videtur, C.de pact.inter empt.& vend.*

5 Et † quicquid ſit, illius vel alterius clauſulæ appoſitio nõ ſufficit ad inducendam præſumptionem ſimulationis, quando modicitas pretij non concurrit, Lup. *in l.2, C.de pact.inter empt.& vend.num.*40.& ibi Cagn. *num.*60.

6 Sic nec † ex prorogatione conceſſa redimendi ad ſex annos argui poteſt ad vſuræ ſuſpicionem, quia illa fuit ad fauorem ipſius venditoris adiecta, ex quo tranſacto triennio conuento, emptor non poterat cogi retrouendere, Tiraq. *de retract, conuent.§.1.gl.2.num.*43. Et quando pacta potiùs commodum venditoris quàm emptoris concernunt, non intrat conſideratio ſimulationis, vt poſt alios tenet Decian. *conſ.101.num.25.lib.*2.

7 Nec refert †, quòd venditor retinuerit in ſuo æſtimo & cataſtro dictas terras alienatas, quia id accidit propter retractus beneficium venditori conceſſum. Nam receptio in ſe ſolutionis collectarum & aliorum, quæ emptioni cohærent, facta per emptorem, ſatis confirmat venditionem. Pariſ. *conſ.* 54.*num.*71.*lib.*1. Rolan. *conſ.*40.*num.*36.*lib.* 2. prout pactum de ſtando colonis tollit præſumptionem pignoris, cùm aliàs fruſtrà fuiſſet hoc in pactum deductum.

8 Læſio † autem in locatione nihil habet commune cum ſimulatione, cùm reſpiciat ſolùm damnum, quod Baſſanus ſentiebat, patiendo terras & colonos retineri pro minori penſione, quàm eorum valor mereretur.

9 Quod † verò concernit modicitatem pretij, fuit dictum non probari; vt enim ex illa colligi poſſit aliqua ſimulatio, non ſufficit quælibet prætij modicitas, ſed requiritur, quòd
b ſit exceſſiua [b], habita ratione onerum, quibus terræ ſubiectæ ſunt, Barb. *in c.ad noſtram, colum.penult.verſ.& licet, de empt.& vend.* Ægid. *deciſ.*7. Cagn. *d.l.2. num.57.C.de pact.inter empt.& vend.* latè Rolan. *conſ.96.num.34.cum ſeq.lib.2.*

10 Teſtes † autem inducti pro illius probatione, vltra quòd inter alias perſonas examinati fuerunt, videlicet in cauſſa damnorum & intereſſe contra tutores Ioannis Petri, non
c percutiunt tempus venditionis [c], contractæ, ad Corn. *conſil.* 241.*colum.2.verſ.nec eſt probatum, lib.*1. Aym. *conſ.*151.*num.*7. Pinell. *in l.2.C de reſcinden.vendit.part.3.cap.4.num.*8. Alij verò in hac cauſſa examinati, excepto duodecimo, de eorum iudicio deponunt, & quòd tanti ipſi emerent, quod non ſufficit, Bart. *in l.2. num.*17. & ibi Cagn. *num.236. & 240.* Pinell. *num.12.C.de reſcind.vend.* cum aliis allegatis.

11 Prætereà † nullam in ſuis dictis rationem habuerunt oneris fideicommiſſi, cui terræ alienatæ ſubiectæ erant, nullam etiam ſeruitutis, itineris nec pacti de retrouendendo; quæ omnia minuunt pretium, Dec. *conſ,*308.*num.2. in fin. &* 167.*num.*4. Ruin. *conſ.16.num.5.ad fin.lib.*4. Aym, *conſ.202.n.*19.

12 Confunduntur † etiam in eorum dictis ex teſtibus Dordoni, qui de valore 45. librarum deponunt reddentes cauſſam ſcientiæ ex ſimilibus venditionibus terrarum vicinarũ, ad tradita per Cagnol. *in d.l.2.nu.233. & 240.* quorum etiam dicta coadiuuat venditio dictarum terrarum pro eodem pretio, facta per emptores Dordoni pupillis exſiſtentibus cum decreto iudicis, vt per Socin. *conſ.57.num.51.ad fin.lib.*4. quod ſaltem præſumptionem facit terras non ampliùs valuiſſe, Grat. *conſ.*157.*num.7.& 10.lib.*2.& nihil facit, quòd ſecunda venditio facta fuerit durante tempore retractus, quoniam ſatis eſt, quòd ſtante huiuſmodi pacto oſtendatur terras non ampliùs valuiſſe.

13 Præmiſſis † addebant aliqui, modicitatem pretij ex lectura inſtrumentorum tolli, in quibus apparet, Ioannem Petrũ plus iuſto pretio à DD. Lampugnanis tutoribus, cũ expreſſa ceſſione eis facta omnium ſuper terris alienatis iurium ſibi competentium, recepiſſe, ideóque bonam fidem non pati, vt cùm pretium terrarum à Lampugnanis ſoluentibus de pecuniis Dordoni, receperit, nunc terras à Dordono, regreſſum contra Lampugnanos habente, repetat, *l.bona fides*, vbi Dyn. & poſt eum Cagnol. *num.6. ff. de reg.iur.* Neque dici poſſe has pecunias fuiſſe ſolutas occaſione adminiſtratæ tutelæ, quia de diſtincta exſtinctione vtriuſque debiti, & numeratione pecuniæ, tam ratione pretij, quàm dictæ adminiſtrationis tutelæ ex inſtrumentis, etiam diuerſo tempore ſtipulatis, conſtat.

14 At † vltimò adducta contra q. Franciſcanũ Baſſanũ, quòd ſcilicet fœnerari eſſet ſolitus, placuerunt reſponſiones datæ

A hîc per informantes, tametſi D. Dordonum non afficiant in ſententia non comprehenſum, quæ prætenditur in iudicatum tranſiuiſſe, & pro eius exſequutione inſtabatur.

*ADDITIONES.*

a EX *interuallo.* Ad idem vide deciſ. Pedemont. 42.*num.*10. quamuis hæc concluſio non tranſeat ſine contradictoribus, cùm plures Doctores exiſtimauerint, quòd imò arguatur maior fraus, maiórque ſimulatio ex adiectione pacti de retrouendendo ex interuallo, vt videre eſt apud Menoch. *de arbit.quæſt.lib.2.caſu* 13. relatis hinc inde contrariis, hanc vltimam opinionem admittit, quando aliquæ aliæ ſimulationis & fraudis iudicis arbitrio concurrant cõiecturæ, aliàs ſecus,
B quod & idem traddit *in tract. de præſumpt. lib.3. præſumpt.122. num.12.& ſeqq.* Nec diſſentit Maſcard. *de prob.lib.1.conclu.*447.*num.28.& ſeqq. & num.52. & ſeqq. & num.*47. vbi etiam remiſſiuè ponit, quando hoc pactum ex interuallo adiectum dicatur. Ad quam materiam vide etiam Ioan. Bapt. Lup. *in tract.de vſur.comment.2.§.1.nu.34 & ſeqq.* & Cepha. *conſ.* 198. *num.*20. vbi econtrà, quòd hoc pactum de retrouendendo ſi fuerit adiectum non ex interuallo, ſed incontinenti, poſt inſtrumentum venditionis in alio inſtrumento ſeparato, tunc eò magis arguit ſimulationem & fraudem.

b *Exceſſiua.* Quanta debeat eſſe pretij modicitas, ad hoc vt iuncta cum pacto de retrouendendo, fraudis & ſimulationis inducat præſumptionem, vide Cepha *conſ.289.num.36.& 37.* Rolan, *conſ.58.num.11.& ſeqq.lib,3*, vbi, quòd debet eſſe vltra dimidiam iuſti pretij, Oſaſch *d.deciſ.Pedemon.42.num.4.* vbi
C videtur hoc remittere arbitrio iudicis, Ioſeph. Ludou. *cõcluſ. 51.verſ.dubitari contingit, & ſeq.* Ioan. Bapt. Lup. *in tract.de vſur.comment.2.§.1.num.29 verſ. tu autem, in fin.* Maſcar, *de probat. dict.concl.447.num 7. & 9.* vbi diſtinguit, quòd ſi modicitas pretij eſt infra dimidiam, vel circa, tunc pactum de retrouẽdendo ſolùm iuncta modicitate pretij facit præſumere contractum vſurarium: ſi verò modicitas pretij non eſt tam tenuis, & tunc requiritur etiam alia coniectura, vtputà cõſuetudo fœnerandi, & hoc modo concordat opiniones contrarias, pro qua concordia adde etiam Menoch. *de præſumpt.lib.3.præſumpt.122.num 40.verſ.nam ipſa pretij tenuitas, & num.53. verſic.ſecundi modi, iuncto num.54.in fin.verſ.ceterùm, &c.* Sed pro ea opinione, quod ſcilicet, vt ſuprà dixi, hoc totum remittatur iudicis arbitrio, vide ibidem Menoch. *num.8.* & Maſcar. *de prob.lib.3.concl.1225.num.9.& num.13.*

c *Tempus venditionis.* Ad idem vide Rolan. *conſ.59.num.35.&*
D *ſeq.lib.*1. Steph. Lamberteng. *in tract.de contract.lib.eorum, gl.5. num.21.* & Maſcar. *d.concl,447.num.*16.

*Fam. Cent. I.V.D. Galeſij.*

ILLVSTRISSIMI ET REVERENDISS. D. Manticæ Cardinalis.

*Nicien. prætenſi matrimonij. 13. Maij 1588.*

ARGVMENTVM.

De matrimonio contracto per metum cum puella non excedente annos nouem, quòd non conualidetur per ſubſequentem copulam non voluntariam: quòd virginitas probetur per rela-
E tionem obſtetricum: & quòd remiſſoria calumnioſè petita poſt teſtium publicationem, non ſit concedenda.

*SVMMARIA.*

*Matrimonium metu contractum ipſo iure nullum eſt, num* 1.

*Teſtes alij poſt publicationem examinatorum ſuper iiſdem materiis vel directè contrariis, examinari non debent, num.*2.

*Virginitas dignoſcitur per obſtetrices in oppido Genuen. num* 3.

*Remiſſoria non conceditur, quando conſtat de euidenti calumnia, num. . . vbi quòd de calumnia dicitur conſtare, quando quatuor conceſſi prorogationibus termini ad probandum dati, nulli fuerunt examinati teſtes, & in addit. litera a, vbi de materia non concedendæ remiſſionis, propter præſumptam calumniam.*

*Calumnia*

*Calumnia detegitur ex magna negligentia,num.4.in fin.*
*Inſtrumentis publicis magis credendum eſt, quàm teſtibus, num.5.*
*Multa facta tenent, quæ à principio prohibentur,num.6.*
*Peremptorio termino lapſo, alius terminus dari nec primus prorogari poteſt,num.6.*
*Matrimonium metu contractum, conualidatur per ſubſequutam copulam,nu.7.vbi declaratur, dummodò copula ſit voluntaria, aliter ſecus.*
*Metus cauſſa durante,præſumitur etiam durare idem metus, n.7. in fin.*
*Sententia in cauſſa matrimonij nunquàm tranſit in iudicatam,nu. 8.vbi declaratur hac concluſio.*

## DECISIO LVIII.

1 PLacuit Dominis † eſſe recedendum à dilatione data ad exſequendum remiſſoriam,& procedendum eſſe ad tertiam ſententiam, quia ex reſolutionibus iam factis conſtat de vi & metu illato Ludouicæ, vt cum Becchio contraheret matrimonium, quod ipſo iure nullum fuit, *c.cum locum,c. veniens,2.de ſponſ.*

2 Neque obſtat † remiſſoria, quia illa fuit ex benignitate ceſſa,& ſæpiùs prorogata, vt dos in tuto poneretur, & Ludouicæ alimenta præſtarentur:quod cùm factum nõ fuerit, non debet ampliùs concedi,quia in partibus fuerunt examinati plures teſtes, eorumque dicta ſolemniter publicata; & ideò nouum examen ſuper iiſdẽ materiis vel directò contrariis,non eſt admittendum,*cap.fraternitatis,de teſtib.& Clemẽt. 2.eod.lib.* cum aliis concordantibus adductis per Pariſ. *conſil.* 107.*num.*81.*lib.*1.Nam quòd articuli idem contineãt,ex eorum inſpectione apparet: licèt enim aliis verbis ſint concepti,re ipſa tamẽ non differunt.Neque ad rem pertinet, quòd aliquid etiam noui contineant,vt cùm dicitur, Ludouicam voluiſſe concordari,quia ex inſtrumentis & atteſtationibus ab ea ad Rotam tranſmiſſis aliud apparet, & præterea Domini dixerunt,hoc longè abeſſe à veriſimili, & habere imaginem falſitatis, quia Protomedicus eo in loco fauoribus plurimum pollet,& ſi id verum eſſet, lis fuiſſet exſtincta.

3 Quod autem dicitur, † per obſtetrices dignoſci non poſſe an Ludouica ſit virgo, non eget remiſſoria, & iuri ſcripto aduerſatur,*cap.propoſuiſti,& ca.cauſſam matrimonij, de probat.* Lap.*alleg.*53.*nu.*5.Bald.*in l. Deo nobis, in princip,nu.7.verſicul. ſed ponamus, C. de Epiſc.& cleri.* Et quod dicitur Ludouicam extra territorium Sereniſſimi Ducis aliquando fuiſſe in oppido Genuen.hoc probari nihil eſt neceſſe, quia cùm eo tẽpore nouem ætatis annos non exceſſiſſet,& à Protomodico eius ſocero & familia ipſius eſſet comitata, non poteſt dici eam fuiſſe in tali ſtatu libertatis, vt poſſet aufugere.

4 Hoc ampliùs † Domini dixerunt,non eſſe concedendam remiſſoriam,quia euidens calumnia [a] concipitur non ſolùm ex præfatis rationibus,ſed etiam ex eo, quod per Bocchium ſteterit,quominùs illam exſequi potuerit,cùm variis ſemper vſus fuerit ſubterfugiis. Nam aliquando petiit pronuntiari ſe notoriè idoneum eſſe, aliquando verò dixit ſe fideiuſſores non poſſe inuenire, aliquando etiam petiit admitti eius iuratoriam cautionem,& quandoque poſtulauit iudicem in partibus deputari,apud quem dos deberet liquidari, & facta liquidatione obtulit ſe paratum eam reſtituere. Quare cùm nouiſſimè poſt quatuor prorogationes cũ termino peremptorio vſque ad Paſcha Reſurrectionis, ſine ſpe vlterioris prorogationis decreto Dominorum non paruerit, alia concedi non debet,quia ex magna negligente calumnia detegitur,& præſumitur id fieri cauſſâ differendæ ſententiæ, Caſſad.*deciſ.3.nu.1.de dilat.*Caputaq.*deciſ.65.3.part.*

5 Præterea † Domini dixerunt, ex diciſione R.P.D. Seraphini ius Ludouicæ eſſe clariſſimum,neque ad rem pertinere,quod probatio non excludit probationem,quia,vt in deciſione dicitur,principalis intentio Ludouicę probatur ſcripturis & inſtrumentis, quibus magis credendum eſt, quàm teſtibus, præſertim cum hæc materia non careat ſuſpicione. Et accedit, quòd cauſa fuit in partibus agitata, & pro Bocchio quamplures teſtes fuerunt examinati,qui,vt veriſimile eſt, huius rei perfectam habebant cognitionem, & tamen nihil probarunt,& ſi Bocchius alios teſtes habuiſſet,eos vtique examinari ſtuduiſſet.

6 Non obſtat, † quòd nunc non agatur de concedẽdo noua

Farin.Conſil.

remiſſoris, ſed de non reuocanda ea, quæ fuit conceſſa, & ideò debeat ſuſtineri,*arg.l.patre furioſo,ff.de his,qui ſunt ſui vel alieni iur.& l.1.§.biduum,ff.quand.appell.ſit*,quia imò agitur de concedenda remiſſoria. Cùm enim poſt tot prorogationes vltimus peremptorius terminus lapſus fuerit, non poteſt ampliùs prorogari,*l.ſed ſi manente,ff.de precar.*

7 Neque etiam † obſtat,quod dicitur, copulam fuiſſe ſubſequutam,per quam metu etiam contractum matrimonium quaſi ex tacito conſenſu conualeſcit. *cap. de illis,il 2.de ſponſ. impub.cap.1.& c.inſuper,qui mat.accuſ.poſſ.*Quinimò,quòd copula non fuerit ſubſequuta, probatur ex relatione obſtetricum,quæ à Reuerendiſ. Nuntio fuerunt ſolenniter adhibitæ, quæque duabus aſſiſtentibus matronis Ludouicam inſpexerunt, & reſoluerunt, eam virginem eſſe, nec dubium eſt, quin per huiuſmodi inſpectionem virginitas probetur, iuribus & auctoritatibus ſuprà citatis. Neque ad rem pertinet,quòd altera matrona atteſtatur ſe nõ inſpexiſſe,quia huiuſmodi atteſtatio eſt extraiudicialis, & facta lite pendente, & licèt ipſa non inſpexerit,non propterea obſtetricum teſtimonium corruit,quoniam matronæ fuerunt adhibitæ, non quidem vt inſpicerent,ſed vt atteſtarentur. Et vlteriùs,quãuis etiam copula eſſet ſubſequuta,quod nullo modo conceditur, illa non confirmat matrimonium metu contractum, niſi ſit voluntaria, Abb.*in cap.veniens, il 1.nu.6.de ſponſ. & in c.conuſtationi, num.6. eod.titu.* & durante cauſſa metus,ſicuti in caſu proprio perdurauit,copula non præſumitur, voluntaria, ſed violenta,Pariſ. *conſi.58.num.69.lib.4. & in deciſ.R. P.D.Seraphini dictum fuit.*

8 Poſtremò † illud etiam non refragatur, quòd agatur de fœdere matrimonij,& cauſſa ſit grauis;ita vt ſententia nunquam tranſeat in rem iudicatam,*cap.lator,de re iudic.*Oldrad. *conſi.3.nu.7.* quia hoc non poteſt impedire quo minùs tertia ſententia ex legitimis probationibus fieri poſſit, & habeat effectum,*capit.conſanguinei,de ſent.& re iudic.* Nam niſi tertia ſententia ferri poſſet & exſequutioni mandari, tale iudicium eſſet ludibrio, quod nemo ſapiens dixerit, Innoc.*in c. tenor,eod.tit.*Paul.Caſt.*in conſi.354.num.2.lib.1.*

Neque ex his concluſum fuit, tertiam ſententiam ferri debere.

### *ADDITIO.*

a CAlumnia.Quando remiſſoria petitur non ex iuſta cauſſa, ſed per calumniam, tunc quòd illa ſit deneganda, pluribus comprobat Dominus meus Farinacius *in ſuo tractatu de teſtibus,quæſt.77.nu.22.& 23.*Vbi ampliùs,quòd hinc inoleuit practica deferendi iuramentum calumniæ parti petenti remiſſoriam,& quòd ampliùs ad excludendum calumniam Rota ſeruat, vt detur aliquis fumus etiam per probationes nulliter receptas eius, quod intenditur probari per conceſſionem remiſſoriæ.Et ampliùs,quòd in arbitrio iudicis poſitum eſt,an remiſſoria petatur per calumniam néne? Quod vltimum latiùs per eum diſcutitur *dict. quæſt.77.n.50. & ſeqq.* vbi relatis hinc inde contrariis, diſtinguit & bene explicat, an & quando in iudicis arbitrio reſideat, concedere vel non concedere remiſſoriam, & quid etiam in criminalibus. Et in ſpecie, quòd nec ex negligentia in producendo teſtes exſiſtentes in loco iudicij, & qui poſteà receſſerunt, arguatur calumnia, probat idem Dom. meus Farinac. *d.quæſt.77.num.39.*

*Famianus Centolinus V.I.D.Galeſij.*

## BVBALI.

*Romana legitima, 20. Maij 1588.*

### ARGVMENTVM.

Periurus,an dicatur, qui non petita abſolutione à iuramento,ſub prætextu enormiſſimæ læſionis, petit reductionem à laudo, cùm iuramento ſtare promiſerat,& reductionem non petere?

### *SVMMARIA.*

*Promittens cum iuramento non petere reductionem à ſententia laudi,an iuramento non obſtante,poſſit illam petere,nu.1. & in addit.litera a, & b.*

*Iuramentum in compromiſſo, an tollat ius petendi reductionem, n. 1. & in addit. litera a.*

*Iuramentum an operetur, ſtante enormiſſima læſione, in addit. litera a.*

*Periurus repellitur à limine iudicij, nec eſt audiendus, niſi priùs petita abſolutione à iuramento, num. 1.*

*Abſolutio à iuramento an ſit neceſſaria, ſtante enormiſſima læſione, & quomodo iſto caſu dicatur conſtare de læſione enormiſſima, nu. 2. & in addit. litera c.*

*Statutum Vrbis, quòd ſtante læſione vltra tertiam partem iuramẽtum nihil operetur, intelligitur, quando per ſententiam, vel aliàs, euidenter conſtaret de læſione, aliter ſecus, num. 2. in fin.*

*Abſolutio à iuramento ex ſtylo Rotæ ſolet peti ad cautelam, non obſtante quacunque enormiſſima læſione, num. 2. in fine.*

## DECISIO LIX.

1 FVit reſolutum †, Illuſtriſſimum & R.P.D. Valerium Vrſinum non poſſe audiri in hoc iudicio reſciſſionis laudi & ſpolij, ſtante periurio per ipſum incurſo. Cùm enim promiſiſſet cum iuramento [a], non petere reductionem laudi, niſi priùs parito iudicato, & poſteà ad eius inſtantiam [b] fuerit proceſſum ad quamplures actus ante abſolutionem à iuramento, vtique non poteſt excuſari à periurio, & conſequenter non eſt audiendus, niſi priùs obtenta abſolutione: exceptio enim periurij impedit proceſſum ad vlteriora, *capit. dilecti, de except.*

2 Et † quamuis controuerſa ſit quæſtio, an ſtante enormiſſima læſione requiratur abſolutio [c], de qua per Doctores *in c. cum contingat, de iureiuran.* Pedemont. *deciſ. 40. nu. 1. & ſeqq.* hoc tamen intelligendum eſt, quando de enormiſſima læſione conſtaret per ſententias latas, abſque eo, quòd fuerit oppoſitum de periurio, & ita procedit deciſio facta coram R.P.D. meo Grano in cauſſa Mediolanenſ. affictus de anno 1586. Aliàs ſemper eſt neceſſaria abſolutio, & ratio eſt, quia de facili eluderetur iuramentum ſub prætextu enormiſſimæ læſionis, & non debet quis eſſe iudex ſui iuramenti, Grat. *in his terminis conſi. 39. lib. 1.* & ita ex ſtylo Rotæ ſemper ſeruatum fuit. Et ſtatutum Vrbis diſponens, quòd ſtante læſione vltra tertiam partem, iuramentum nihil operetur, intelligendum eſt, quando adeſt ſententia, vel conſtaret euidenter de enormiſſima læſione, ſed hoc caſu etiam ex ſtylo Rotæ ſolet peti abſolutio ad cautelam. Adeat igitur Dom. Valerius ſignaturam pro obtinenda abſolutione.

## *ADDITIONES.*

a IVramento. Non eſt dubium, quòd non obſtante iuramento interpoſito in compromiſſo, poteſt peti reductio ad arbitrium boni viri ab arbitrorum laudo, ſicut poſt alios plures relatos antiquiores ſcriptum reliquerunt Maran. *in Spec. par. vltima, actu 2. nu. 253. & ſeqq. in diſcurſu*, vbi etiam de materia, Anchar. Regien. *quæſt. 4. nu. 7 par. 2.* Gabr. *lib. 2. tit. de arbitr. conclu. 3. per totam, in diſcurſu*, vbi etiam latiſſimè de eadem materia, Michael Craſſ. *in commun. opin. lib. 1. c. 15. quæſt.* 8. vbi de communi, Ioſeph. Ludou. *deciſ. Lucenſ. 27. num. 1. & ſeq. par. 1.* vbi teſtatur de magis communi & ſeruata opinione. Quod præſertim procedit ſtante enormiſſima læſione, tunc enim iuramentum nihil operari pariter poſt alios antiquiores, quos referunt, plures ſcripſerunt, idem Anchar. Regien. *q. 35. par. 2.* vbi de communi & veriori opinione, Steph. Lamberteng. *in tract. de contractib. eorum, & c. gl. fin. nu.* 88. Rolan. *conſi. 7. n. 43. & ſeq. & conſi. 96. num. 58. lib. 3.* vbi de magis communi, *& conſi. 60. nu. 65. & plurib. ſeq. lib. 4.* Cephal. *conſi. 62. n. 19. & ſeq. lib. 1. & conſi. 142. eod. lib. 1. per totum*, vbi etiam de magis communi, & latè Simoncell. *in tract. de decret. lib. 3. titu. 8. nu. 231. & ſeqq.* vbi teſtatur de veriori, æquiori, communiori & magis ſeruata opinione. De qua quidem materia, an ſcilicet & quando enormiſſima læſio tollat vires iuramenti, vltra præallegatos vide Boër. *conſi. 28. & conſi. 39.* Aym. *conſi. 192. per totum*, Gram. *deciſ. 76. nu. 11. & ſeqq.* Neuiz. *conſi. 22. etiam per totum*, Pariſ. *conſi. 75. in diſcurſu, libro 3.* Gabr. *tit. de arbitr. concl. 3. libro 2. etiam in diſcurſu*, deciſ. Pedem. 40. *num. 1. & ſeqq.* Villalob. *in commun. opin. in verbo, iuramentum, num. 137. & ſeqq.* Franc. Turzan. *opin. 159.* Cephal. *conſi. 34. per totum, & conſi. 137. num. 56. & omnibus ſeqq. lib. 1.* Viui. *in commun. opinio. in verbo, Mulier omni iuri, verſi. quia iuramento, & in verbo, venditio iurata*, Roland. *conſi. 8. num. 39. lib. 1.*

b *Inſtantiam.* Quamuis compromittens renunciauerit reductioni à ſententia arbitri, promiſeritque illã non petere: non tamen per hoc prohibetur pro ea inſtare, ſtante enormiſſima læſione, ex cõmuni, de qua per Neuiz. *d. conſ. 22. n. 41.* Ceph. *conſi. 208. n. 3. & 4. lib. 2.* Michaël. Craſſ. *in com. opin. lib. 1. c. 15. d. q. 8.* Villalob. *in commun. opin. litera R, num. 24.* Anchar. Regien. *q. 4. nu. 7. & q. 11. num. 13. par. 2.* de qua materia vide omninò Gabr. *d. concl. 3.* eundem Ceph. *conſil. 121. lib. 1.* & Lancellot. *in tract. de attentat. c. 16. nu. 41. & ſeqq.*

c *Abſolutio.* Quamuis non deſint Doctores, qui dixerint, adhuc neceſſariam eſſe abſolutionem à iuramento ſtante enormiſſima læſione, quos videre poteris apud Pariſ. *in cõſi. 45. nu. 52. lib. 1.* vbi teſtatur de magis communi Doctorum opinione, & apud Virg. Boccac. *in conſtit. Marchiæ, gl. 2. nu. 28.* vbi relatis contrariis teſtatur, & de magis cõmuni & ſeruata opinione: veritas tamen eſt, & hæc mihi videtur magis recepta ſentẽtia, quòd licèt bonum ſit & ad cautelam, præſertim in foro animæ, iſto caſu abſolutionem procurare, non tamen videtur neceſſaria, ſecundùm Socin. iun. *conſi. 3. n. 45. lib. 2.* vbi de communi, Ioſeph. Ludouic. *d. deci. Lucen. 27. nu. 19. & ſeqq.* vbi de magis communi, Maſcar. *de prob. lib. 1. cõcl. 531. nu. 25. in fin. & ſeq.* Roland. *conſi. 59. nu. 27. lib. 1. & conſi. 7. nu. 53. libro 3. & conſi. 60. nu. 68. lib. 4.* vbi de receptiori opinione, Ceph. *conſi. 142. num. 44. lib. 1. & conſi. 208. nu. 18. & in fin. lib. 2.* Michael. Craſſ. *in communi opin. lib. 1. c. 15. q. 8.* Simoncell. *in tract. de decreto, lib. 3. tit. 8. num. 231.* vbi teſtatur de veriore, æquiore, communiore & obſeruata opinione, & apud iſtos Doctores plures alios concordantes & idem tenentes reperies. Ad quam materiam vltra prædictos vide Gabr. *d. concl. 3. per totam in diſcurſu, & iterum in tit. de iure dotium, concl. 1. pariter per totam*, Neuiz. *d. conſi. 22.* Andr. Gail. *obſeru. 42. lib. 2.* Et vide ad materiam infrà deciſionem coram Illuſtr. & Reuerend. D. Platto in vna Cluſina penſionis, Lunæ 18. Iunij 1590.

*Famianus Centolinus V. I. D. Galeſij.*

## COMITVLI.

*Anconitana incendij, Lunæ 30. Maij 1588.*

## ARGVMENTVM.

Incendium combuſtæ domus an & ex quibus præſumatur ortum habuiſſe ex altera domo vicini, ita quòd is damnum reſarcire teneatur.

## *SVMMARIA.*

*Incendium nocturnum probatur per coniecturas, indicia & inueriſimilitudines, nu. 2. & in addit. litera a.*

*Præſumptiones & coniecturæ habentur pro plena probatione in caſibus ambiguis & difficilis probationis, nu. 2.*

*Incendij principium & origo probatur per ea, quæ anteceſſerunt, item & per ea, quæ incendij tempore obſeruata ſunt, & quæ poſteà ſubſequuta fuerunt, nu. 3.*

*Incendij coniectura & præſumptio oritur ex conqueſtione & querela damnum paſſi, nu. 3. in fin.*

*Incendium etiam probatur ex fama & rumore orto tempore incendij, etiam originem habente ab iis, qui incendij damnum paſſi ſunt, nu. 4.*

*Peritorum iudicio ſtandum eſt, etiamſi hi iudicij rationem nõ reddant, nu. 5.*

*Incendium vnde ortum habuerit, probatur iudicio peritorum, nu. 5.*

*Incendium, quòd ortum fuerit ex domo vicini, maximè præſumitur ex eo, quòd ille vicinus illud occultare voluerit, nu. 6.*

*Incẽdium etiam probatur per teſtes de auditu, de fama, de proprio iudicio, de veriſimili & poſsibili, nu. 7.*

*Noctis tempore quæ contingũt, probantur leuioribus probationibus, nu. 7. & in addit. litera b, ſufficitque, iudicem ex vehementi opinione informationem habere, d. num. 7.*

*Incendium plerunque præſumitur culpa inhabitantium ortum habuiſſe, niſi ex coniecturis probetur aliunde originem habuiſſe, n. 8. & in addit. litera c, vbi de materia.*

*Incendium poſſibile eſt proueniſſe etiam caſu fortuito, vel aliter per inhabitantes accenſum fuiſſe, niſi contrarium ex aliqua veriſimilitudine deducatur, nu. 9. & in additio. litera d, vbi ad probandum incendium, an etiam ſit probandum indicium ipſius incendij quod etiam caſu fortuito contingere poterat.*

*Veriſimile quod eſt, attenditur potius, quam poſſibile, num. 9.*

*Teſtis vnicus de auditu nihil probat. num. 10.*

*Incendium vnde ortum habuit, probari poteſt ab experientia, n. 11.*

*Teſtes repetiti ſi varient à primo examine, attenditur prima depoſitio, num. 12. & in addit. lit. e, vbi de materia.*

## DECISIO LX.

1 IVxta † communem diſtinguentem Paueſij domum com-
buſtam à domo Maſcellæ habebat Pauesius in cella vina-
ria ſupra dolia tabulatum, & in eo ſarmentorum faſciculos, B
& alia ligna ab alia parte. Maſcella fabricauerat fornacula
cum caldaris, ad lixiuium & muſtum coquendum, excauata
in eodem pariete gula camini. Cùm autem conſtarent præ-
uia illius noctis ſequuti incendij in cella vinaria Paueſij,
quāprimùm ſub aurora, accenſo per famulas Maſcellæ igne
in fornacula, vnum aut alterum caldarium lixiuij ebuluiſſe
vſque ad occaſum Solis; propoſui dubium, ſtante ſummario
iurium & teſtium vtrinque dato, an incendium domus Pa-
ueſij proceſſerit è domo Maſcellæ, negligentia, culpa vel do-
lo ipſius, aut ſuorum familiarium, ita vt ipſe teneatur ad
emendationem damni.

2 Et † Domini ad primam partem dubij reſpondendo (cir-
cumſcripto effectu) tenuerunt incendium ex domo Maſcel-
læ proueniſſe: nec enim dubitarunt principium cauſámque C
a nocturni incendij per coniecturas a, indicia & veriſimilia
verè probari, Bald. *conſil.* 174. *n.* 2. *&* 3. *lib.* 2. Alex. *conſi.* 59. *nu.* 6.
*lib.* 1. Afflict. *deciſ.* 57. *nu.* 6. Bero. *conſi.* 215. *n.* 2. *in* 3. Menoch. *de
arbit. iud. caſ.* 390. *nu.* 16. ex quibus in ambiguis caſibus con-
flantur plenæ probationes, vt per Aret. *in l. indicia, C. de rei
vendic.* Alex. *conſi.* 50. *num.* 6. *lib.* 1. Afflict. *deciſ.* 57. *num.* 6. Bero.
*conſil.* 215. *nu.* 7. *in* 3. Iaſ. *in l. prætor. nu.* 2. *ff. de incen.*

3 Inducebantur † autem Domini in hanc ſententiam per ea,
quæ incendium anteceſſerunt, & ipſo incendij tempore ob-
ſeruata ſunt, ac poſteà conſequuta fuére. Námque materia
apta accendi in cella vinaria Paueſij præexiſtens, ignis pro-
pinquus intermedio pariete à 4. pedib. ſupra debili ac peri-
torum indicio, vt poſteà apparuit ex luto confecto, fumus,
qui ſecūdùm Ariſt. *de part. anim. lib.* 2. *c.* 2. eſt ſubiectum ignis,
è fornacula domum Paueſij lixiuio ebulliente penetrans;
querela inſuper de eo cum vxore & famulis Maſcellæ, pro- D
babilem ingerebant ſuſpicionem ex hoc igne ortum fuiſſe
incendium, *ad l. ſi ſeruus ſeruum, §. ſi furnum, ad legem Aquil. l.
quidam Hebræus, de ſeruit. vrb. præd.* Cæpoll. *eod. tit. c.* 64.

4 Augebatur † ſuſpicio ex eo, quòd tempore incendij opi-
nio erat, illud ortum ſumpſiſſe è fornacula, in qua Maſcella
non venit inſpiciendum, nunquid adeſſet ignis, vnde talis
opinio & rumor, etiamſi è domo Paueſij originem habuiſ-
ſet, faceret præſumptionem, propter veriſimilitudinem, cui
innititur, Bald. *conſi.* 28. *nu.* 2. *lib.* 3.

5 Quæ † verò poſt incendium ſubſequuta ſunt, probatio-
nem compleuerunt peritis; namque à partibus nominati iu-
dicis auctoritate ad locum acceſſerunt, factiſque diligentiis
iurati retulerunt à prædicta fornacula prouenire potuiſſe,
probabilibus valdè moti rationibus, maximè, quia animad-
uerterunt parietem communem ſupra fornaculam contu- E
ſum & perforatum, calcémque ſuperinductam detrahentes,
obſeruarunt in eo lapides fumoſos, quorū atteſtationi ſtan-
dum videtur; per ea quæ habentur & traduntur *in c. ſignificaſti,
de homic. & in c. propoſuiſti, de probat.* etiamſi rationes non
afferrent, Aret. & Butr. *in cap. cum cauſſa, de teſtib.* cùm ſint po-
tiùs iudices & arbitratores, quàm teſtes, præſertim vbi à par-
tibus fuerunt electi, Nat. *conſi.* 40. *num.* 3. *lib.* 1.

6 Comprobatur † horum relatio ex quodā quaſi præiudicio
ipſiuſmet Maſcellæ, qui poſt incendium antequàm deuentū
eſſet ad loci inſpectionem, aduocauit fabrum murarium, qui
de nocte parietem illum communem, in quo apparuerunt
foramina & rimule, aptaret & calce obtegeret, attento mox
ibidem igne ex paleis, quo recens exuſta fumo denigraretur
& experimentum fieret num adhuc fumus inde exiret, vnde
quædam ſaltem præſumpta confeſſio reſultat, facilè appa-
A rere potuiſſe, quòd inde incendium exortum eſſet.

Concurrunt † aliqui teſtes de auditu & fama: aliqui de 7
proprio iudicio: aliqui de veriſimili & poſſibili, ex quib. ve-
riſimilior redditur origo incendij, Alex. *conſi.* 67. *num.* 4. *lib.* 1.
Dec. *conſi.* 82. cùm aliàs expreſsè ſciri non poſſit, quæ contin-
gunt de nocte b, Bald. *conſi.* 174. *n.* 6. *& ſeq. lib.* 2. vbi poſt Bart. b
*in l.* 1. *de verb. oblig.* dicit, quòd quoniam non poſſunt haberi
liquidæ probationes, ſufficit quòd iudex ex vehementi opi-
nione habeat informationem, Iaſ. *in l. prætor, n.* 21. *de eoden.*

Non † obſtat, quòd incendium plerunque præſumitur 8
culpa inhabitantium c, *l.* 3. *de offic. præfect. vig.* Alex. *conſi.* 50. *n.* 1. c
*lib.* 1. quia id verum, niſi ex coniecturis aliunde probetur ini-
tium habuiſſe, Bald. *conſi.* 174. *lib.* 2. *&* 442. *lib.* 3. Afflict. *deciſ.*
57. *num.* 3.

Nec † me mouet, quòd poſſibile ſit ignem caſu fortuito d 9
B vel aliter per inhabitantes accenſum fuiſſe; quia attenditur d
id quod veriſimile eſt, non quod poſſibile, Bal. *in l. ſi ſolemnibus,
nu.* 7. *C. de fid. inſtrum.* Socin. *conſi.* 28. *nu.* 9. *lib.* 3. Dec. *conſil.*
176. *in princ.*

Non † obſtat, quòd dicitur fumum in cella vinaria Paueſij 10
viſum fuiſſe per tres aut quatuor dies ante incendium, qui
tamen fumus ex fornacula prouenire nō potuit, in qua ignis
tunc temporis non fuerat accenſus, vnde arguitur incen-
dium aliunde cauſari potuiſſe, & inſuper negligentia Paue-
ſij in exquirenda cauſſa fumi, quia de tali fumo vnicus te-
ſtis deponit, & quidem de auditu, ideò non probat, *l. iuriſiu-
randi, & l. teſtium, C. de teſtib. c. licèt. & c. veniens, eod. tit.*

Non † obſtat experientia, quam iudex pro informatione 11
animi ſui fieri iuſſit, accēſo igne in eadem fornacula, ex qua
C apparuit vix calorem, nedum ignem, qui ſuccederet, ſtupra-
tum penetraſſe foramen ſtudioſè relictum in pariete, vnde
incendium ortum dicitur habuiſſe; quia præterquàm quòd
tentata fuit citra præiudicium partium, probabatur vana ex
rationibus in conſpectu eiuſdem iudicis allegatis, ſtante
præſertim recenti cruſta calcis, & innouatione facta in pa-
riete & tuba camini, ad effectum, vt quò ignis peruaſit ſe-
mel, ſæpiùs iterata experientia non peruadat.

Non † obſtat, quòd aliqui eſt teſtibus repetiti aliter depo- 12
nant quàm primò, quia attenditur eorum prima depoſitio e, e
Rota *de probat. in nou. deciſio.* 19. Alia quæ adducuntur, licuiſ-
ſe Maſcellæ fornaculam in eo loco fabricare, ignémque ac-
cendere, déque diligentia per eum adhibita & bona eius, re-
ſpiciunt effectum dubij, quem Domini in hac reſolutione
circumſcripſerunt.

D

### *ADDITIO.*

COnie*cturas.* Incendium, quòd ſit difficilis probationis, a
& quòd propterea coniecturis probetur, conſuetudo
ſcripſerunt Bald. *conſi.* 164. *num.* 2. *ad finem, verſicul. modò, &c.
lib.* 2. Calcan. *conſi.* 63. *ſub nu.* 3. *in diſcurſu,* Roma. *conſi.* 7. *nu.* 1.
*verſi. quod autem, & num.* 2. Menoch. *de arbitr. quæſt. lib.* 2. *caſu*
116. *num.* 9. Bertaz. *conſ.* 481. *num.* 7. *lib.* 2.

*De nocte.* Communis eſt opinio, quòd omnia geſta de no- b
cte, & præſertim delicta, reputātur à iure difficilis probatio-
nis, & conſequenter præſumptiones & coniecturę ſufficiunt
ad plenam probationem, ſecundùm gloſſ. *in l. item ſi cum exce-
ptione, §. in hac, in verbo, ignorantiam ff. quod met. cauſ.* Bald. *cōſi.*
77. *n.* 5. *lib.* 3. Alexan. *conſil.* 24. *n.* 8. *lib.* 2. Grammat. *conſi.* 22. *nu.*
15. Marſi. *conſil.* 44. *num.* 5. *& ſeqq.* Boër. *deciſ.* 86. *num.* 6. Iuſtin.
Bonderan. *conſi. crim. diuerſorum* 54. *nu.* 36. *& ſeqq. lib.* 2. Paul.
E Meren. *inter ead. conſil.* 90. *num.* 27. *& ſeqq. lib.* 2. Foler. *in Pract.
crimin in verbo, dentur capitula, quòd ſuffocauit vxorem, num.* 13.
vbi alij referuntur, Boſſ. *in tit. de indic. & conſiderat. ante tortur.
num.* 171. *ſeq.* Hercul. *in tractat. de negat. nu.* 310. Bonacoſſ. *poſt
ſuas commun. opin. in extrauagan.* 2. *par. num.* 37. *verſi. delictum,
quod de nocte fit,* vbi aliis relatis teſtatur de communi, Monti-
cell. *regul. crimin.* 11. *nu.* 12. vbi alios refert, Menoch. *de arbi-
trar. quæſt. lib.* 2. *caſu* 116. *nu.* 14. *de præſumpt. lib.* 1. *quæſt.* 58. *n.* 11.
Magon. *deciſ. Lucen.* 89. *num.* 7.

*Inhabitantium.* Incendium an præſumatur ortum culpa in- c
habitantium, & de materia videas Bald. *conſilio* 148. *&* 149.
*lib.* 2. Iaſ. *in l. hereditarias domos, &c. de legat.* 1. Socin. *reg.* 178.
Pariſ. *conſi.* 87. *n.* 1. 28. *&* 12. *lib.* 4. Marſil. *conſi.* 77. *nu.* 13. Villa-
lob. *in communib. opinio. verbo, incendium, num.* 20. *& ſeqq.* Me-
noch. *de arbit. quæſt. lib.* 2. *caſ.* 390. *nu.* 3. *& ſeqq.* Maſcar. *de pro-
bat. lib.* 2. *concl.* 892. *& conclu.* 993. *& lib.* 1. *concl.* 467.

d *Fortuito*, Ignis quandocunque etiam fortuito caſu accendi poteſt, verùm an hoc præſumatur, & quomodo probetur, incendium non fortuito caſu ortum, ſed immiſſum extitiſſe, videas per Bald. *conſ. 174. num. 2. lib. 2.* Roman. *conſ.* 401. Calephat. *conſ. crim. diuerſ.* 58. *lib.* 2. & Socin. *in c. ſi quis domum, de iniur. & damn. dat.*

e *Prima depoſitio.* De hac materia, an ſcilicet & quando attenditur prima vel ſecunda depoſitio teſtis in eodem vel in alio iudicio facta, vide latiſſimè diſſerentem D. meum Farinac. *in ſuo tract. de teſtib. q. 66. num. 124. & ſeqq. part. 4. per totam*, & in quod in hac deciſione dicitur, attendi primam depoſitionem teſtis, & non ſecundam in repetitione emanatam, intelligendum eſt, quando prima fuerit inualida & ſine citatione partis; & tunc ſine dubio attenditur ſecunda valida in examine repetitionis, & non prima inualida, prout etiam declarat D. meus Farinac. *vbi ſuprà num. 136.*

*Fam. Cent. I.V.D. Galeſij.*

## ORANI.

*Burgen. Præſidij, Veneris 3. Iunij* 1588.

### ARGVMENTVM.

De aliquibus præſumptionibus falſitatis proceſſus concernentibus examen teſtium: & an, quando teſtium remiſſoria commiſſa fuit cum interuentu duorum notariorum, ſufficiat vnius notarij ſubſcriptio in dicto examine? & reſoluitur quòd non.

### SVMMARIA.

*Notarij duo ad examen teſtium ſi deputati fuerint, requiritur vtriuſque notarij ſubſcriptio in dicto examine, aliàs non facit fidem, num. 1.*

*Falſitas maximè arguitur ex mala compaginatione proceſſus, ex foliis inciſis & volantibus, reſecatis & minùs integris, num. 2.*

*Falſitatis præſumptio reſultat ex apoſtilla diuerſo charactere ſcripta, num. 2.*

### DECISIO LXI.

1 FVit † reſolutum in cauſſa Burgen. præſidij proceſſum remiſſoriæ nullam mereri fidem. Cùm enim duo notarij actis illius deſcribendis fuiſſent deputati, neceſſarium fuit, vt in illorum ſubſcriptione vtriuſque ſubſcriptio concurreret, ex qua cognoſci poſſet vtrumque interueniſſe, *ad not. in c. quoniam contra*, vbi Felin. *num. 43. de probat.* Alexan. *conſil. 124. num. 3. lib. 7.* Roman. *conſil. 281. num. 5.* Guid. Pap. *quæſt. 122.* Hoc autem minùs fuit obſeruatum. Nam nec apparet, per quem examen teſtium fuerit factum, nec ſubſcriptio notariorum poſt cuiuſlibet teſtis dictum fuit appoſita.

2 Præterea † deficit citatio partis ad videndum iurare teſtes pro certo die; & præmiſſis accedunt, mala compaginatio proceſſus, cùm aliquot ſint in eo folia volantia, reſecata, & minùs integra, & apoſtilla folio proceſſus 24. diuerſo charactere deſcripta, ex quibus non leuis ſuſpicio falſitatis oritur, Curt. iun. *conſ. 141. num. 17.* Menoch. *de arbit. caſ. 187.*

3 Non † obſtat, quòd pro iſtorum defectuum ſanatione ad ſignaturam habitus fuit recurſus, quia nihil fuit reſcriptum, ſed Rotæ arbitrio remiſſa errorum cognitio, & quando ſublati fuiſſent huiuſmodi defectus, nihilominùs ſuſtineri non poſſet, ex quo proceſſus vtriuſque notarij etiam ſubſcriptione caret, & ita deciſum.

## ILLVSTRISSIMI ET REVERENDISS. Patriarchæ.

*Romana donationis, Mercurij 22. Iunij* 1588.

### ARGVMENTVM.

Pœna criminis læſæ maieſtatis quando tràſeat ad filios, iuxta diſpoſitionem *l. quiſquis, C. ad legem Iul. maieſt.* & an mater non petens tutorem filio infra A annum banni ſui viri dari, priuetur eiuſdem filij ſucceſſione, & quibus ex cauſſis ab hac non petitione excuſetur?

### SVMMARIA.

*Mater non petens tutorem filio infra annum poſt mortem ciuilem ſui patris & viri reſpectiuè capitaliter bānitι, an priuetur ipſius filij ſucceſſione, num. 1. & generaliter, an & quando priuetur dicta ſucceſſione ob non petitionem tutoris infra annum, vide in addit. litera* a, *vbi plura ponuntur in hac materia.*

*Criminis læſæ maieſtatis pœna tranſit ad filios, ita vt & ipſi cenſeantur priuati non ſolùm ſucceſſione bonorum paternorum, ſed etiam materna, auita & aliorum proximorum hereditate &* B *ſucceſſione, num. 2. & in addit. litera* b, *vbi alia ad materiam.*

*Mater non priuatur hereditate filij, ex eo quòd poſt mortem patris ipſi non petierit tutorem, quando non expediebat pupillo talem tutorem dari, num. 2. vbi datur exemplum huius concluſionis.*

*Criminis læſæ maieſtatis pœna quando tranſit ad filios, tunc nemo pro illis comparere poteſt ſine venia, num. 2.*

*Mater nullam incurrit pœnam non petendo tutorem filio poſt mortem patris, quando aderat legitimus tutor, nu. 3. declara, vt n. 7.*

*Criminis læſæ maieſtatis pœna non tranſit ad filios, niſi quando crimen eſt commiſſum contra perſonam Papæ, aut Imperatoris, aut ſaltem odio ipſorum, num. 4. & in addit. litera* c, *vbi de materia, an ſcilicet & quando tale crimen committitur contra Principes inferiores.*

C *Criminis læſæ maieſtatis pœna non tranſit ad filios natos ante perpetratum delictum, n. 5. & 6. vbi etiam quòd nec talis pœna trāſit ad filios de conſuetudine, & in addit. litera* d, *vbi de materia.*

### DECISIO LXII.

1 AGebat † Illuſtriſſima & excellentiſſima D. Iulia Sabella ad ſucceſſionē filiorum impuberum reſpectu quorundam bonorum eis donatorum ab Illuſtriſſ. D. Valerio Vrſino, ſed quia cùm bannitus fuiſſet & condemnatus pœna capitali Illuſtriſſ. D. Ludouicus D. Iuliæ maritus, & dictorum impuberum pater, & ipſa intra annum huius banni non petiiſſet eis dari tutorem [a], excipiebat D. Valerius non deberi matri ſucceſſionem ex diſpoſitione *l. ſciant, C. de legit. here.* a Ex aduerſo proponebantur nonnullæ exſecutiones, de qui- D bus actum fuit in præſēti cauſſæ poſitione, quæ ex præſuppoſitis in dubio eliciuntur, quarum prior eſt; quia non expediebat pupillis petere tutorem; altera eſt, quia aderat patruus legitimus tutor & adminiſtrator, qui defenſionem pupillorum ſuſceperat. Et in præſenti quidem diſputatione præſuppoſitum fuit, diſpoſitionem dictæ *l. ſciant*, locum habere, nō ſolùm quando pater mortuus eſt morte naturali, ſed etiam quando eſt ciuiliter mortuus, qualis eſt bannitus in pœnam capitis. De cuius præſuppoſiti veritate ſi contingeret dubitari, particulariter erit agendum.

2 Retento † itaque hoc themate de duabus excuſationibus actum fuit, quæ pro parte Dom. Iuliæ deducebantur; quarū prior eſt, quòd cùm per fiſcum fuiſſet proceſſum contra Dom. Ludouicum, & lata ſententia contra eum in crimine læſæ maieſtatis, ex diſpoſitione *l. quiſquis, C. ad leg. Iul. maieſt.* & factum per eum inuentarium, nec non apprehenſa poſſeſſio omnium bonorum, non expediebat pupillis petere eis E dari tutorem vel curatorem, *ad text. in l. 2. §. quòd ſi penitus, & §. tractari, ff. ad Senatuſconſul. Tertullian*, cùm ipſi eſſent de iure priuati [b], omnibus bonis, nec non materna & auita, ac etiam b omnium proximorum hereditate & ſucceſſione, *l. quiſquis, §. filij, C. ad leg. Iul. maieſtat.* & hoc præſertim, cùm nemo pro eis poſſet in iudicio comparere ſine venia, *d. l. quiſquis, §. denique*, quam tamen petitam obtinere non potuerunt, cùm commiſſio pro eorū parte præſētata in ſignatura Sāctiſſimi reiecta fuerit, confirmatur ex eo, quod præter huiuſmodi priuationē aderat etiā magnū æs alienū, & ideò magis expediebat pupillis non habere tutorē, vt à creditorum moleſtia liberarentur, *d. l. 2. §. tractari, verſ. ergo etiam ſi mater ei, ff. ad Tertull.*

3 Altera excuſatio † deſumebatur ex eo, quòd aderat D. Valerius patruus pupillorū, qui erat ex legis diſpoſitione vnus ex legitimis tutoribus, qui adminiſtrabat & gubernabat omnia bona, & pupillos defendebat, ita vt nullum poſſet ex matris ceſſatione oriri præiudicium ipſis pupillis, *dict. l. 2. § ſi*

maer,

mater, verſicu ſed ſi fortè, gloſſ. in l.matri, C.eod.titu.ad Tertul- A
lian.& ibi Salic.nu.3.& in l.ſciant, nu.3.Socin. iun.conſ.16.nu.
3.in fin. lib. 2. Quod autem D.Valerius adminiſtraret & de-
fenderet, colligitur ex præſuppoſitis, & ex iis, quæ in facto
deducuntur.
4 His tamen † non obſtantibus, fuit per Dominos dictum,
has excuſationes nō eſſe ſufficientes, nam quantùm ad prio-
rem, quæ ſumitur ex eo quòd iſti pupilli erant omnibus bo-
nis priuati, reſponderunt, hoc nō eſſe verum, habebāt enim
iſti pupilli bona relicta ſibi à Domino Raymundo, nec non
bona auita in Prouincia Marchiæ, quæ non poterant cade-
re ſub confiſcatione, cùm pœna dict. l. quiſquis, non habeat
locum, niſi quando crimen eſt commiſſum contra perſo-
c nam Papæ vel Imperatoris, aut ſaltem odio ipſorum, [c] vt
tradit Clar.in Pract.crim.§.læſæ maieſtatis, nu.14. Alciat. conſi.
467.nu.6.in fin. poſt Andr.de Iſern.in cap.1.in verſ. & bona cō- B
mittentium, nu.81.quæ ſint regal.
5 Præterea † fuit conſideratum, filium, de cuius ſucceſſio-
d ne agitur, natum fuiſſe ante perpetratum delictum, [d] &
ideò non comprehendi in pœna d.l.quiſquis, Clar. vbi ſuprà,
nu.12.poſt Alciatum in dict.conſil.467.
6 Inſuper †, hanc pœnam de conſuetudine non habere locū
teſtatur Angel.in l.fallaciter, nu.4.C.de abolit.Socin.conſi.275.
n.3.in fin. lib.2.Clar.vbi ſuprà.Quare pupillis melius erat ha-
bere tutorem quàm nō habere, ratione iſtorum bonorum,
ſuper quibus non poterant etiam grauari à creditoribus pa-
ternis: & ideò ceſſat etiam conſideratio, quæ fit ſuper ære
alieno, quo grauati erant pater & patruus.
7 Quātùm † ad poſteriorem excuſationem, quòd aderat le-
gitimus tutor & adminiſtrator, reſpondebant Domini, hoc
non releuare, tum quia excuſatio illa procedit ſecundùm C
tempora Digeſtorum & Codicis, quibus matres ad tutelam
legitimam non admittebantur, ſed hoc poſteà correctū fuit
per auth.matri & auiæ, C.quando mul.tutor.offic.fung.pot. vt tra-
dit Bart.in d.l.matris, & poſt eum ceteri: tum etiam, quia in
quodam inſtrumēto ipſa vocauit ſe tutricem & adminiſtra-
tricem filiorum, & ſic apparet eius intentionis fuiſſe, nō re-
cuſare filiorum tutelam: quo caſu non erat locus legitimo.
8 Ponderatum † fuit etiam actus adminiſtrationis D. Va-
lerij eſſe æquiuocos, cùm præſumatur vti conſors admini-
ſtraſſe propter communionem bonorum, maximè cùm in
alienatione caſalis conſtitutus fuerit procurator à D. Iulia
vti tutrice, quæ res declarat eius animum reſpectu admini-
ſtrationis, & ita fuit concluſum, reſeruatis ceteris excuſatio-
nibus, quæ extra dubium ab informantibus tactæ fuerunt. D
An autem diſpoſitio l.ſciant, habeat locum etiam in morte
ciuili, indiget particulariter diſcuſſione.

## *ADDITIONES.*

a TVtorem. De hac materia, an ſcilicet & quādo mater pri-
uetur ſucceſſione filij, non petendo ipſi tutorem infra
annum poſt mortem patris, vide latè per Gabr.lib. 6.tit. de
tutel.concl.1.
b Priuati. Speciale eſt in crimine læſ.maieſtatis, quòd filius
delinquentis patris luat pœnas, prout eſt text.in l.quiſquis, C.
ad leg.Iul.maieſt. vbi quòd filius priuatur nedū hereditate pa-
terna, ſed etiā materna, & aliorū aſcendentiū ac proximiorū
collateralium, & etiam extraneorum, prout bene declarat
Anton.Gomez.de delict.tit.de crim.læſæ maieſt. nu. 13. Nec mi- E
rum, ſi ita ex delicto patris fiij incapaces redduntur ad he-
reditatē ſibi delatam, quia etiam ipſo iure infames efficiun-
tur, inhabiléſque ad honores & dignitates, & ob id repellū-
tur à teſtimonio, nec poſſunt ad eccleſiaſticos ordines pro-
moueri, nec obtinere officia aut etiā beneficia eccleſiaſtica,
aliáque Reipublicæ munera, vt in d.l.quiſquis, & per Gomez.
in loco præcitato. Fig.de crim.læſæ maieſtat. lib. 3.tit.1 q.1.nu.4. &
ſeqq. & q. 12. vbi etiam, quid ſi filij prædicti fuerint à Papa
vel Imperatore reſtituti, Couar.variar.reſol.lib.2.c.8.nu.2.
Ampliatur autem hæc concluſio pluribus modis, & pri-
mò, vt procedat etiam in filiis naturalib. ſecundùm Gig. vbi
ſuprà, d.lib.3.tit.1.q.7. Couar.variar.reſol.lib.2.c.8 nu.3. vbi de-
clarat hoc bene procedere in naturalibus, quorū pater cer-
tus eſt; ſecus autem in ſpuriis aut vulgo quæſitis, quorum
pater eſt incertus, Clar.in §.læſæ maieſtatis verſi ſed nūquid ha-
bent. Quid autem in adoptiuis, vide Gig. vbi ſup.d.q.7.num.16.
A & ſeq. vbi, quod filij adoptiui non intrant in diſpoſitionem
d. l. quiſquis. Quid autem in emancipatis, vide ibidem per
Gig. quæſtio.6.per totam. Et quid demùm in filiis clericis, dic,
quòd non priuantur beneficiis propter delictum patris, Gig.
vbi ſuprà q. 9. Quod intellige, niſi crimen læſæ maieſtatis
fuerit commiſſum in Papam, quia tunc etiam filius clericus
beneficio priuatur, Gig. ibidem q.11.
Ampliatur etiam eadem concluſio, idem eſſe in nepoti-
bus ex filio deſcendentibus, Gig. vbi ſup.lib.3. tit.1.q.8. Co-
uar.variar.reſol.lib.2.c. 8. num. 2. verſicu. primum an ob crimen,
Clar. in Pract. §. læſæ maieſtatis, §. præterea quæro. Anton. Go-
mez.tit.de crim. læſæ maieſt. num. 15. vbi relato iure antiquo,
diſtinguendo dicit, quòd quando maſculus commiſit cri-
men læſæ maieſtatis, tunc pœna tranſit etiam ad nepotes,
ſecus quando fœmina deliquit, quia tunc tranſit ad filios
B tantùm per text.in c.ſtatutum, de hæreti.in ſexto. Qui text. licèt
loquatur de hæreſi, extenditur tamen etiam ad crimen læſæ
maieſtatis.
Ampliatur rurſus concluſio prædicta, vt filij priuentur
hereditate paterna, etiam quoad legitimam, Roland.conſil.8.
num.43.& 47.lib.3. de quo vide Boſſ.in tit.de crim.læſæ maieſt.
num. 134. & ſeqq. Quod non videtur procedere in fœmina,
quæ de bonis matris videtur, quòd poſſit percipere legiti-
mam ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato, ex Ant. Gomez. d.
tit.de læſ. maieſt. ſub num. 13. Sic & filium priuari non ſolùm
hereditate materna, ſed etiam bonis à matre donatis tam ex
cauſa mortis, quā inter viuos, voluit Gigas d. lib.3.tit.1.q.2.
& 3. ſic etiā filium priuari feudo, ſiue illud ſit antiquum &
paternum, ſiue ex pacto & prouidentia hereditarium, ſcri-
pſit idem Gig. d.lib.3.eod.tit.1.q.4.
C Ampliatur demùm eadem concluſio procedere, nedum in
maſculis, ſed etiam in fœminis. De qua ampliatione ac illius
veritate & materia vide Gigan. d.lib.3.tit.1.q.15.& q.74.nu.
11.& q.14.& q.16. vbi etiam quid de hermaphrodito, Boſſ.
d.tit.de crim. læſ.maieſt.num.134 Plot. conſi.crim.diuerſor.130.
num.84.& ſeq.lib.1. Clar.in Pract.§.læſæ maieſtatis, verſi.hæc au-
tem pœnæ, Rolan.conſi.74.num.8.& 9. conſi.73.num.23.lib.3.&
conſi.15.num. 6. lib. 4. Apud quos etiam reperies; An dictæ
fœminæ debeant dotari, de quo particulariter vide Dom.
meum Farinaç. in ſua Pract.crim.part.1.tit.de delict. & pœn.q.
24.num.47.
Limitatur autem prædicta concluſio nonnullis aliis mo-
dis, & primò, quòd licèt filij priuentur hereditate patris de-
linquentis, debent tamen habere alimenta à fiſco, ſecundùm
D Plot.in conſi.crim. diuerſ.130. num.84. & ſeq.lib.1. cuius con-
trarium videtur voluiſſe Boſſ. in tit.de crim.læſ.maieſt.nu.135.
in fin. & faciunt in ſimili tradita per Roland. conſi.8.num.46.
& ſeq.lib.3.
Limita ſecundò, quia in foro conſcientiæ videtur, Prin-
cipem nōn poſſe retinere bona hereditaria patris in præiu-
dicium filiorum, qui non deliquerunt, ex trad. per Roland.
in conſil.74.in fin. num.21 lib. 3. dicens ampliùs, quòd pœna
l.quiſquis, ex generali conſuetudine Italiæ eſt ſublata, ex An-
gel. Socin. & Alciat. in locis per eum relatis, quod & idem in
hac deciſ. admittitur.
Limita tertiò procedere, quando conſtat certè, patrem
eſſe delinquentem, ſecus, ſi per ſolam contumaciam & fi-
ctam confeſſionem, cuius vigore ſequuta condemnatio fi-
liis non nocet, Gig. de crimin. læſæ maieſtatis, lib.3.tit.1.q.13.
E Rolan.conſi.29.num.21. & ſeqq.lib.3. & conſil.15.in fin.iuncto
num.4.lib.4.
Limita quartò, quia hereditas huiuſmodi filio ablata pro-
pter eius inhabilitatem non applicatur Fiſco, ſed aliis proxi-
mioribus venientibus ab inteſtato, ſecundùm Ant. Gomez.
d. tit. de crim.læſæ maieſt.num.14. licèt Salic. in loco per eum re-
lato, contrarium dixerit.
Limita quintò, quia licèt filius in crimine læſæ maieſta-
tis propter patris delictum puniatur, vt ſuprà, non tamen
econtrà punitur pater propter delictum filij, Gig. vbi ſuprà d.
lib.3.eod.tit.1.q.21.
Imperatoris aut ſaltem odio ipſorum. Ex hac deciſione duæ c
colliguntur concluſiones. Prima eſt, quòd pœna criminis
læſæ maieſtatis non tranſit ad filios, quando offenditur non
Princeps ſupremus, ſed Princeps inferior. Secunda eſt con-
cluſio præcedentis ampliatiua, quòd indubitanter pœna
criminis læſæ maieſtatis non tranſit ad filios, quando offen-

ditur Princeps inferior non ratione ſuæ perſonæ & iuriſdi- A ctionis, & propter publicum odium, ſed ex particulari odio & inimicitia: & quidem iſtæ duæ concluſiones reſtrictæ, prout ſunt termini huius deciſionis ad filios delinquentis, ſunt veriſſimæ, & tranſeunt ſine difficultate, vt videre eſt apud Gig. *in tit. de crim. læſæ maieſtatis lib. 1. tit qualiter & à quibus crimen læſæ maieſtatis commit. q. 29. nu. 2. & 3. & lib. 3. titu.* 1. *q. 23. nu. 6. & nu. 9.* Boſſ. *in tit. de crim. læſ. maieſtat. nu. 51. & ſeqq.* Clar. *in Pract. §. læſæ maieſtatis, verſic. vnum tamen,* Gabr. *lib. 7. concl. vlt. nu. 7. & ſeqq.* Rolan. *conſ. 74. lib. 3. & conſ.* 15. *nu.* 11. *& ſeqq. lib. 4.* Vbi ponit exemplum in eo, qui offendit aliquem Baronem, eo quia deflorauerat ſororem offendentis. Nec diſſentiunt à præmiſſis alij plerique Doctores infrà *in ſeqq. verſiculis* allegandi.

Verùm circumſcripta perſona filiorum, ſi tractandum eſt B de pœna illius, qui Principem offendit, & tunc licèt offendens aliquem officialem ipſius Principis ſuperioris, vtputà Legatum, Poteſtatem, Vicarium, Cõſiliarium aut alium officialem ex particulari inimicitia & odio, non dicatur committere crimen læſæ maieſtatis, nec illius pœnam incurrat, vt per Gig. *de crimin. læſæ maieſt. lib. 1. tit. qualiter & à quibus crim. læſæ maieſt. committatur, q. 6. & q. 15.* vbi de offendẽte Legatum ſeu Vicarium Papæ, Imperatoris, ſeu Regis, *& quæſt. 26. nu. 3.* vbi de offendente alium inferiorem officialem, *& q. 14. nu. 4. & ſeqq.* vbi de offendente Conſiliarium Principis, Petr. à Plach. *in Epit. delict. lib. 1. c. 22. ſub. nu. 22.* Roland. *conſil. 1. num. 32. & ſeqq. & nu. 36. lib. 3. & conſil. 15 num. 11. & ſeq. lib.* 4. Attamen ſi oſtenderetur perſona ipſius Principis immediatè, tunc vix crederem in practica obtineri poſſe, vt is à pœna criminis læſæ maieſtatis excuſaretur, ex eo quòd ex C particulari odio & inimicitia offenderit, prout neque hanc excuſationem in offendente Conſiliarium Principis admittit Clar. *in Pract. §. læſæ maieſtatis, verſi. quæro etiam.*

Sic & pariter, quia, quid ſit de iure, ſaltem de cõſuetudine, crimen læſæ maieſtatis committi etiam contra Principes & Ciuitates inferiores recognoſcentes ſuperiorem ſcripſerũt Alex. *conſ. 13. num. 2. lib. 6.* vbi loquitur etiam de offendente aliquem Dominum particularem vnius caſtri, prout etiam loquitur Aym. *in conſil. 224. nu. 6.* nec diſſentiunt Ãngel. *de maleſ. in verbo, Et hai tradito la tua patria, nu. 5.* Socin. iun. *conſi. 105. lib. 3.* Rolãd. *conſi. 88. nu. 1. & ſeqq. lib. 2.* Menoch. *de arbit. quæſt lib. 2. caſu 316. nu. 29.* Gramm. *deciſ. 6. nu. 19.* Rube. Alexandr. *conſi. 154. num. 1. circa fin.* Boër. *in tract. de ſeditioſis, q. 6. nu. 6.* Martin. Laud. *in tract. de crim. læſæ maieſt. q. 1.* Gig. * *in eod. tract. lib 1. tit. qualiter & à quibus crim. læſæ maieſt. cõmittitur, q. 29. idem* Roland. *conſi. 14. num. 16. lib. 4. & conſi. 55 nu. eod. lib. 4.* vbi de communi; D dummodò inferior Princeps habeat merum & mixtum imperium, & plena regalia: quicquid contrarium defendere conetur Anton. Gomez. *de delict. rubr. crim. læſæ maieſtatis, numer.* 10. Ad quam materiam vide etiam quæ ſcripſit Peregr. *in tract. de iure fiſc. lib. 4. tit. 5. numer. 23. & ſeqq.* & quæ dixit Dominus meus Farinac. *in ſua Pract. crim. par. 1. tit. de indic. & tort. q. 51. numer. 87. & ſeqq.* vbi de non reuelante tractatum contra Principem inferiorem.

d *Perpetratum delictum.* Cum Claro etiam conſentit Diaz, *reg. 175. in 2. limitat.* ſed eius opinio non tranſit ſine difficultate, præſertim ex deductis per Couarr. *var. reſolut. lib. 2. c. 8. nu. 5. & 6. in diſcurſu*, vbi multi hinc inde adducit & ponderat, & contrariam opinionem vti veriorem latè defendit E Anton. Gomez. *d. tit. de crim. læſæ maieſtat. nu. 26.* eamque magis communem teſtatur Gig. *in tract. de crim. læſæ maieſtat. lib. 3. tit. 1. quæſt. 5.*

*Fam. Cent. I. V. D. Galeſij.*

GIPTII.

*Britonouen. Commendæ, 12. Decemb. 1588.*

ARGVMENTVM.

De probatione ſimoniæ: & de probatione & declaratione cifrarum multa notabilia.

*SVMMARIA.*

*Simonia plenè & concludenter probari debet, etiamſi ciuiliter agatur, num. 1.*

*Confeſſio dubia, & quæ in bonam & malam partem capi poteſt, non nocet confitenti, & ad rei fauorem interpretari debet, nu. 1. in fine, & nu. 3. etiam in fin. & in additionib. litera a.*

*Simonia eſt difficilis probationis, ideò ad illius probationem admittuntur coniectura & præſumptiones, euidentes tamen & bene concludentes, num. 2.*

*Verba inducunt conſenſum, dummodò ſint congrua & accommodata ad illum ſignificandum, aliter, ſecus, nu. 2.*

*Cifræ non conſuetæ nihil probant, numer. 2. in fin. niſi probetur, inter ſcribentes præceſſiſſe earundem cifrarum declarationem, num. 3.*

*Negotium poteſt dici meum, nedum propter proprium intereſſe, ſed etiam cura & ſollicitudine, num. 3.*

*Simonia præſumpta non excludit aliquem ab actione ſpolij, num. 4.*

*Simonia mentalis non inducit priuationem, num. 5.*

*Simonia non inducitur ex verbis generalibus, vtputà,* Non vi ſaro ingrato, *num. 5. Etiam quod poſteà aliquid datum fuerit, num. 6.*

*Verba generalia non inducunt ſimoniam, nu. 5.*

*Simonia inducitur ex actibus correſpectiuis & reciprocis, dummodò tamen fiant ab initio, vel incontinenti, aliàs ſecus, numer. 6.*

*Simonia non probatur ex petitione abſolutionis ad cautelam, numer. 7.*

C *Abſolutiones petens ad cautelam non videtur fateri, num. 7.*

*Simonia cadit etiam in re ſpiritualitati annexa, prout eſt penſio, num. 8.*

*Penſio non eſt res merè temporalis, ſed ſpiritualitati annexa, numero. 8.*

## DECISIO LXIII.

FRater † Ludouicus miles Ordinis S. Ioannis Hieroſo- 1 lymitani, agebat ſpolio ad recuperationem ſuæ Commendæ. Ex aduerſo obiiciebatur, non eſſe locum reintegrationi ob prætenſam ſimoniam ab eodem fratre Ludouico commiſſam. Dubio bis propoſito, Domini pro maiori parte tenuerunt, fratrem Ludouicum eſſe reintegrandum, non obſtante exceptione prætenſæ ſimoniæ, cùm non ſit plenè D & concludenter probata, prout probari debet, etiamſi ciuiliter agatur, Dec. poſt Abb. *in c. veniens, de teſtam.* Nat. *conſi. 295. num.* 13. vbi dicit hanc eſſe communem opinionem. Mohed. *deciſ.* 184. Cott. deciſ. 173. Hinc eſt, quòd confeſſio, quæ in bonam & malam partem capi poteſt, non ſuffragatur, Put. *deciſ. 381. & 1440. lib. 1.*

Nec facit †, quòd ad probandum ſimoniam, quæ eſt 2 difficilis probationis, admittantur etiam cõiecturæ & præſumptiones, quæ debent eſſe euidentes & bene concludentes, Alex. de Neuo *conſi. 64. num.* 2. cum aliis congeſtis per Moder. *de probat. concl. 1134. num.* 27. ſed in iſto caſu nõ ſunt tales. Nam in literis miſſiuis nõ eſt nominatus Ludouicus, ſed ſolùm dicitur N. & R. quæ verba non ſunt congrua, nec accommodata ad inducendum conſenſum Ludouici, ideò nihil releuant. Iaſ. & relati per eum *in l. 1. § eadem, nu. 2. ff. de* E *verb. obligat.* & Aret. *ibidem, num. 5. cum ſeq.* vbi plures cumulat, Alex. *conſi. 113. nu. 6. lib. 2.* vbi quòd non attenditur denominatio perſonarum facta per cifras non conſuetas, *& cõſi. 146. nu. 25. verſi. & ſic dato, lib. 5.* vbi quòd literæ miſſiuæ ſcriptæ in cifra nihil releuant.

Nec illa † verba, *Quel mio negotio*, poſita in literis ſcriptis 3 per Ludouicum Ghiſello, declarant perſonas nominatas in d. memoriali per illas cifras N. & R. quæ declaratio eſt neceſſaria, Iaſ. *vbi ſupr.* Alex. *d. conſi. 146. nu. 26. verſi. ſecus ſi non præceſſiſſent, iuxta not. in l. ſed cum patrono, §. vlt. de bon. poſſeſſ. & in l. quotiens, circa princip. C. de hered. inſtit. & in auth. quod ſine. C. de teſtam.* gl. *in §. 1. verſi. ſed hæc ſolemnia, in verbo, quibuſcunque.* & ibi ſcriben. *Inſtit. de verbor. oblig.* Ex illis verbis, talis interpretatio non reſultat, quia illud negotium potuit eſſe ſuum cura & ſollicitudine, iuxta trad. per Bart. *in l. ſi. pecuniã. C. de negot. geſt.* Et tamen confeſſio ſemper ad fauorem rei interpretari debet [a] Dec. *conſi. 493. num.* 16. Natt. *conſi. 161.* a *num. 5.*

*numero quinto* latè Rimin.*conſilio.214.numer.15.* A

4 Et ſi dicatur †, quòd debet præſumi, quòd de Ludouico loquatur; reſpondetur, quòd etiam ex præſumpta ſimonia quis ab actione ſpolij non excluditur, Caputaq.*deciſ.342.lib.1.* ſiquidem non dicitur notoriè de non iure Ludouici cõſtare, cũ in petitorio poſſit docere de cõtrario, Ægid.*deciſ.103.*

5 Et quamuis † hæc ſufficere videretur pro reſolutione præſentis dubij; attamen vlteriùs progrediendo viſum fuit Dominis, ex deductis non conſtare de ſimonia conuentionali, vel reali, ſed ſi qua fuit, potiùs dici debet mentalis, quæ nõ inducit priuationem, *c.fin.de ſimon.* vbi Doct. Ang.*in ſumma, in verbo ſimonia, num.7.* Nauarr. de comm. in Manual.*c.23. num.102.& ſeq.* Nam quòd N. & R. requiſitus an vellet ſuam domum ſibi cedere pro penſione quam ipſe habebat ſcutorum 126. ſuper commenda alterius Equitis, reſponderit, neſcire an hoc fieri poſſet, idcirco quòd N. deberet renunciare B penſionem, & poſteà videbitur ſubdendo, *Che io non vi ſaro ingrato*, qua ceſſione facta, poſt annum dedit illi domum ſub ficto nomine venditionis: hæc nõ includunt ſimoniam realem vel conuentionalem, ſed potiùs excludunt vtrumque ab initio contractus: nec verba, *io non vi ſaro ingrato*, inducunt obligationem ad effectum ſimoniæ prætenſæ, & not. *in c.cum acceſſiſſent*, vbi Abb.*num.5.de conſtit.* Nauarr. *in conſt. Greg. de dat.& promiſſ.11.not.num.18.verſ.ſecunda*, quicquid dixit gl. *in extrauag.Bonif.de ſenten.excom.cap.1.*

6 Præterea † illa verba, *Che renunciaſſe pur liberamente*, pactum ſimoniæ excludunt, & dato quòd poſteà aliquid datum fuiſſet, non propterea inducitur ſimonia, Sarnen. *in reg. de trien.q.12.verſi.ſecundo principaliter*, vbi Doctores ita tenere affirmat Dec.*conſi.11.num.4.* Nec ad rem pertinet, quòd in beneficialibus actus correſpectiui & reciproci inducant ſimoniam, Felin. *in c.paſtoralis, de reſcr.* Veral. *deciſ. 240.par.3.* C quia fuit reſponſum, illud procedere, quando ab initio vel incontinenti huiuſmodi promiſſio vel datio fit, quoniam quæ incontinenti fiunt, cenſentur ineſſe, *l. lecta, ſi cert.petat.* ſecus verò, ſi ex interuallo, Ægid.*deciſ.12.& 490.lib.2.*

7 Non † obſtat, quòd Ludouicus petendo abſolutionem videatur confiteri ſimoniam, quia eius confeſſio eſt limitata, & potiùs ad cautelam pro ſcrupulo, quem habebat; faciũt dicta per Ang.*in Summa, in ver.conſcientia, num.1.* & bonarum mentium eſt, culpam timere, etiam vbi non eſt, *c.2.de obſer. ieiun.* Natt.*d.conſi.... num.15.* His accedit, quòd non agitur ſolùm de amiſſione dictæ penſionis, ſed etiam de priuando eundem fratrem Ludouicum ſua commenda; quo fit vt benignior facienda ſit interpretatio.

8 Cetera † quæ obiiciuntur bene remanent ſublata ex allegatis per informantes; non placuit tamen Dominis fundamentum deductum ex Gig.*de penſ.q.99.* quia penſio non eſt D merè temporalis, ſed ſpiritualitati annexa, vt oſtendit Prob. ad Gl. Gram. *de collat.§.item quod vniuerſitas, verſi.beneficiorum, num.4.* Rebuff. *de pacif.poſſeſſ.num.114.* Et ſimonia cadit etiam in re ſpiritualitati annexa, *c.quæſitum, de rerum permut.* Roman.*conſi.368.*

## *ADDITIO.*

a **I**Nterpretari debet. Ad idem quòd dubia confeſſio interpretari debeat in bonam partem, & ad fauorem confitentis, & ſecundum illius intentionem, adde Bald. *in l.1. num.23. verſi.primo caſu, C.de confeſſ.* Claud. Seyſſell. *in repet.l.vt vim, num.113.ff.de iuſtit.& iur.* vbi bene exemplificat hanc concluſionem, Dec.*in c.cum venerabilis, num.105. de exceptionib. & in c.in præſentia, num.44.de probatio.* Marian.*in c.qualiter & quando, il 2.num.786.de accuſat.* Butr.*in c.cum dilecti, num.20.eod.tit.* E *de accuſ.* cum aliis pluribus relatis per D. meum Farin. *in ſua Pract.crim.par.2.tit.de reo confeſſ.& conuict.q.81.c.1.num.35. & ſeqq.* vbi hanc concluſionem tribus modis limitat & declarat. Primò, vt procedat in foro fori, ſecus in foro poli. Secũdò, vt non procedat in homine malæ famæ. Tertiò, vt non procedat in iis, quæ de ſe mala & prohibita ſunt: nam his omnibus caſibus dubia confeſſio in deteriorem partem & contra confitentem interpretatur.

*Fam. Cent. I.V.D. Galeſij.*

ILLVSTRISSIMI ET REVERENDISS. D. Platti Cardinalis.

*Legionen. Iuriſdictionis, 19. Decemb. 1588.*

## ARGVMENTVM.

Inſtrumentum quando dicatur legitimè recognitum: & de nonnullis ſuſpicionibus falſitatis aduerſus inſtrumentum oppoſitis: & quando duo notarij rogarunt ſe de vno inſtrumento, an in illius publicatione ſufficiat vnius ſubſcriptio?

## *SVMMARIA.*

*Falſitas vt euitetur, omnis interpretatio facieda eſt, in addit. litera a.*

*Inſtrumentum ſubſcriptum à notario, & cum eius ſigno & ſolemnitatibus requiſitis, plenam facit probationem, num.1.*

*Falſitas inſtrumenti non præſumitur, num. 1. & in addit. litera a, vbi de materia.*

*Inſtrumentum tantò magis probat, quando illius tenor reperitur inſertus in Apoſtolico reſcripto, ſub num.1.*

*Notarij duo quamuis ſe rogauerint de aliquo inſtrumento, ſufficit tamen in illius publicatione vnius ſubſcriptio, niſi probetur, eos fuiſſe ſimul rogatos, num.1. in fin.*

*Inſtrumenti originali ſtandum eſt, & ad illud recurrendum, quando ex eo exemplata ſcripturæ diſcordant, num.2. in fin. & in addit. litera b.*

*Teſtes examinati à iudice non habente iuriſdictionem, nihil probant, num.3.*

*Cancellatio inſtrumenti in ſubſcriptione notarij, quæ ad validitatem inſtrumenti non erat neceſſaria, inſtrumenti fidem non tollit, num.4.*

*Falſitas non præſumitur, ſed potiùs error, in addit. lit.a.*

## DECISIO LXIV.

**R**Eſoluerunt † Domini, ſcripturam compromiſſi laudi & mandati eſſe in forma probanti & fidem facere? eſt enim ſubſcripta à notario publico Ser. Didaco de Pignoranda cum ſignis & ſolẽnitatibus requiſitis iuxta doctrin. Bald. *in capit.illud, in fin.de præſumpt.* Iaſ. *in l.ſi poſt diuiſionem, in princ. C.de iur.& fact.ignor.* Socin.iun.*conſi.95.num.2.volum.2.* Nec præſumitur falſitas [a] in huiuſmodi inſtrumento, Caputaq. *deciſ.3.part.2.* quod confirmatur ex eo, quia tenor iſtius laudi fuit inſertus in cõfirmatione Apoſtolica, ad notata per Abb. *in cap.venerabilis, de confirm.vtil.vel inutil.* Felin.*in cap.cauſam, quæ, il 2.num.3.verſic.quia poſteà, de teſtibus.* Et licèt duo notarij fuerint de hoc laudo rogati; attamen niſi oſtendatur, eos fuiſſe ſimul rogatos, ſufficit ſubſcriptio vnius, Butr. *dec.6.l.1.* 1 a

Non obſtat †, quòd in vno ex ſcriptis legatur, quòd arbitri non poſſint tollere de iure vnius & dare alteri: in alio autem ſumpto deſit illa dictio, *non*, quia vltra quòd ex præcedentibus & ſequentibus verbis probabilior redditur illa lectura, quæ caret negatiua, quàm illa, quæ habet negatiuam, confirmatúrque hæc probabilitas ex eo, quòd partes laudum acceptarunt & appobarunt, dicitur etiam, dictionem illam negatiuam non legi in originali [b], cui eſt ſtandũ, cùm ſcripturæ exemplaria diſcordant, Dec. *in l. ſi librarius, num.8.ff.de regul.iur.* 2 b

Nec obſtat † ſuſpiciones falſitatum, quæ deducuntur cõtra ſcripturam originalem, quia non bene probantur, cùm notarij, qui ſuper illis deponunt, fuerint examinati à iudice in hoc iuriſdictionem non habente, & contra formam, *c.venerabilis, de teſtib.* 3

Non † obſtat, quòd ſubſcriptio Franciſci Gomez alterius notarij rogati de huiuſmodi compromiſſo & laudo vno in loco dicatur caſſata, quia vltra quòd non bene probatur, ex quo, vt dictum eſt, notarij de hac caſſatura deponentes non ſunt formiter examinati: dicitur etiam, quòd ſi vtriuſque notarij ſubſcriptio non eſt neceſſaria, vt ſuprà dictum eſt, parum refert, quòd ſubſcriptio Franciſci Gomez aliquo in loco deficiat. 4

## *ADDITIONES.*

a **F**Alſitas. Inſtrumenti ſeu alterius ſcripturæ falſitas quòd non præſumatur, plures reperies concordãtes apud Roland.*conſil.38.num.32.lib.1.* Decian. *conſ.100.nu.1.lib.2.* Maſcard.

*de proba*

*de probationib. libr.2. concl.245.nu.1.& ſeq.* Hieron. Lauren. *deciſ. Auenionen.91.num.1.* Hinc propterea omnem recipiendam eſſe interpretationem ad hoc, vt falſitas euitetur, pariter alios plures concordátes reperies antiquiores apud Cagnol. *in l.ſingularia, nu.50.ff ſi cert.petat.in vlt.lectu.* Gabr. *lib.7. concluſ.2.num.14.& ſeq.& nu.24.* Clar. *in Pract.§.falſum, verſi. item debet iudex,* Decian. *d.conſ.100.nu.1.lib.2.* Cephal. *cõſi. 77. nu 31.& ſeqq.& num.42.lib.1.* Caputaq. *deciſ.3.num.2.& 3. par.2.* Franc.Ricc. *conſi.78.num.12.libr.1.* Hippol.Riminal. *conſi.345.nu.41.& ſeqq.lib.3.* Maſcard. *de probat. lib.2.concluſ. 745.nu.4.* Octau. Cacheran. *conſi.64.nu.58.* Et hinc in dubio potiùs errorem præſumi quàm falſitatem, dixit eſſe cómunem Emanuel Soarez *in commun.opin.in verbo, falſitas, nu.18.* alios refert Maſcard. *d.concluſ.475.num.3.* exornat & ampliat Franc.Becc. *d.conſi.78.nu.13.24.30.& 34.* & vide declarantem Cephal. *conſilio 230.nu.6.& nu.16.lib.2.* & Iacob.Port. Imolen. *conſi.96.num.12.& ſeqq.& nu.30.& conſi.94.num.3.* vbi declarat.

b *Originali.* Quando matrix, ſeu abbreuiatura inſtrumenti, vel (vt in hac deciſione dicitur) originale diſcordat à publico ſumpto eiuſdem inſtrumenti, an & quando ſtandum ſit potiùs ipſi originali quàm inde leuato inſtrumento, & quid ſi illud diſcordat à Protocollo, vel Protocollũ diſcordet ab originali, eſt notabilis & practicabilis materia, ad cuius declarationem vide omninò Neuiz. *conſi.26. num. 46.& ſeqq.* Menoch. *de arbit.quæſt.lib.2.caſu 187.nu.21.& ſeqq.* & latiùs Maſcar. *de probat.lib.1.concl.4.nu.13.& 14.* cum allegatis per eum, vbi *d.num.14.verſi....* Ratio ſupradictæ ampliationis eſt ex Grãm. quem allegat *in conſi.ciuil.66.num.58.* (cui tamen an ſit credendum dubitat) videtur tenere contra hãc deciſionem, videlicet, quòd vbi diſcrimen reperitur inter duo exempla tradita ab eodem notario, tunc nõn eſt confugiendum ad Protocollum ſeu abbreuiaturam vel originale, cùm neutra propter falſi ſuſpicionem fidem faciant.

*Fam.Cent.I.V.D.Galeſij.*

## COMITVLI.

*Burgen.Canonicatus, Luna 19.Decemb.1588.*

### ARGVMENTVM.

In hac deciſione multa deducuntur, quæ ad proceſſus de partibus ad Vrbem tranſmiſſi fidem & probationem ſpectant: & an idem proceſſus de falſo ſuſpectus reddatur ex nonnullis cancellationibus, additionibus, apoſtillis, & foliorum inciſionibus in illo repertis?

### SVMMARIA.

*Inſtrumentum ſumptum de alio ſumpto inſtrumento ab originali, parte opponente, non probat, num.1.*

*Inſtrumentum vigore compulſorialium ex partibus extractũ, parte citata, & per teſtes recognitum, plenè probat, num.2.*

*Compulſoria relaxata in iudicio principali, deſeruiunt etiam in iudicio reſtitutionis in integrum, quod eſt acceſſorium, etiã coram alio iudicio, ſi tribunal eſt idem, nu.2.*

*Iuriſdictio prorogata non exſpirat per mutationem iudicis, num.2. in fine.*

*Teſtium depoſitiones in partibus receptorum vigore remiſſorialiũ, debent habere ſubſcriptionem notarij actuarij, nu.3.*

*Remiſſoria ad examinandos teſtes ſuſtinetur, etiam quòd in citatione non fuerit deſignatus locus, quia intelligitur locus iudicij, num.4.*

*Proceſſus de partibus tranſmiſsis fides coadiuuatur per teſtes deponentes, fuiſſe habitam fidem aliis ſcripturis inde extractis, numer.5.*

*Inſtrumenti fides non vacillat ex puerilibus ſcriptitationib. repertis in foliis albis, num.6.*

*Falſitatis ſuſpicio non oritur ex eo, quòd in foliis albis alicuius proceſſus reperiantur ſcripta aliqua puerilia, num.6.*

*Falſitatis ſuſpicio non oritur ex eo, quòd in aliquo proceſſu reperiantur aliquæ notæ marginales, quia potuerunt fieri ab A-* A *uocatis & Procuratoribus, num.6.*

*Falſitatis ſuſpicio non oritur ex eo, quòd in inſtrumento in filcia notarij reperto ſint adiecti characteres & notæ numerales, num.6.*

*Falſitatis ſuſpicio non oritur ex inciſione foliorum non ſcriptorum, nu.7.& de materia in addit.lit.a.*

*Falſitatis ſuſpicio non oritur ex cancellationibus habentibus cauſſam manifeſtam & approbatam à peritis, nu.8.*

*Falſitatis ſuſpicio non oritur ex additionibus & apoſtillis approbatis per ſubſcriptionem notarij, num.8.*

*Falſitatis ſuſpicio tollitur ex oculari inſpectione, nu.9.*

## DECISIO LXV.

1 B IOannes Garzias † ad probandum ſe eſſe qualificatum requiſita in fundatione Maioricatus, de quo agitur, aliàs produxerat nonnulla iura, quibus Rota coram Illuſtriſſimo D.Comite 12. Decembris 1584. dixit fidemn on eſſe adhibendam, propterea quòd non eſſent ſufficienter recognita & eſſent ſumpta de ſumptis, quæ parte opponente nõ probant, Bart. *in auth.ſi quis in aliquo, num.13.C.de eden.* Caputaq. *deciſ.234.lib.3.* proinde lata fuit ſententia contra Ioannem, quæ tranſitum fecit in iudicatum.

2 Poſteà † obtenta commiſſione reſtitutionis in integrum, & trãſportato ad Curiam originali proceſſu, coram me dubitatum fuit, *An eſſet in forma probanti ad effectum, vt depoſitionibus teſtium pro parte Didaci examinatorum in alia vacatione eiuſdem Maioricatus fides adhiberi poſſit?* Et reſolutum affirmatiuè: nam fuit ipſe originalis proceſſus exhibitus per ſe- C cretarium audientiæ Burgen. citato & præſente Procuratore partis aduerſæ, & per teſtes recognitus, *iuxta deciſ.1.de fid. inſtr.in nou.* vigore compulſorialium à Rota emanatarũ, quæ etiamſi decretæ fuerint in primo iudicio ab alio Auditore, ſeruierũt nihilominùs in iudicio reſtitutionis, quod eſt proſequutio primi, Put. *deciſ.51.lib.2.* coram alio Auditore, cùm idem ſit tribunal, Caputaq. *deciſ.172.nu.3.& 4.par.1.* Guidobon. *deciſ.77.* in vna Salamantina, maximè quia pars aduerſa coram iſto compulſore, teſtes in prima inſtantia ſuper reprobatione dicti proceſſus examinauerat, vnde eius iuriſdictio prorogata fuit, vt exſpiraſſe dici non poſſit per mutationem iudicis, ad tex.cum ibi notat. *in cap.gratum, de offic.deleg.* & eſt de mente Put. *deciſ.340.lib.3.*

3 Subiectus † autem oculis Dominorum iſte proceſſus viſus eſt habere ſua ſubſtantialia, & quòd examẽ teſtium pro D Didaco apparuit factum fuiſſe præuia iudicis commiſſione, ex præmiſſa partis citatione ad videndum iurare teſtes, qui iurarunt & examinati fuerunt cum interrogatoriis partis aduerſæ, & præterea iuramenta teſtium & eorundem depoſitiones habent ſubſcriptiones notarij Actuarij Ioan. de Nybudo, quæ actis & ſcripturis fidem conciliant, *ad gl.3.in c.quoniam contra, de probat.* & ibi Abb. *nu.7.* Cuius notarij manus ſufficienter recognita eſt per teſtes coram compulſore, qui etiam ſuper fide & legalitate ſcripturarum eiuſdem notarij bene deponunt.

4 Nec † obſtat, quòd in citatione non fuerit deſignatus locus, quia ſubintelligitur locus iudicij, glo. *in c.quia nonnulli, in verſ.vel indeterminatè, de reſcr.* Bart. *in l.ſi vt proponis, il 2.C.quo, & quando iud.*

5 Coadiuuatur † fides proceſſus ex eo, quòd teſtes depo- E nunt aliis ſcripturis inde extractis habitam fuiſſe fidem, ad trad.per Iaſ. *in l.admonendi, num.128.de iureiuran.* Aym. *conſil.158.nu.6.*

6 Pueriles † ſcriptitationes in foliis albis & notæ marginales ab Aduocatis & Procuratoribus forſan adſcriptæ, non minuunt fidem, prout de characteribus & notis numeralibus in inſtrumento, in filcia notarij reperto extra propoſitũ adiectis, dictum fuit non obſtare in vna Rauennaten. legati pij, 16.Ianuarij 1585. coram bon.mem. Lauretano.

7 Abſciſſio † trium foliorum a non nocet, propterea quòd, vt dicunt teſtes, illa non erant ſcripta, & propterea nõ pertinebant ad examen, de quo quæritur. a

8 Cancellationes † & additiones non vitiant, quia lituræ habent cauſſam manifeſtam, quam approbant periti, & additiones approbatæ fuerunt per ſubſcriptionem eiuſdemmet notarij; vnde ceſſat ſuſpicio falſitatis, Gram. *deciſ.106.numero 17.* Alex. *conſil.14.numero 10.lib.6.& 17.*

& 175.*lib.7.*Decian.*conſ.*100.*lib.2.num.*10.

9 Teſtium † ad leuandam fidem proceſſus examinatorum ſuſpiciones & indicia euanuerunt ipſo iure in conſpectu Dominorum.

## *ADDITIO.*

F*Oliorum.* Quòd ex foliorum inciſione oriatur præſumptio falſitatis, ponit Menoch. *de arbitr. quæſt. lib.2. caſu* 187 *num.* 46. Et quòd econtra, ſi in aliquo libro reperiantur aliqua folia addita, & de nouo conſuta, falſitas pariter præſumatur, voluit Ioſeph. Ludou. *deciſ. Lucen.* 13. *num.*22. Et quòd etiam falſitas præſumatur ex diuerſitate chartarum & foliorum, vtputa cum impreſſione diuerſi ſigni, ponit Decian. *conſil.* 100. *nu.* 17. & 18. *lib.* 2. & Monticell. *reg.crim.*15. *num.*117.

## ILLVSTRISSIMI D. SERAPHINI Patriarchæ.

*Toletana Capellaniæ de Baratas, die 3. Martij. 1589.*

### ARGVMENTVM.

Intrudens ſe iniuſtè in aliquo beneficio, an & quando priuetur altero beneficio, quod priùs obtinebat.

### *SVMMARIA.*

*Intrudẽs ſe iniuſtè in aliquo beneficio, ipſo iure priuatur beneficio quod priùs obtinebat, nu.1. Amplia, 1. etiam in beneficiis ſine cura, dummodò ſint incompatibilia, nu.2. Amplia, 2. etiam in intrudente ſe ſine vi, num.3. Amplia, 3. Vt ignorantia iuris non excuſet. nu.7. Amplia, 4. vt titulus non excuſet, ſi fuerit iniuſtus aut inualidus, num.5. & 6.*

*Vitioſa poſſeſsio poſſeſſoris beneficij facit vacare priora, num.1.*

*Beneficiorum incomparabilitas habet etiam locum in duabus Capellaniis exſiſtentibus in eadem Eccleſia, num.2.*

*Beneficia vniformia non poſſuat abſque diſpenſatione ſub eodem tecto retineri, num.2.*

*Incomparabilitas duarum præbendarum in Eccleſia videtur maior, quàm duorum beneficiorum curatorum, nu.2. in fine.*

*Alternatiua occupatio, vt locum habeat, ſufficit alteram partem eſſe veram, num.3.*

*Ignorantia facti excuſat, ſecus autem ignorantia iuris, nu.4.*

*Paria ſunt ſcire vel ſcire debere, num.4. verſicu. Paria enim ſunt.*

*Stultus non debet eſſe melioris conditionis, quàm peritus, num.4. in fine.*

*Intruſus dicitur non ſolum is, qui nullum habet titulum, ſed etiam is, qui habet titulum ab eo, ad quem non ſpectat ius conferendi, num.5.*

*Titulus nullus, inualidus, ſubreptiuus, & putatiuus, excuſat à pœna priuationis propter incompatibilitatem, nu.6. vbi hoc declaratur non habere locum, quando quis ſciuit aut ignorare non debuit vitium ipſius tituli.*

*Patronus beneficij non poteſt diſponere, vt quis ſub eodem tecto retineat duo beneficia vniformia, nu.6.*

## DECISIO LXVI.

1 DVbitaui † an per aſſequutionẽ Capellaniæ de Pegnaloſa facta à Domino Franciſco Henao, anno 1583. cenſeatur vacaſſe Capellania de Baratas, quam ipſe priùs obtinuit anno 1579. Et cauſſa ſæpiùs propoſita, diuerſæ fuerunt ſententiæ Dominorum, ſed tandem concluſum fuit eam vacaſſe, quia idem D. Franciſcus poſteà de facto aſſecutus fuit dictam Capellaniã de Pegnaloſa, & qui iniuſtè ſe in aliquo beneficio intrudit, ipſo iure priuatur beneficio, quod priùs obtinebat, *c.eum, qui, de præb. in 6.* Nam vitioſa poſſeſſio poſterioris beneficij facit vacare priora, *gl. in clem. ſi plures, in verb. valere, in fi. præb.* Rot. *deciſ.3. eo. ti. in nou.*

2 Quod † DD. dicebãt eſſe intelligendũ non ſolùm de beneficiis cũ cura, ſed etiam ſine cura, dummodò ſint incompatibilia, vt ſentit Archid. *in d.c.eum, qui, num.2.* Gemin. *nu.7.*
A *verſic. an autem*, Franc. *nu.* 1. & alij, & ideò habet etiam locum
in duabus Capellaniis exſiſtentibus in eadem Eccleſia, quæ
cùm ſint beneficia vniformia, non poſſunt abſque diſpenſatione ſub eodem tecto retineri, *c.1. de conſuet. in 6. c. literas, de conceſſ. præben.* Abb. *in cap. exſtirpandæ, §. qui verò, in 2. lectura, num.41. de præben.* imò maior videtur incompatibilitas duarum præbendarum in eadem Eccleſia, quàm duorum curatorum, vt tradit Cardinalis Zabarell. *in clemen. ſi curata, in 4. oppo. de præben.*

Neque *d.cap.eum, qui,* debet † intelligi de eo tantùm, qui vi occupat beneficium, vt videtur ſentire Caſſad. *deciſ.6. n.6. de cau. poſſ. & propr.* quia ille text. loquitur alternatiuè de eo, qui vi occupat, ſeu iniuſtè in eo ſe intrudit, & ideò ſufficit alteram partem eſſe veram, *l. ſi heredi plures, ff. de condit. inſti-* 3
B *tut. l. ſi quis ita ſtipulatus, ff. de verbor. oblig. cap. in alternatiuis, de reg. iur. in 6.* & ita videntur ſentire Doct. *in d. cap. eum, qui,* & Bonifac. de Vital. *in Clemen. gratiæ, num.22. de reſcript.* itaque ſufficit D. Franciſcum iniuſtè ſe in dicta Capellania intruſiſſe, etiamſi per vim eam non occupauerit, vt ſit locus vacationi alterius.

4 Neque † dici poteſt, Franciſcum ignoranter poſſeſſionem d. Capellanię de Pegnaloſa accepiſſe, & conſequenter ceſſare pœnam *d. cap. eum, qui,* vt explicat gl. *ibidem, in verbo, ſcienter, per c. ſi beneficia, eodem tit.* quia glo. expreſsè loquitur de ignorantia facti, & aliud dicit de ignorantia iuris, quæ non excuſat, *cap. ignorantia, de regul. iur. in 6.* & ita intelligit Gemin. *conſil.* 78. *colum.* 2. *in fin. verſicul. nec obſtat ſi dicat,* & Prob. in addit. ad Monach. *in d. cap. eum, qui, nu.3. verſ. & præmiſſis,* & Vital. *in Clemen. gratiæ, num.3. de reſcript.* In propoſito autem Franciſcus ſcire potuit, aut ignorare non debuit
C vacare Capellaniam de Baratas, ex eo quòd poſteà fuit aſſequutus Capellaniam de Pegnaloſa, quia hoc à iure ſtatutum eſt, *d. cap. eum, qui.* Paria enim ſunt, ſcire vel ſcire debere, *l. ſi Titius, ff. de fideiuſſ. l. quod te, in fine, ff. ſi cert. pet. l. ſi duo, ff. de acq. hered.* Angel. *in conſ.60. col.1. nu.9.* nam ſtultus non debet eſſe melioris conditionis, quàm peritus, *l. Seruius, ff. quod vi aut clam,* & hæc ratio expreſſa eſt *in eod. cap. eum, qui.*

5 Neque † etiam obſtat, quòd *d. cap. eum, qui,* habeat locum in eo, qui ſine vllo titulo ſe intrudit in alio beneficio, vt tenet Vitallin *in Clem. ſi plures, nu. 4. de præbend.* & Gig. de intruſo *n.3. & 4.* & quòd Dominus Franciſcus habeat titulum in Capellania de Pegnaloſa, licet non ſit Canonicus, quia primò reſponſum fuit, *d. cap. eum, qui,* de eo, qui iniuſtè ſe in beneficio intrudit. Intruſus autem dicitur non ſolùm is, qui nullum habet titulum, ſed is, qui habet titulum ab eo, ad quem non ſpectat ius conferendi, vt not. Abb. per illum tex.
D *in cap. quia per diuerſitatem num.2. de præben.* Cald. *in conſ.121. no.4.* Caſſad. *deciſ.7. nu.3. ſuper reg.*

## COMITVLI.

*Bracharen. Parochinalis, Mercurij 17. Maij 1589.*

### ARGVMENTVM.

In hac deciſione ponuntur nonnulla de probatione Clericatus: de præſumptione falſitatis literarum Ordinarij expeditarum ad fauorem ſui ſecretarij, ac etiam de ſententia priuationis beneficiorum in contumaciam lata, quòd per comparationem reſoluatur: & alia, de quibus in ſum-
E mariis.

### *SVMMARIA.*

*Poſſeſſio probatur per inſtrumentum, quando non conſtat, quòd tunc fuerit penes alium, num.1. & in addi. lit. a, vbi econtra, niſi doceatur alium poſſidere, & de materia inſtrumentalis poſſeſſionis.*

*Teſtes, licèt informiter examinati, inducunt tamen præſumptionem, nu.1. in fine, & in addition. litera b, vbi de materia.*

*Titulus beneficij probatur & coloratur ex prouiſione & collatione Ordinarij, num.2.*

*Epiſcopus conferens beneficium in menſe Apoſtolico, nullum tribuit titulum illi, cui beneficium contulit, num.3.*

*Sententia*

*Sententia priuationis beneficiorum lata in contumaciam, non pri-* A
*uat irreuocabiliter, ſed reſoluitur per comparitionem, nu. 4. & in*
*ad lutionib. litera c, vbi remiſsiuè de materia.*
*Sententia ſine proceſſu nullam facit probationem, nu. 4. in fine.*
*Falſitas literarum expeditarum per Ordinarium ad fauorem ſui*
*ſecretarij, nec etiam præſumitur, nu. 5.*
*Clericatus probatur ex atteſtatione Ordinarij, qui Clericum pro-*
*mouit, nu. 6. & in addit. lit. d, vbi de materia.*
*Subrogatus in beneficio litigioſo non arctatur ad iuſtificãdum gra-*
*tiam, num. 6.*
*Clericatus probatur ex teſtibus etiam deponẽtibus de communi re-*
*putatione, nu. 6. in fine, & in addit. lit. c, vbi de materia.*

## DECISIO LXVI.

1 DOmini † reſoluerunt eſſe locum reſtitutioni ad fauo-
rem Emanuelis Petrado ſubrogati quoad actionem &
proſequutionem ſpolij olim commiſſi in perſonam Panta-
leonis de Barrois: nam ex iuribus, quæ Domini præmiſſa
particulari diſputatione cenſuerant eſſe in forma probanti,
conſtat de primo extremo ex parte Pantaleonis per inſtru-
a mentum a poſſeſſionis captæ, quæ cùm non doceatur tunc
temporis fuiſſe penes alium, eſt reſtitubilis. Rot. *in antiq. de*
*reſtit. ſpoliat. deciſ.* 21. *& in nou de præben, deciſ.* 25. Caſſad. *eod.*
*tit. deciſ.* 20. Caputaq. 334. *nu. 6. part.* 2. præſertim cùm ſit ad-
miniculata ex teſtibus de actuali fructuũ perceptione de-
ponentibus, qui licèt informiter examinati, inducunt præ-
b ſumptionem b, Ruin, *conſ.* 46. *num.* 10. *lib.* 4.
2 Conſtat † etiam de titulo eiuſdem Pantaleonis colorato
ex prouiſione Ordinarij Bracharen. per obitum Sebaſtiani
Gonzalez. ad trad per Rebuff. *de pacif. poſſeſſ. nu.* 42. Sarnen.
in reg. *de trien. quæſt.* 22. *in prin.*
3 Nec † officit, quòd vacatio contigerit de menſe Aprilis,
& Rota tenuerit coram R. P. D. Oranio 20. Maii 1587. in
cauſſa Crotonien Decanatus prouiſionẽ Ordinarij in men-
ſe Apoſtolico non tribuere titulum coloratum, quia per au-
thenticum ſumptum ex minuta originali Breuium Secreto-
rum in actis exhibitum, oſtenſa fuit facultas ipſi Archie-
piſcopo Bracharen. à fel. recor. Paulo III. anno 1548. Tri-
buta prouiden. beneficia alternatis menſibus, & nominatim
in menſe Aprilis vacantia, cuius indulti & facultatis idem
Archiepiſcopus meminit in hac prouiſione Pantaleonis an-
ni 1549. facta.
4 Sed † nec diſcoloratur titulus ex ſentẽtia priuationis be-
neficiorum lata per A. C. cõtra Pantaleonem, quia cùm fue- D
rit lata in contumaciam, non priuauit illum beneficiis irre-
c uocabiliter, & reſoluta fuit per comparitionem, c *l.* 1. *&* 2,
*de requir. reis*, iuxta reſolutionem alias editam in cauſſa Ro-
mana Canonicatus S. Angeli coram bo. mem. Cotta anno
1568 De comparitione autem Pantaleonis & eius admiſ-
ſione per Procuratorem, conſtat per publicum inſtrumen-
tum A. C. & eò minùs prædicta ſententia nocere poteſt
quia producta fuit ſine proceſſu, ad Sarnen. *de trien. q.* 33.
5 Suſpiciones † falſitatis obiectæ non impediunt hanc re-
ſtitutionem: nam præterquàm quòd falſum in dubio non
præſumitur, Dec. *conſil.* 175. *num.* 4. *ad finem, & conſil.*
189. *numer.* 1. Ruin. *conſil.* 14. *num.* 3. *lib.* 5. Caſtren. *conſil,*
13. *numer.* 2. *lib.* 1. illa, quæ tanquàm vrgentior proponi-
tur, Pantaleonem ſcilicet facilè potuiſſe, vtpote ſecreta-
rium Archiepiſcopi literas prouiſionis ſibi componere, & E
eas ſigillo Archiepiſcopi munire, minimè fuit viſa conſide-
rabilis iudicio Dominorum, qui ſimilem ſuſpicionem obie-
ctam ſecretario bo. mem. Cardinalis Tranen. nõ attenderũt
in cauſſa Thianen. Beneficij coram R. P. D. Giptio ann. 1587.
6 Clericatus † autem Pantaleonis probatur ex atteſtatione
d ſui Ordinarij d, cui Rota ſolet in probandis ordinibus pluri-
mum deferre, prout detulit in cauſſa Bononien. Decanatus
coram R. P. D. meo Decano 3. Aprilis 1587. maximè vbi cõ-
currunt etiã teſtes. Et circa iuſtificationẽ ſubrogationis gra-
tioſæ ipſius Emanuelis non fuit laborandũ, quia eſt ſubro-
gatus in beneficio litigioſo, & non arctatur ad iuſtificãdum
gratiam, *iuxta deciſ.* Mohed. 327. quam Rota ſequuta fuit in
cauſſa Burgen. præſtimonij de Pancoruo 24 Octobris anni
prædicti, coram R. P. D. Giptio, & paſſim obſeruat, Clerica-
e tus verò probatur ex teſtibus e, qui ſufficienter probant, etiã
ex communi reputatione, Rot. *deciſ.* 13. *de probat. in antiq.*

## *ADDITIONES.*

INſtrumentum. Quòd ſi poſſeſſio penes alium reperiatur, a
illeque non ſit expulſus, tunc ſine dubio per inſtrumen-
tum non transfertur poſſeſſio, inſtrumentaliſque poſſeſſio
non meretur nomen poſſeſſionis, ſed dicitur quidam actus
vanus, nullum poſſeſſori tribuens ius, *l. peregrè, § fin. vbi glo.*
*in verbo, ingreſſus, ff. de acquir. poſſeſſ.* Aret. *conſil.* 32. *nu.* 5. *verſic.*
*ſed in caſu noſtro,* Dec. *conſil.* 400. *nu.* 9. Bero. *quæſt.* 47. *per tot.* Be-
ninten. *deciſ. Bonon,* 93. *per totam,* Biſign. *deciſ* 8. *in fine. de cauſſ.*
*poſſeſſ. & propriet,* Put. *deciſ.* 2. 6. *&* 15. *eodem tit.* Verall. 379. *lib.*
1. Paleott. 216. & ideò pro non poſſeſſione habetur, Afflict.
*deciſ.* 366. *nu.* 10. Et nonnulla ad propoſitum affert Lancel-
B lot. *de attentat. lit. pend. cap.* 4. *limit.* 1. *num.* 40. *& ſequentib.* Vbi
quòd iſto caſu, niſi effectualiter expellatur colonus, poſſeſ-
ſio non transfertur, etiam quòd idem colonus recognouiſ-
ſet in dominum illum, recognoſcendo de fructibus fundi
iſtũ, qui inſtrumentalem cœpit poſſeſſionem, etiam ſciente
vero domino & non contradicente. Et de hac materia, an
poſſeſſio probetur per inſtrumentum, vide etiam Roland.
*conſil.* 6. *nu.* 19. *volum* 3. *& conſi.* 46. *nu.* 18. *& ſeqq. volum.* 2.
*Præſumptionem.* Iſta concluſio, quòd teſtes informiter b
examinati faciant præſumptionem, non tranſit ſine dif-
ficultate, quia contrarium voluerunt plerique Doctores,
quos refert D. meus Farinac. *in ſuo tract. de teſtib. q.* 72. *nu.* 89.
*& num.* 92. Ideò pro reſolutione vide ipſum bene decla-
rantem, *num.* 91. 93. 94. *& ſeqq.* an faciat indicium ad tor-
turam.
C *Comparitionem.* Hanc dubitationem, an ſcilicet ſenten c
tia contumacialis per comparitionem reſoluatur, & quan-
do, vide quæ latiſſimè ſcripſit D. meus Farin. *in ſua Pract. cri.*
*par.* 1. *tit. de inquiſit. q.* 11. *nu.* 83. *& plurib. ſeqq.*
*Ordinarij.* Ad idem vide plures concordantes Doctores d
allegatos per Dominum meum Farinacium *in ſua Practic.*
*crim. part.* 1 *tit. de inquiſit quæſt.* 8. *num.* 40.
*Ex teſtibus.* Deficiente ſcriptura, Clericatus probatur per e
teſtes, ex allegatis per D. meum Farinac. *d. q.* 8. *nu.* 41. ſed an
& quando ſufficiat vnus teſtis ad probandum Clericatum,
*ibidem, nu.* 42. *& ſeq.* & rurſus, an & quando ſufficiat probare
Clericatum per præſumptionem, per famam & commu-
nem reputationem, *vide ibidem, num.* 44.

*Fam. Cent. I. V. D. Galeſij.*

## COMITVLI.

*Romana de Zambeccariis, Mercurij 24.*
*Maij 1589.*

## ARGVMENTVM.

Sacrilegium an ſit ſpecies diſtincta à fornica-
tione, adulterio, ſtupro, inceſtu, ſodomia, & aliis
luxuriæ ſpeciebus: an verò ſit ſolùm quędam qua-
litas aggrauans dictas luxuriæ ſpecies ad effectũ.
An facultas legitimandi ſpurios illegitimos, ince-
ſtuoſos & nefarios quoſcunque trahatur etiam
ad natos ex ſacrilegio.

## *SVMMARIA.*

*Sacrilegium eſt ſpecies ſeparata luxuria ab aliis, num.* 1. *in fine.*
*Legitimandi poteſtas non extenditur ad illegitimorum ſpecies non*
*expreſſas, num.* 2.
*Spuriorum genus continet omnes natos ex parentibus matrimo-*
*nium contrahere prohibitis, poſt num.* 2.
*Illegitimè natorum appellatione veniunt omnes, qui ex iuſtis nu-*
*ptiis nati non ſunt, nu.* 2. *vbi etiam exemplificatur in ſacrilegis*
*& inceſtuoſis.*
*Spurij, ſacrilegi & inceſtuoſi non veniũt appellatione legitimè na-*
*torum, ſub nu.* 2.
*Genus & ſpecies æquiparantur, genuſque æqualiter & comprehen-*
*ſiuè ineſt omnibus ſuis ſpeciebus, ſicut & ſpecies inſunt generi*
*repræſentatiuè nu.* 2. *in fin.*
*Ratio eadem eſſe dicitur omnium particularium ſub genere com-*

prehenſio

*prehenſorum,num.2 in fine.*

*Vniuerſalia verba repetita plenam & exuberantem concedentis voluntatem oſtendunt,poſt num.3.& in addit.lit. a, vbi de materia.*

*Vniuerſalia verba,* quoſcunque, quouis modo, quocunque alio defectu, *denotant omnem modum, qui excogitari poſſit, poſt num.3.& in addit.lit.*b,*vbi de materia.*

*Sacrilegium abſolutè ſumptum, eſt ſpeciale peccatum, propter ſpecialem rationem deformitatis,quæ opponitur religioni,num.4.*

*Luxuriæ obiectum eſt inordinata delectatio circa venerea,num.4.*

*Sacrilegium abſolutè ſumptum reponitur ſub peccato irreligioſitatis, nihil habens ex ſuo nomine vel ſignificatu, vnde reponatur ſub ſpecie peccati luxuriæ,ſub num.4.*

*Sacrilegium non eſt ſpecies luxuriæ propria, ſub nu.4.*

*Sacrilega copula an conſtituat ſpeciem luxuriæ ſeparatam à ſimplici fornicatione,ſub nu.4. vbi pro & contra.*

*Sacrilegij qualitas maximè aggrauat luxurioſam copulam, nu.4. in fine.*

*Legitimandi facultas conceſſa de omnibus ſpuriis, illegitimis, inceſtuoſis,& nefariis quibuſcunque,trahitur etiam ad natos ex ſacrilegio,nu.5.& per totam deciſionem.*

*Clauſula,*omnia & ſingula, *quid operetur,in addit.lit.a.*

## DECISIO LXVIII.

1 VT † ſatisfacerem Aduocatis DD.de Æmilianis,propoſui dubium; An ſacrilegium,ex quo Do.Lepidus procreatus eſt,ſit ſpecies ſeparata & maior aliis expreſſis in facultatibus DD. de Campegiis, ita vt in eis non comprehendatur. In qua diſputatione Domini materiam ad terminos & effectum propoſitæ dubitationis reſtringentes concluſerunt, tale ſacrilegium, etiamſi conſtituerit ſpeciem ſeparatam luxuriæ ab aliis enumeratis à Gratiano *in cap.lex illa, §. cum ergo hæc,36.q.1.* & D.Thom.2.2.*q* 54.*art.*1.nihilominùs memoratis facultatibus comprehendi.

2 Apparet † enim non fuiſſe in eis certas alias luxuriæ aut illegitimitatis ſpecies expreſſas, extra quas legitimandi poteſtas non videretur extendenda,ad not. per glo. & Docto. communiter *in l.ſi quis poſtumos, §.vlt.& in l. filius à patre, §. fin.ff.de lib.& poſtum.*ſed generaliter data fuit poteſtas legitimandi quoſcunque,ſpurios,inceſtuoſos, nefarios,& quouis modo illegitimè natos,& quocunque alio defectu laborantes,etiamſi omnes defectus in legitimanda perſona concurrerent. Spuriorum autem genus continet omnes natos ex parentibus matrimonium contrahere prohibitis, ad glo. *in* D *§.fin.verſic.participium,auth.quib. mod.nat.eff.ſui.* Couar.*in repet.2.part.cap.*8 *§.5.num.*1.qui alios citat. Et ſub genere illegitimè natorum comprehenduntur omnes,qui ex iuſtis nuptiis nati non ſunt,Hoſtien.*in ſumm.qui fil.ſint legit.in princip. num.*5.etiam ſacrilegi,Card.Paleott. *de Nothis, cap.*16.*nu.*2. qui pariter inceſtuoſi appellantur, *in extrauag.* cum glo. *cap. impudicas, & cap. virginibus,* 27.*quæſt.*1.Clar.*in prax.crim.§. inceſtus igitur.*Legitimandi facultas ſicut poteſt exerceri cum ſpuriis & illegitimè natis ex adulterio,ſtupro,raptu, & aliis luxuriæ ſpeciebus non expreſſis in priuilegio, ita poterit cum natis ex ſacrilego complexu; quandoquidem genus & ſpecies parificantur,ad text.in glo. *in cap.deliberatione, §.prohibemus, verbo,ſpecie, & in* Gemin. *de offic. leg.lib.6.* & genus æqualiter ineſt comprehenſiuè omnibus ſuis ſpeciebus, ſicut & ſpecies inſunt generi repræſentatiuè, *l.inter agnatos,ff.* E *vnde legit.l.fin.C.de reb.Eccleſ.non alien.* Bald. *in l.iuriſgentium, num.6.ff.de pact.& conſ.*181.*lib.*1. Vbi loquens de ſpuriis legitimandis inquit,omnium particularium ſub genere comprehenſorum eſſe eandem radicem & rationem.

3 Neque † expreſſio inſtrumentorum & nefariorum facta ampliationis gratia,reſtringit generalitatem & vniuerſalitatem præcedentem & ſubſequentem,quominùs ſacrilegi cōprehendantur; etiamſi ex diuerſa ſpecie & peruerſa luxuria, quàm ſit inceſtus & complexus nefarius,Couarru.*in Epit.2. par.cap.6.num.*4.procreati proponerentur. Nam illa vniuerſalia repetita[a], *quoſcunque,quouis modo,quocunque alio defectu,* plenam & exuberantem concedentis voluntatem oſtendūt, Dec.*conſil.* 87. *num.*1. & denotant omnem modum, qui excogitari[b] poſſit, per ea quæ congerit Decian. *conſil.27.num. 26.lib.*1.& latiùs deducta fuerunt in hac cauſſa 21.Decemb. anni prædicti.

A Quibus † non refragatur,quòd ſacrilegium abſolutè ſumptum ſit ſpeciale peccatum,propter ſpecialem rationem deformitatis,quæ opponitur religioni, quemadmodum ex S. Thom.conſtat,2.2.*q.*99.*ar.1.& ſeq.*& trad.Turrecrem,*in cap. ſacrilegium num.4.17.q.4.* quia pro reſponſione animaduertendum eſt,ſecundùm hanc abſolutam rationem differre ſacrilegium à peccato luxuriæ, cuius obiectum eſt inordinata delectatio circa venerea,idem S.Thom.2.2.*quæſt.*53.*art.*1.Et ideò tradentes diuiſionē ſacrilegij,ſecundùm ſe non faciunt mentionem copulæ ſacrilegæ ...... *in §. ſacrilegium, cap. ſi quis contumax,*17.*q.*4.Hoſtien.*in tit.de crimin.ſacrileg.*Summ. Confeſſ.*lib.1.tit.*13.quibus conuenit dictum Caietani 2.2.*q.* 54.*art.*10.*colum.*2. Quòd ſacrilegium abſolutè ſumptum reponitur ſub peccato irreligioſitatis, nihil habens ex ſuo nomine vel ſignificatu, vnde reponatur ſub ſpecie peccati lu- B xuriæ.Sed nō ſpectat hæc diſquiſitio ad propoſitum,in quo non agitur de dignoſcenda natura ſacrilegij ſecundùm ſe, ſed quatenus poteſt ſacrilegium in eodem actu concurrere cum peccato luxuriæ,quando pollicetur perſona Deo ſacrata per votum continentiæ.Quo caſu Syluest. *in ſumm.verbo, luxuria,q.*1.tradit,ſacrilegium non eſſe ſpeciem luxuriȩ propriam, cùm poſſit reperiri etiam in alio genere, putà furti, homicidij.Et ſubintrat quæſtio controuerſa inter Doctores, an talis copula ſacrilega conſtituat ſpeciem luxuriæ ſeparatam à ſimplici fornicatione, adulterio, inceſtu,ſtupro,raptu & vitio contra naturam,quas ſpecies enumerat Magiſt. ſenten.*in 4.diſtin.41.ad finem .... in §. cum ego, cap. lex illa,* 36. *quæſt.*1.D.Thom.2.2.*q.*154.*art.*1.in qua etſi affirmatiuam tenuerint S.Ant.2.*part.ſum.ti.5.cap.2.in initio,*Dominic.Sot. *in 4.diſtinct.41.q.vn.art.4.ad fin.* Bermon. *in tit.de pub.concub. in* C *concor.*Conc.Lateran. *rubr. de ſacrileg.* quib. conſentire videtur Catechiſmus Rom.*in tit. de pœnit. poſt med.* dum tractat de conditionibus & circunſtantiis peccatorum; negatiuam tamen Magiſtrorum diuiſioni inhærentes amplexi videntur S.Thom.2.2.*q.*54.*art.1.&* 10.*ad 2.arg.* idem S.Thom. *lib.4. ſent.diſtinct.*41.*quæſt.*1.*nu.*10. Summ. Confeſſ. *lib.1.& 13.de ſacrileg.q.1.2.&* 3.Piſanell.*in verbo,fornicatio,& in verbo,luxuria.*§.1.Ange & Roſell.*in verbo, luxuria, in initio,* Tabien. *in ver.luxurioſus,quæſt.5.nu.6.*& alij,qui fatentur quidem luxurioſam copulam ſecundùm rationem ſacrilegij maximè aggrauari, ſed eandem nihilominùs referunt ad enumeratas ſpecies à Magiſtris,quibus aſſentire videtur etiam Nauar. *in Manual.cap.16.num.3.verſic.aduertendum,*ita vt videri poſſit horum opinio frequentiùs recepta.

Sed † quicquid ſit de veritate alterius opinionis,quia hinc 5 non pendet reſolutio propoſitæ dubitationis, concluſerunt Domini,etiam quòd ſacrilegium, de quo agitur, conſtitueret ſpeciem diuerſam & maiorem aliis expreſſis per Doctores in prædictis & aliis locis, comprehendi in facultatibus Dominorum de Campegiis, quæ non ſunt reſtrictæ ad illegitimè natos ex aliqua expreſſa ſpecie luxuriæ, vt ſuprà oſtenſum fuit, & aliàs latiùs deductum 21. Decembr. anni præteriti.

## *ADDITIONES.*

REpetita. Vniuerſalia verba ſi fuerint geminata & repetita, tunc vbi aliàs aliquam paterentur reſtrictionem, propter dictam geminationem & enixam diſponentis vo- a E luntatem, reſtringi non debent, ex allegatis per Hier. de Monte,*q.1.num.*35.& deciſ.Pedemont.90 *num.5.& 6.& nu.* 13.& 19 Vbi declaratur hæc concluſio, & particulariter ponit vim & effectum clauſulæ, *omnia & ſingula,* de qua vide etiam Cephal.*conſil.58.nu.75.lib.*1.Et dic quòd habet vim indiuiduæ expreſſionis, ſecundùm Aret. *in l.Titia, §.item reſpondit,il 2.ff.de verborum obligat.*Socin.*conſil.3. num.17. lib.3.* Pariſ.*conſil.1.num.105.& num.130.lib.3.* Corn.*conſil.207.nu. 12.lib.2.*Stephan.Lamberteng.*in tracta.de contractibus, glo.in num.4.*vbi ampliùs,quòd prædicta clauſula,*omnia & ſingula,* refertur ad omnia præcedentia, etiam enuntiatiuè & incidenter prolata.

*Excogitari.*Dictio, *Quomodocunque, quouis modo, quoquomodo, qualitercunque,* & *quolibet modo,* eſt adeò vniuerſalis, vt b extēdatur ad omnes modos,ſimiles & diſſimiles,indirectos, nedum directos, improprios maiores expreſſis, omneſque alios excogitabiles modos. Ad quam materiam vide Crot.

*conſil.* 104.*nu.*7.Natt.*conſil.*474.*nu.* 23.*& ſeqq.*Roland. *conſil.* A 5.*nu.*44.*& ſeq.lib.*1.Cephal. *conſil.*14.*num.*6.*& conſil.*13.*nu.*2. *& conſil.*76.*num.*16.84. *& ſequentib.& conſil.*121.*num.*1.*& ſequentib.& conſil.*53.*nu.*18.*& ſeqq.*Menoch.*de recuperan. poſſeſ. remed.*6.*nu.*12. *& ſequentib.* deciſ.Pedemontan.167. *num.*11. vbi declaratur,Maſcard.*de probat.lib.*3.*concl.*1157.*n.*92.*& ſeq.*

*Famianus Centolinus V. I. D. Galeſij.*

## ILLVSTRISSIMI D. SERAPHINI Patriarchæ.

*Toletana Matrimonij, Veneris* 27.*Octobris* 1589.

### ARGVMENTVM.

Copula carnalis inter virum & vxorem in quibus, quando, & quomodo probetur, ad effectum purgandi metum illatum mulieri in contractu matrimonij. Eſt notabilis deciſio in hac materia.

### *SVMMARIA.*

*Matrimonium, ſi fuerit metu contractum, purgatur omni metu, per ſubſequentem ſpontaneam copulam, num.*1.*declara, vt num.*3.*in fi.& nu.*14.

*Copula carnalis inter virum & vxorem probatur per aſſertionem iuratam ipſius viri, num.*2.*& de materia in addit. litera* a, *& nu.*4.*& ſeq. vbi etiam quid ſi mulier contradicat.*

*Copula carnalis probatur ex præparatoriis, vtputà oſculis & amplexibus, num.*2. *& in addit.lit.* b, *vbi de materia declara, vt num.*7. C

*Copula carnalis probatur ex eo, quòd vir & mulier ſæpiùs in cubiculo ſe incluſerint, excluſis aliis, ibidémque permanſerint per aliquas horas, nu.*2.*& in addit.litera* c, *vbi de materia, & n.*8. *vbi tamen videtur requiri, quòd teſtes etiam deponant virum & mulierem nudos ingreſſos fuiſſe lectum, aut ſaltem eos audiuiſſe liberis operam dantes.*

*Copula carnalis maximè præſumitur, quando vir fuit viſus exire ex aliquo cubiculo, in quo ſtetit ſolus cum muliere ſola multo ſudore manans, nu.*2.

*Stuprum ſeu defloratio maximè probatur ex ſanguine reperto in induſia viri, poſtquàm rem habuit cum puella, nu.*2.

*Copula carnalis etiam probatur per teſtes deponentes de actu venereo, de viſu nu.*2.*& in addition.litera* d, *vbi de materia.*

*Copula carnalis probatur ex confeſſione mulieris, num.*2.

*Copula carnalis eſt difficilis probationis, ideò leuiores ſufficiunt probationes, ſub nu.*2.*& in addit.litera* e. D

*Copula carnalis eſt impoſſibilis probationis, intelligendo de vera & directa probatione, nu.*2.*in fine.*

*Matrimonij metus non purgatur per ſubſequutam copulam coactã & non ſpontaneam, nu.*3.*in fine, & nu.*14. *vbi quòd onus probandi copulam fuiſſe coactam, incumbit mulieri, quando illa eſt certa & probata plenè, ſecus ſi ſolum præſumpta.*

*Copula carnalis non probatur per aſſertionem iuratam viri, quando in matrimonio adeſt aliquod vitium, ſeu impedimentum, num.*4.

*Legis fauore dignus non eſt is, qui contra legem committit, num.*4.

*Ius naturale æquiparatur iuri diuino, ſub num.*4.

*Copula carnalis probatur per aſſertionem viri, quando in matrimonio præcedente metus interuenit, num.*4.

*Aſſertioni iuratæ alicuius non ſtatur, quando contra eam adeſt aliqua præſumptio, nu.*4.*in fi.& in addit.lit.* f, *vbi de materia.*

*Copula carnalis non probatur per aſſertionem iuratam viri, quando mulier, quæ præſumitur magis informata, & meliùs ſcire veritatem, contrarium aſſerit, nu.*5. E

*Copula carnalis non probatur per aſſertionem viri, quando agitur de eius vtilitate & intereſſe, num.*6.

*Copula carnalis non probatur ex oſculis, amplexibus, & aliis ſimilibus præparatoriis, quando mulier non ſponte, ſed coacta ſic ſe amplecti & oſculari paſſa eſt, nu.*7.*in diſcurſu per totum.*

*Metus non purgatur per actus ſpontaneos & voluntarios, quando agenti diſſimulatione vtendum erat propter illatum ſibi metum, num.*7.

*Copula carnalis non probatur ex oſculis & amplexibus, aliiſque ſimilibus præparatoriis, niſi tales actus interueniant in locis ſecretis & aptis ad perficiendum reliqua ſub num.*7.

*Copula carnalis vt probata dicatur, requiritur, vt vir & mulier fuerint viſi ſolus cum ſola, & nudus cum nuda, ſub nu.*7.*ante finem, & in addit.litera* g, *& nu.* 8. *vbi quòd non ſufficit mulierem ſolam ſtare nudam in lecto, ſi vir ſuper eo veſtitus iacebat, & nu.*11.*vbi idem, ſi vir non habebat caligas dimiſſas.*

*Copula carnalis probatur ex eo, quòd teſtes dicant audiuiſſe virum & mulierem ſolos in cubiculo incluſis ſe commiſcentes, ſub nu.*7. *ad finem, & in additionib. litera* h, *vbi d.nu.*7.*declaratur hoc procedere concurrentibus aliis adminiculis, veluti amore mutuo, & ſimilibus, aliàs ſecus.*

*Copula carnalis probatur ex actibus & præparatoriis propinquis, non autem remotis, nu.*7.*in fin.*

*Indefinita oratio non æquipollet vniuerſali in depoſitionibus teſtiũ, nu.*8.*ad finem, & in addition.litera* i, *vbi de materia.* B

*Copula carnalis non probatur per teſtes ſingulares deponentes ſuper actibus ſeu adminiculis præcedentibus, nu.*8.*in fin. & in addit.lit.* l, *vbi de materia.*

*Teſtes inter ſe varij & contrarij in tempore nihil probant, num.* 9.

*Copula carnalis, adulterium ſeu fornicatio, non præſumitur committi in domo aliena, in cœnaculo & foribus apertis, ſub nu.*11.

*Teſti inueriſimilia deponenti credendum non eſt, nu.*11.*in fine.*

*Copula carnalis probatur per famam dummodò habeat ortum à ſignis concludentibus & immediatis, aliter ſecus, nu.*12.*& in addit.lit.* m, *vbi de materia.*

*Copulæ carnalis excluſo inter virum & vxorem, maximè præſumitur ex qualitate viri, qui vix attingens annos pubertatis erat gracilis & debilis, ſub nu.*13.

*Benedictio in matrimonij celebratione neceſſaria eſt, & quomodo, nu.*13.*in fine.*

*Præſumptio legis cadit ſuper facto certo, non autem ſuper incerto, nu.*14.*in fin.*

*Copula carnalis non poteſt dici coacta & meticuloſa, niſi metus illatus fuerit ordinatus ad copulam, nu.*15.

*Matrimonium in dubio an iudicandum ſit metu potiùs, quàm ſpõte contractum, nu.*16.

*Nuptiæ coactæ malos exitus habere ſolent, num.*16.

*Copula carnalis præſumptionibus probata, maximè tollitur per plenam metus illati probationem, nu.*16.

### DECISIO LXIIX.

DVbitatum † fuit, *An in caſu, de quo agitur, conſtet de copula, quæ releuet?* Occaſioné huic diſputationi præbuit prætentio Illuſtriſſimi D. Ducis volentis hac via excludere impedimentum metus pro parte Illuſtriſſimæ D. Ludouicæ allegati & probati, prout in reſolutionibus coram me factis latiſſimè deductum fuit. Etenim deducebatur, metum illatum fuiſſe ad effectum tantùm inducendi Ludouicam ad contrahendum matrimonium, non autem ad effectum, vt conſentiret in copulam, cùm expreſsè in conuentionibus matrimonialibus cautum fuiſſet, vt D.Dux & D. Ludouica debeant matrimonio iungi, & recipere benedictionem ſanctæ matris Eccleſiæ intra quatuor annos computandos à die ſponſalium, cum hoc, quòd ſi Dom. Principiſſæ matri Ducis & d.Duci ac d.Ludouicæ videbitur, poſſint etiam ante hoc tempus nuptias perficere, ſaluis in ceteris capitulationibus, ita vt nihil alteretur de cõtentis in eis. Quare hinc inferebatur conſenſum in copulam, pendente adhuc quadriennio, purgare omnem metum etiam illatum, ita vt hac vna re efficiatur matrimonium validum, perpetuum, & indiſſolubile. 1

2 Ad † probationem verò præfatæ copulæ varia probationum genera deducuntur. Et primò deducitur aſſertio iurata D.Ducis affirmantis ſe Ludouicam cognouiſſe, iuxta diſpoſitione text.*in cap.continebatur, de diſponſ.impub.* & quæ ibi trad. Docto. Secundò, teſtes deponentes de præpararoriis ad copulam [b], nempe de oſculis & amplexibus mutuis. Tertiò, quòd Dux & Ludouica ſæpiùs in cubiculo ſeſe includebãt [c], & ceteris excluſis, ibi permanebant per duas horas, & vltra. Quartò, quòd viſus fuit à famulis Dux exiſtẽs in cubiculo multo ſudore manãs, & eius induſiã, ſiue, vt vulgariter dicitur, camiſiã ſanguine maculatam. Quintò deducuntur duo teſtes poſiti ſub quarta concluſione deponentes de actu venereo de viſu [d], nempe Balthaſſar Maldonato, & Frãc. Zamudius, quod etiam narratur accidiſſe in viridario, prout
a
b
c
d

prout in quinta concluſione in ſummario D. Ducis. Sextò; deducitur confeſſio quædam Ludouicæ, de qua deponit frater Franciſcus de Mendozza eadem concluſione quarta. Quibus probationibus attentis, dicebatur pro parte Ducis concludenter probatam copulam, quæ de ſui natura eſt difficilis probationis e, ideoque admittit leuiores probationes, vt per Abb.& Felin. *in cap.præterea, de teſt.& in cap. literis, in principio, de præſumpt.* Imò dicitur eſſe impoſſibilis probationis, ſi de vera copulæ probatione agatur, vt per Lap. *alleg.* 53.*nu.*2.& ibi add. Quare lex contenta eſt probatione præſumptiua, *cap.literis, de præſumpt.* cum aliis allegatis per Rom. *conſil.*91.*num.*6.& ibi Bona.*add.ſub.litera B.*

3 His † tamen non obſtantibus, maior pars Dominorum cenſuit non probari copulam, quæ releuet in caſu de quo agitur; ſupponendum eſt enim iam plenè conſtare probationes Ludouicæ coadiuuatas ex teſtibus examinatis D.Ducis de vi ac metu illato Ludouicæ ab ipſo principio tractatus matrimonialis, vſque ad ſecunda ſponſalia incluſiuè, vt probatur ex deciſionibus coram me factis ſub die 1v. Maij 1588.& 3.Martij & 12.Maij 1589.abſque eo, quòd nunquàm mutaret voluntatem, vt fuit reſolutum, & fuit dictum ſub die 19. Nouembris 1588. & die 23. Ianuarij, 1589. Neque vnquàm fuiſſe purgatum huiuſmodi metum, cùm ſemper durauerit eadem cauſſa metus, neque vnquàm fuerit conſtituta Ludouica in plena libertate, vt fuit reſolutum 17. Martij 1589.& confirmatum 29.Maij, neque releuare cohabitationem, cùm fuerit per vim & metum, non autem de voluntate Ludouicæ, vt fuit dictum ſub die 23. Iunij 1589. Adeſt etiam continuata reclamatio ipſius Ludouicæ, quæ non ſolùm probata eſt per teſtes, ſed etiam per ſuas proteſtationes, & conſilia per ipſam habita à Doctoribus Theologis ſuper huiuſmodi reclamatione. Et recurſu habito tandem ad Regem Catholicum pro obtinenda licentia proſequendi ius ſuum iudicialiter ſuper inualiditate matrimonij, de qua deponunt Comes de Iunſalida, Licentiatus Turrita & Licentiatus Luxan. in ſummario Ludouicæ, *num.*1. *&* 2. Ex quibus omnibus conſtat, nunquàm conſenſiſſe Ludouicam huic matrimonio, vnde ſatis inueriſimilis viſa eſt probatio prætenſæ copulæ, ex qua elicere volunt informantes pro D.Duce conſenſum Ludouicæ, cùm de eius diſſenſu, ex probationibus concludentiſſimis, quæ capiunt omne tempus tam ante, quàm poſt ſponſalia vſque in præſentem diem, manifeſtè conſtet. Quare aut dicendum eſt, copulam, ſi aliqua eſſet, non fuiſſe ſpontaneam vel coactam, vel, quod verius videtur, nullam omninò ſequutam vnquàm fuiſſe copulam.

4 Deueniendo † ergo ad probationes, primò non obſtat aſſertio iurata D.Ducis, cui licet videatur aſſiſtere diſpoſitio *d.cap.continebatur, de deſponſ.impub.* cum not.ibi per Docto.& per Alex.de Neuo, *conſil.*8.*num.*5. *& conſil.* 71. *num.* 15. cum aliis multis, qui congeri poſſent: tamen multis modis limitatur hæc concluſio. Et primò, non procedere, niſi in caſu *d.cap.* quando nullum adeſt in cōtractu matrimonij vitium, neque impedimentum, ſi enim adeſſet impedimentū, prout in caſu iſto ratione metus & diſſenſus, aliud omninò dicendum eſſet. Neque enim fauore legis dignus eſt, qui contra legem committit, & bene facit, quod trad. Pariſ. *in d.c.continebatur, nu.6.verſ.& ideò fortè, quòd ſi adeſſet impedimentum iuris naturalis, nempe diſſenſus, quod æquiparatur iuri diuino, diſtinct.1.in prin.& cap.ius naturale,* & hoc caſu non creditur viro, quia probato malo initio, nempe matrimonio per metum contracto, præſumptio vrgentiſſima militat contra eū, ex cuius parte fuit illatus metus: quo caſu, vbi adeſt præſumptio in contrarium f, non defertur iuramentum, neque ei ſtatur, prout in ſimili dicunt Docto. *in d.cap.continebatur,* & maximè Butr.ibi *num.*10.*verſ.quandoque mulier,* & Abb.*nu.*7. qui requirunt, quòd puella ſit ita propinqua pubertati, vt potuerit cognoſci, aliàs, non eſſe deferendum iuramentum, neque ei eſſe ſtandum.

5 Secundò † limitatur diſpoſitio *d. cap.continebatur,* vt non procedat, quando fœmina præſumitur magis informata, & meliùs noſſe veritatem, quàm ipſe vir: tunc enim ei magis creditur quàm viro, ſi cum iuramento neget interceſſiſſe copulam, ita Palat.Rube. *in repet. cap.per veſtras,* §.43.*num.*7. *de donat.* poſt Roman. & Curt. quos allegat. Quæ limitatio ſi cuiquam caſui applicari poteſt, videtur conuenire huic, de quo agitur, in quo Ludouica interrogata, medio iuramento, negauit clarè & expreſsè, copulam: Dux verò in ſua aſſertione titubare videtur, cùm dicat, &c. Ex quibus verbis apparet, eum magis niti ſuſpicione quadam & coniecturis, quàm rei veritate, maximè cùm multæ veriſimilitudines concurrāt in hac aſſertione; nam ſatis eſt inueriſimile, quòd ſi ſemel cognouit Ludouicam, ſæpiùs ac ſæpiùs non acceſſerit ad eam in tanto temporis ſpacio, in quo ad eam & eius cubiculū patuit ei acceſſus. Et rurſus ſi pluries repetita fuiſſet copula, magis etiam fit inueriſimile, quòd ipſe dubitare poſſet, an verè eam cum ſeminis emiſſione cognouiſſet.

Tertiò † limitatur diſpoſitio *d.c.cum continebatur*, vt non 6
procedat quoties datur intereſſe temporale viri, quia tunc, quemadmodum non ſtatur teſtimonio matris aut conſanguineorum viri; ita non eſſet ipſi viro credendum, cùm ipſe cauſſa ſit, vt conſanguineis non credatur. Idem enim iuris eſt in cauſſa, imò & potentius quàm in cauſſato, vt tradit Caſtren.*in l.maritus, nu.4. C. de procur.* intereſſe verò D. Ducis eſt manifeſtiſſimum, ratione ingentium diuitiarum Ludouicæ, quæ aſcendere dicuntur ad ſummam 30.millia ducatorum annui reditus.

Secundò † principaliter non obſtat probatio, quæ dedu- 7
citur ex oſculis & complexibus, & aliis actibus, de quib. deponunt teſtes D.Ducis, quia ſi bene examinētur, apparebit, hæc omnia magis à Duce, quàm à Ludouica profecta fuiſſe; quæ cùm eſſet in poteſtate Principiſſæ & viri, non poterat liberè ab his actibus ſeſe eximere, maximè cùm ei magna vtendum eſſet diſſimulatione, propter metum ei incuſſum, & hac de cauſſa eam paſſam oſcula & amplexus mariti, deponunt Hieronyma del Caſtello, Maria de Eſpio, Catharina de Arenas, Ludouica de Buſto, & Mentia de Cardenas, *nu.*7. Alciat.*conſil.*5.*num.*14.Ruin.*conſil.*122.*nu.*4. Imò, quod magis vrget, teſtes Ducis, nempe Franciſcus Oſorius, *num.*3. teſtatur Ludouicam acriter reſpondiſſe volenti eam tangere, Anna della Cur. *ibidem,* quòd Ludouica repellebat Ducem volentem eam tangere, Beatrix de Frias *ibidem*, quòd Ludouica nolebat Ducem ingredi ſuum cubiculum; idem Anna de Couarruuias, & Maria de Salazar, omnes teſtes Ducis; & Maria de Buſſo in ſummario Ludouicæ, *nu.*8. deponit, quòd cùm ſemel ſediſſet Dux prope Ludouicam, ea ſubitò eum expulit, quod cum reſciuiſſet Principiſſa, miſit ad eam Donnam Bernardinam, quæ eius nomine illam obiurgaret, eò quòd nimis aſperè tractaret Ducem. Ex quibus apparet, non eſſe valdè vrgentem præſumptionem iſtam, quæ ex huiuſmodi actibus deducitur, cùm non fuerint voluntarij, prout eſſe debent, ad inducendam copulæ præſumptionem, & quòd fiant in locis ſecretis & aptis ad reliqua perficiendum, vt per Lap.*d.alleg.*53.*num.*3. Quod tamen hîc non adeſt, cùm in tanta teſtium multitudine nullus adſit, qui auſus ſit deponere, ſe vidiſſe Ducem cum Ludouica ſolum cum ſola, & nudum nuda g, quod requiri videtur ad probandam copulam, vt per Bald.*in cap.præterea, nu.6.de teſt.* & Lap. *d.nu.* 53. vel ſaltem, quòd cùm eſſent ſoli incluſi in cubiculo, auditi fuerunt commiſceri h, quod tamen neque etiam ſufficeret, niſi probatis aliis adminiculis, veluti amore mutuo, & ſimilibus, vt colligitur ex notatis *in d.cap.præterea,* & ibi Abb.*in fi.*& Ruin.*conſil.*53.*num.*10.*lib.*5. Requiruntur enim ſigna propinqua, non autem remota, *cap.literis, de præſumpt.cap.tertio loco, eodem tit.* Et ita apertè ſentit Bart.*in l.quod ait lex, in princ. ad leg.Iul.de adulter.*

Tertiò † non obſtat, quòd Dux & Ludouica ſæpiùs ſeſe in 8
cubiculo includebant, ceteris excluſis, quia nullus teſtis deponit, neque quòd ingrederentur lectum nudi, neque quòd audirent eos liberis operam dantes; & licèt Frāciſcus de Cauero dicat, Ludouicam mandaſſe ſibi & quibuſdam aliis vt exirent, tamen nō deponit, quòd clauſerit oſtium; & quamuis dicat aliquando ſe vidiſſe Ludouicam in lecto nudam iacentem, tamen dicit Ducem veſtitum ſuper lecto iacuiſſe. Neque etiam obſtat dictum Marchionis de la Fauara dicentis, ſe vidiſſe quadam die, & quòd dictus Dux erat nudus in lecto Ludouicæ, & ipſa Ludouica clauſit ianuam, & quòd remanſit cum illo, neque ipſi pulſanti voluit aperire, quia præterquàm quòd eſt ſolus, dicit rem valdè inueriſimilem: deponit enim ſe hoc non ſolùm vna vice, ſed etiam pluries vidiſſe; & tamen inter tot teſtes domeſticos nullus alius eſt, qui deponat ſe vnquàm vidiſſe Ducem nudum in

lecto Ludouicæ,quod tamen eſt impoſſibile, quòd non vi-
diſſent,ſi pluries hoc contigiſſet,prout ipſe affirmat. Solus
Don Petrus de Mendozza ait,ſe audiuiſſe à famulis Ludo-
uicæ,quòd Dux & Ludouica fuerunt ſimul in vno lecto,ſed
eſt de auditu,& nullum habet conteſtem , nec multùm cu-
randum de aliis teſtibus dicentibus, quòd ipſi ſe includebãt
in cubiculo,& quòd mandabant alios exire , quia cùm non
deponant in ſpecie , quòd hæc fierent per ipſam Ludouicã,
hæc loquutio pluralis,non eſt valdè concludens ad proban-
dum,hoc ipſa volente & mandante factum fuiſſe;cùm inde-
finita [l],non æquipolleat vniuerſali,teſte Felin.*in cap. auditis,*
*num.24. de præſcrip.*Dec *conſ.*100.*num.*7. cum ſimilib. Solus
Franciſcus de Cauero deponit , Ludouicam mandaſſe vt e-
xiret,ſed non habet conteſtem,& in hac materia iſta admi-
nicula ſaltem eſſent concludenter probanda:non autem per
8 teſtes ſingulares [l],& non omninò integros , vt aliàs fuit de-
ciſum in cauſſa Neguſina matrimonij, coram Reuerendiſſi-
mo D.Briolen.

9 Non † obſtat,quod deducitur in tertia concluſione Du-
cis de camiſia ſanguine infecta , quia ex depoſitionum va-
rietate manifeſtè apparet,totam hanc narraturam eſſe com-
mentitiam & meram fabulam;nam Anna de la Cruz & Fer-
dinandus Morantes dicunt,quòd poſt prandium , imò verò
ipſis adhuc prandentibus,Dux exiuit à cubiculo Ludouicæ
cum camiſia ſanguine repleta,ſed Paſchalis Diaz & Princi-
piſſa dicunt,id contigiſſe de ſero : vnde cùm hæc defloratio
ſemel tantùm contingere poſſit,neceſſe eſt alteram ex iſtis
depoſitionibus vel vtramque falſam eſſe, maximè cùm Ioã-
na de Cuazo & Maria de Rabera dicant id contigiſſe de no-
cte : vnde excluditur , vt illud de ſero poſſet intelligi poſt
prandium.

10 Præterea † Principiſſa ait,ſibi exiſtenti in oppido Depin-
to à multis reſcriptum id,quod contigit de camiſia,& quòd
non recordatur,an id etiam ſcripſerit Ludouica. Anna verò
Vndigerda dicit,quòd in oppido de Marid. Principiſſa ſibi
dixit,ſibi fuiſſe illatam camiſiam Ducis;quod tamen non di-
xit Principiſſa,vtique dictura ſi eam vidiſſet ſibi illatam,ſed
etiam Paſchalis Diaz affirmat,quòd quando Dux ſe ſpolia-
uit camiſia ſanguinata , non dixit ei ex qua cauſſa erat ſan-
guis : & tamen Ferdinandus Morantes dicit, quòd quando
Dux ſe ſpoliabat dictam camiſiam,demonſtrabat habere lę-
titiam , & indicabat præfato Ferdinando & Didaco Marti-
nez , & eius vxori Annæ , quòd ſanguis erat ex virginitate
Ludouicæ. Sed & inueriſimile eſt, quòd ſi camiſia ſanguine
infecta futurum erat indicium copulæ conſummatæ,& pro-
futura erat hæc res Duci,quòd paſſi fuiſſent eam lauari per
Antoniam,vt deponit Ioanna de Guazo. Sed & aliud valdè
inueriſimile continet hæc narratio , attenta magna ſangui-
nis copia,de qua deponunt teſtes Ferdinandus & Paſchalis,
& addit Leonara de auditu à Principiſſa,repertum fuiſſe ſã-
guinem nedum in camiſia,ſed etiam in caligis Ducis.

11 Quintò † non obſtant depoſitiones Balthaſſaris Maldo-
nado & Franciſci Zamedij,qui habentur in quarta conclu-
ſione Ducis , quia præterquàm quòd ipſi ſunt ſingulares &
domeſtici , Balthaſſar fuit pecunia corruptus, ſed etiam his
circumſcriptis ipſe non concludit ad copulam:quia licèt de-
ponat de actu , qui videtur proximus copulæ ; tamen dicit,
quòd non vidit,quòd haberet caligas dimiſſas , neque quòd
Ludouica leuaret lacinias. Vnde excluditur hæc probatio
tanquàm nihil concludens. Zamudius verò deponit de re
adeò inueriſimili,vt nullam prorſus fidem mereatur , nem-
pe quòd Ludouica in domo aliena, nẽpe Comitiſſæ de ſan-
cto Pliego,in cœnaculo,foribus apertis , paſſa fuerit ſe co-
gnoſci,quòd vix de publica meretrice credendum eſſet, ne-
que tale quicquam auſus eſt profiteri ipſemet Dux , & ideò
teſti ſingulari inueriſimilia deponenti non eſt credendum:
præſumitur enim falſus,*l.3.§.ideóque.de teſt.*Abb.& Felin.*in c.*
*quia veriſimile,de præſumpt.*Anch *conſil.*24.Alex.*conſ.*120.*num.*
*10.lib.5.*Tiraq.*in præfat.c.ſi vnquam, num.44.* Præterea idem
ſuper 18. articulo dicit , ſe non recordari vidiſſe eos ſolum
cum ſola.

12 Neque † etiã obſtat probatio,quæ affertur in quinta con-
cluſione de copula,quam prętẽdunt ſequutam fuiſſe in viri-
dario , cùm nullus ex teſtibus deponat de actibus proximis
inferentibus ad copulam,& licèt dicant fuiſſe publicam vo-
cem in domo , quòd tunc Dux habuiſſet rem cum Ludoui-

A ca:tamen hæc fama [m] non habet ortum à ſignis concluden- m
tibus & immediatis,cùm de eis non deponant;ideò non eſt
attendenda Neque quòd ibi Dux amiſerit quoddam ligamẽ
calceamenti,facit multùm ad rem,de qua agitur , ſed & iſta
probatio eſt valdè inueriſimilis,cùm poſſet commodiùs hęc
patrare in cubiculo,quàm in viridario,ſi concorditer in co-
pulam conſenſiſſent,& ideò valdè affectata viſa eſt hęc pro-
batio.

Sextò & vltimò † non obſtat confeſſio Ludouicæ,de qua 13
deponit frater Franciſcus de Mendozza , quia eſt ſolus , &
tunc temporis certum eſt,quòd ipſa procurabat licentiam à
Rege reclamandi contra hoc matrimonium , adeò quòd ſi
hæc confeſſio eſt vera,fuit potiùs diſſimulandi cauſſa,ne de-
tegeretur eius intentio. Valdè autem confirmatur hæc ſen-
tentia negatiua ex habitu corporis Ducis , qui tunc tempo-
B ris , licèt attigiſſet annos pubertatis , tamen ſatis gracilis &
debilis,adeò vt hac ratione fuerit appoſita in capitulationi-
bus particula illa , vt ſtarent per quatuor annos antequàm
velarentur. Hoc enim fuerat factum ad conſulendum ipſi,
non autem Ludouicæ , quæ ætate ſuperabat ipſum Ducem,
& has difficultates videns ipſemet iudex , qui meliùs ſcire
poterat , quanta fides eſſet adhibenda teſtibus per ipſum e-
xaminatis , in ſua ſententia non auſus eſt reſtituere Ducem
ſimpliciter ad omnia obſequia matrimonialia,ſed tantùm ad
conuerſationem,& commenſalitatem, & confabulationes,
& alia obſequia,excluſa copula. Nec poteſt dici hoc ab ipſo
factum ratione omiſſæ benedictionis , quia benedictio eſt
potiùs de conſilio quàm de præcepto ; neque eſt peccatum
eam omittere,modò id non fiat ex contemptu, *cap.noſtrates,*
*in fin.30.quæſt.5.*tradit Nauar.*in Manuali,cap.22.nu.83.verſ.35.*

C Et † maximè procedit hæc ſententia ad effectum de quo 14
agitur,nempe purgandi metum,de quo clarè conſtat. Nam
licèt per copulam cẽſeatur purgatus metus, niſi mulier pro-
bet,quòd per vim fuerit cognita , vt poſt Butr. Vincent.&
Abb.trad.Ruin.*conſ.122.num.15.lib.4.* tamen in hoc procedit
ea copula , de qua conſtat , neque ſuper ea ſit controuerſia,
ſed eſt certa;nam ſuper ea fundatur præſumptio conſenſus,
ſecus vbi copula non eſt certa : quia legis præſumptio cadit
ſuper facto certo,& non ſuper incerto,Bald.*in l.idem erit , in*
*3.lect.ff.de ſtat.hom.*

Neque † obſtat,quòd metus non fuerit ordinatus ad co- 15
pulam,& ideò copula debeat cenſeri voluntaria,quia hoc e-
tiam patitur difficultatem,dato & non conceſſo,quòd pro-
baretur copula,licèt de iure non poſſet deueniri ſtante capi-
tulatione ; tamen de facto potuit interueniri metus ratione
circunſtantiarum : nam ſi mater & conſanguinei voluiſſent
obſeruare dictam capitulationem factam ad fauorem Du-
D cis , non autem Ludouicæ , vtique non permiſiſſent ipſum
perpetuò cõuerſari per diem & noctem cum Ludouica, ne-
que includi eum ſolum cum ſola, ſed hæc licentia ſatis clarè
oſtendit,illos contrarium magnoperè affectaſſe , vt inſtuto
matrimonij ſpes collocaretur.

Neque † debemus in hoc matrimonio procliues eſſe in 16
eius fauorem,iuxta *cap.vlt.de re iudicat.* quia cùm cõſtet me-
tu eſſe contractum , non debemus ei fauere , vt bene tradit
Purpurat.*conſ.579.num.16.lib.2.*nam nuptiæ coactæ malos e-
xitus habere ſolent,*cap. cùm locum , de ſponſalib.* cum aliis ad-
ductis per Rimin.iun. *conſ.362. num.50.* Quare concluſum,
ſtante plena probatione metus illati Ludouicæ, & diſſenſus
ipſius cõtinuati ab initio vſque in hanc diem, inſurgere va-
lidiſſimam præſumptionem aduerſus præſumptam proba-
tionem copulæ, iuxta *conſ.* Anch. 209. maximè cùm dicta
probatio non ſit concludens, & ſit inueriſimilis admodum,
E etiam circumſcriptis exceptionibus perſonalibus teſtium,
quæ ſunt magnæ & vrgentes , & ita ſua maiori parte con-
cluſum.

*ADDITIONES.*

A*ſſertio iurata.* Aſſerenti medio iuramento ſe cum ali- a
qua muliere carnalem rem habuiſſe an credatur , &
præſertim quid in crimine adulterij,ſtupri, ſodomiæ , & his
ſimilibus,videas ſuper hac materia Dñeum Farinac. *in ſua*
*Pract.crim.part.1.tit.de ind.& tort.quæſt.43.num.78.*& plurib.
*ſequentib.* vbi latè ponit, an & quando in his criminibus

poſſit

poſſit ſocius de conſocio interrogari, & quando ipſi interrogato, & affirmatiuè reſpondenti credendum ſit, & quantum.

b *Præparatoriis ad copulam.* Oſcula, amplexus, tactus mamillarum, & alij venerei actus inducunt probationem copulæ carnalis ſecundùm gloſſ. *in l. quod ait lex, in verbo, rebus,* & ibi Bart. *nu. 2. ff. de adulter.* idem Bart. *in l. capite quinto, nu. 2. ff. eod.* Abb. *in cap. tertio loco, num. 4. verb. & licet*, Bart. *extra de præſumpt. & in cap. præterea, nu. 2.* & ibi etiam Felin. *nu. 4. in fin. extra de teſtib.* idem Felin *in cap. literis, nu. 1. de præſumpt.* Socin. iun. *conſil. 32. num. 14. & ſeqq. lib. 2.* Dec. *conſi. 577. num. 3.* & de materia vide Monticell. *reg. crim. 20. num. 3.* vbi hanc concluſionem limitat procedere, quando prædicti venerei actus & præparatoria fiunt ſecretè: aliàs ſecus; *& in repert. teſt. fol. mihi 370. col. 2. verſic. teſtis deponens, & fol. 372. col. 1. verſic. quarto*, vbi generaliter loquitur de omnibus actibus propinquis ad adulterium, & vide etiam ad hanc eandem materiam Maſcard. *de probationib. lib. 1. concluſ. 64. nu. 1. & ſeqq. & lib. 2. concluſ. 810. nu. 5. & nu. 7. & ſeqq. in fi. & concluſ. 1063. nu. 18. & eodem lib. 1. concluſ. 57. nu. 4. & concluſ. 59. n. 14. & d. lib. 2. concluſ. 98. nu. 1.* apud quem plures alios antiquiores reperies relatos Doctores bene materiam declarantes.

c *In cubiculo ſeſe includebant.* Stare in camera clauſis ianuis ſolum cum ſola, eſt vehemens carnalis copulæ ſignum, ſed quando vir & mulier ſtant inſuper in eodem lecto nudus cum nuda, nedum ſolus cum ſola, ſine dubio videtur eiuſdem copulæ concludens probatio. Quod an verum ſit, & quando, vide Mattheſil. *ſing.* 18. & ibi in addit. vbi videtur declarare hanc probationem bene concludere in ciuilibus: ſecus autem in criminalibus. & vide etiam Maſcard. *de probat. lib. 2. concluſ. 810. num. 5. & nu. 7. & ſeq. & lib. 1. concluſ. 57.* C *nu. 4.* vbi dixit non cenſeri probatum adulterium per teſtes deponentes, quòd vir & mulier in eadem camera ſolus cum ſola permanebant diſpectorati, caligis diſſolutis, & ianua clauſa; tunc enim, inquit ipſe, cenſetur tantummodò probatus ſolus conatus carnalis copulæ, non autem conſummatio, ex allegatis ibi per eum, qui teſtantur de * communi, *& concluſ. 59. nu. 6. & ſeqq.* vbi alia ad materiam.

d *De viſu.* Teſtes de viſu, & immediatè ſuper copula carnali deponentes, an probent & quando, vide eũdem Maſcard. *de probat. lib. 1. concluſ. 59. nu. 1. & ſeqq. vbi num. 4.* Quòd teſtes deponentes ſe vidiſſe hominem ſupra mulierem, non probant copulam carnal em, niſi addant in actu venereo, & alia ad materiam, vide ibi per eum, *nu. 6. & ſeqq. & lib. 2. concluſ. 810. nu. 9.* & dixit etiam D. meus Farin. *in tract. de teſtib. quæſt. 68. nu. 92.* vbi etiam vide.

e *Difficilis probationis.* Adulterium, fornicatio, & alia carnis D delicta, quia occultè committi ſolent, & eſſe difficilis probationis, propterea ex præſump tionibus & coniecturis concludentem oriri probationem poſt alios quos referunt antiquiores, ſcripſerunt Menoch. *de arbitrar. quæſt. li. 2. caſu 116. nu. 11. & de præſumpt. lib. 1. quæſt. 58. nu. 3.* Rota *diuerſ. deciſ. 95. num. 12. & ſequentib. part. 2.* Hippolyt. Riminald. *conſil. 274. lib. 3.* Maſcard. *de probationib. lib. 1. concluſ. 57. nu. 3. 4. 7. & 8. & concluſ. 312. num. 19. & ſeqq. & concluſ. 452. nu. 10. & lib. 2. concluſ. 810. num. 1. & ſeqq.* Quæ quidem concluſio bene procedit, quando agitur ciuiliter, ſecus ſi criminaliter: tunc enim ad concludentem probationem copulæ carnalis indicia & præſumptiones non ſufficere voluerunt addentes ad Mattheſil. *ſing.* 118. Auguſtin. ad Angel. *de maleſic. in verbo, quod fama publica, nu. 23.* Marſil. *in rubr. de probat. nu. 248. verſic. item ad prædicta*, Boſſ. *in tit. de partu ſuppoſito, poſt num. 3.* Maſcar. *de probat. concluſ. 1220. nu. 8.*

E

f *Præſumptio in contrarium.* Generale eſt, quòd nunquàm creditur aſſertioni alicuius iuratæ, quando contra eam adeſt aliqua præſumptio, ex allegatis per Menoch. *de recuperand. poſſeſſ. remed. 16. n. 35. & ſeqq. & de arbitrar. quæſt. lib. 2 caſu, 186. n. 7. & caſu 298. nu. 6. & in tract. de præſumpt. lib. 1. quæſt. 77.* vbi latè de materia Riminald. *conſil. crimin. diuerſor. 83. num 8. & conſil. 63. nu. 19 lib. 2.* Stephan. Lamberteng. *in tractat de contractibus eorum, &c. gloſſ. 1. nu. 185. & ſequentib.* Maſcar. *de probat. lib. 1. concluſ. 94. nu. 20.* Et procedit hæc concluſio, etiam quòd iurans ſit vir bonæ famæ: eius enim aſſertioni nõ creditur, quando illi reſiſtit aliqua præſumptio, quæ per alias contrarias præſumptiones non ſit ſublata, ſecundùm Lamberteng. *vbi ſuprà, n. 182. & ſequentib.* quicquid in contrarium

Farin. Conſil,

A dicatur in deciſione Pedemontan. *num. 25.* Bene verum eſt, quòd ſi pro aſſertione concurrerent aliquæ aliæ præſumptiones, etiam mediocres, tunc ei ſtandum eſt, etiam quòd aliquam aliam contra ſe habeat præſumptionem, ſecundùm Cardin. Alban. *conſi. 14. nu. 8.* & voluit Lamberteng. *d. n. 182. & ſeqq.* vbi *nu.* 190. dixit, remitti iudicis arbitrio, quæ coniecturæ iſto caſu ſufficiant.

g *Nuda.* Vide quæ dixi ſuprà *in addit. lit. c.*

h *Commiſceri.* Carnalis copula an probetur per teſtes, qui non viderunt virum & mulierem ſe commiſcentes, ſed tantummodò audierunt rumores, ſtrepitus, tergiuerſationes, & commixtiones, & de materia, videas omninò D. meum Farinac. *in ſuo tract. de teſtib. quæſt. 69. nu. 197. & ſeqq.*

i *Indefinita.* In dictis teſtium, an indefinita oratio æquipol- B leat vniuerſali, vide Iaſ. *in l. non hoc, nu. 14. C. vnde cognati,* Marſil. *ſing.* 18. Villalób. *in commun. opin. litera I, nu. 23.* Monticell. *in repertorio teſtium, fol. 431. col. 2. verſic. penul. & ſeq.* Rota coram Cæſare de Graſſ. 82. *nu.* 13.

l *Singulares.* Singulares teſtes an probent mulieris inhoneſtam & meretriciam vitam, & etiam copulam carnalẽ, vide D. meum Farinac. *in ſuo tract. de teſtib. quæſt. 64. n. 223. & ſeqq.*

m *Fama.* Inhoneſtas mulieris maximè probatur per famam, ſaltem ad effectum excuſandi rapientem illam in pœna raptas teneatur, ſecundùm Cephal. *conſ. 140. nu. 28. & ſeq. lib. 1.* vbi ampliùs, quòd iſto caſu, ad excuſandum rapientem, ſufficit falſus inhoneſtatis rumor.

*Famianus Centolinus V. I. D. Galeſij.*

## ILLVSTRISSIMI ET REVERENDISS. D. Manticæ Cardinalis.

*Bononien. de Pepulis 8. Nouembris 1589.*

### ARGVMENTVM.

Libro actorum vt fides tollatur ex præſumptionibus falſitatis, illæ debent eſſe non leues, ſed perſpicuæ, leuium autem præſumptionum hîc aliqua ponuntur exempla.

### *SVMMARIA.*

*Teſtes recognoſcentes manum alicuius, quia eam notam habent, ſufficit, quòd deponant per verbum,* credo, *vel per verbum,* videtur, *& ſimilia, num. 1.*

*Teſtes deponentes de iudicio ſuo, vel per verbum,* credo, *aut per* D *verbum,* videtur, *& ſimilia, probant, quando deponunt ſuper eo, quod iudicio intellectus percipitur, n. 1. & in addit. lit. a, vbi de materia.*

*Teſtis ratio ſufficit, quò concludit à communiter accidentibus, nu. 1. in fi.*

*Inſtrumentum, ſeu liber actorum, etiam non ſcriptus manu Notarij, probat, dummodò per inſcriptionem vel ſubſcriptionem ſit approbatus ab ipſo Notario, nu. 2.*

*Generalis inſcriptio libri refertur ad omnia ſequentia, nu. 2.*

*Premium generale alicuius ſcripturæ refertur ad omnia ſequentia, num, 2.*

*Falſitatis præſumptiones, vt tollant fidem publicæ ſcripturæ, debent eſſe perſpicuæ, num. 3.*

*Liber actorum, in quo ſunt ſcripta acta diuerſarum cauſſarum, non facilè propter falſitatis præſumptiones ſubuerti debet, n. 3. in fi.*

*Liber actorum non præſumitur falſus, ex eo, quòd ita compaginatus ſit, vt facilè diſſolui poſſit, nu. 4.*

E *Probatio per aſpectum & euidentiam rei ſuperat omnes alias probationes, nu. 4. & 5.*

*Heres heredis intelligitur heres primi teſtatoris, nu. 5.*

*Pluralitas, & non identitas præſumitur ad effectum euitandi falſitatem, nu. 6.*

*Falſitas non præſumitur, ſed potiùs error, quando aliquid in publicis ſcripturis reperitur ſcriptum vel omiſſum, quod omitti aut ſcribi non debebat, nu. 6. & in addit. lit.* b, *vbi de materia.*

*Falſitas non præſumitur ex differentia ſubſcriptionis, quæ in ſyllaba conſiſtit, nu. 7.*

*Faſitatis ſuſpicio non oritur ex varietate ſubſcriptionis Notarij vel alterius, quæ non mutat ſubſtantiam veritatis, neque parit obſcuritatem, nu. 7.*

## DECISIO LXX.

1 PLacuit † Dominis, iura, de quibus agitur, eſſe in forma probanti, quia vigore compulſorialium citata parte, ſunt formiter extracta ex libro actorum ſeu Paridis Notarij, cuius manus ſufficienter eſt recognita per teſtes, qui notam habent eius manum. Neque ad rem pertinet, quòd ipſi teſtes deponant per verbum, *credo*, &, *videtur*, & ſimilia, quia
a cùm recognitio ſcripturæ iudicio intellectus a percipiatur, talis depoſitio eſt recipienda, vt in ſimili propoſito dicit Alexand *in conſi. 109. num. 14. verſic. præterea, lib. 1.* & in terminis, quòd huius depoſitio ad recognitionem ſcripturæ ſufficiat, quia eſt coniuncta cum ratione, quæ à communiter accidentibus concludit veritatem, ſcribit Ruin. *in conſil. 46. num. 12. lib. 4.* atque ita dicebant DD. ſæpiùs fuiſſe reſolutum.

2 Neque † etiam refragatur, quòd liber, ex quo hæc iura ſunt extracta, non ſit ſcriptus manu ipſius Notarij quia ſufficit, quòd per ſubſcriptionem vel inſcriptionem eum approbauerit. Nam induſtria tabellionis non eligitur in ſcribendo, ſed vt præbeat fidem geſtis, quam ſatis præſtat in ſe ſubſcribendo, Cardin *in cap. penult. verſic. in gloſ. de fid. inſtrum.* & ſequitur Abb. *in cap. inter dilectos, nu. 7. ad fin. eod. tit.* & Dec. *in conſil. 447. nu. 10.* In proœmio autem huius generalis eſt inſcriptio, quæ refertur ad omnia acta ſequentia, *l. ſi quis ex argentariis, §. ſi initium*, & ibi Bart. *num. 30. ff. de eden.* & Bald. *in l. eò quòd à multis, nu. 1. C. ſi cert. pet.* & Alex. *in d. §. ſi initium, n. 6.* Quod multò faciliùs in caſu propoſito placuit eſſe recipiendum, quia exceptiones, quæ in his actis ſunt productæ, reperiantur in filo poſitæ cum inſcriptione eiuſdem Notarij à tergo, vt fieri conſueuit, cuius manus ſufficienter eſt recognita.

3 Neque † officiunt ſuſpiciones, quæ ex aduerſo obiiciuntur, quia Dominis viſæ fuerunt admodùm leues, quæ tamen, vt fidem tollant, publicæ ſcripturæ debent eſſe perſpicuæ, Anchar. *in conſ. 385. n. 5.* Caputaq. *deciſ. 207. in 1. part. & dec. 4. in 2.* & fuit deciſum coram R. P. D. Decano in Toletana matrimonij, 30. Martij 1571. Et præſertim etiam quia in hoc libro ſcripta ſunt acta non ſolùm huius cauſſæ, ſed etiam aliarum plurium cauſſarum & diuerſarum perſonarum, & ideò eius fides non tam facilè debet ſubuerti, *argument. l. Barbarius*, cum vbi not. *ff. de offic. præt.*

4 Vnde † nihil referre viſum fuit, quòd liber iſte ſit ita compaginatus, vt facilè diſſolui, & ei aliquid addi vel detrahi poſſit, quia ſimiliter in curia libri actorum à Notariis conficiuntur, & cùm iſti duo actus, de quibus eſt controuerſia, in medio libri ſcripti ſint, & vnus eorum in medio paginæ ſit conſcriptus, & alter in fine incipiat, & alia pagina ſubſequatur, ex inſpectione omnis ſuſpicio tollitur; nam omnis probatio vincitur, ſi aſpectus contrarium teſtificatur, *l. minor 25. ann. adito præſide, ff. de minor. l. ſi irruptione, §. ad officium, ff. fin. regun.* Bald. *in l. vlt. in princ. nu. 7. C. de Epiſc. & cler. & in l. ſi quis teſtibus, in fin. C. de teſt.* Alex. *in l. 1. num. 8. C. vt quæ deſunt aduoc. & in conſil. 116. num. 2. lib. 1.* Ruin. *in conſil. 149. nu. 4. & 5. lib. 4.*

5 Neque † officit, quòd contra inſcriptionem filij, qui in filo fuit poſitus, obiicitur, milleſimum eſſe appoſitum, quia ex inſpectione ſimiliter huiuſmodi ſuſpicio ſubmouetur, prout nec etiam refert, quòd dicitur hunc librum fuiſſe exhibitum ab eo, qui profitetur ſe neſcire an fuerit à Paride conſcriptus. Qui idem etiam ſubiunxit, ſe illum reperiiſſe in domo Diamantis ſororis & heredis Lucij, qui fuit filius Paridis, proinde cùm heres heredis intelligitur heres primi teſtatoris, *l. vlt. C. de heredib. inſtituend.* valdè eſt veriſimile, hunc librum ipſius Paridis fuiſſe, quod idem etiam Lucius eius filius in publico inſtrumento profitetur, & recognitio manus ipſius Paridis euidenter probat.

6 Neque etiam obſtat †, quòd in hoc libro non ſint deſcripta acta, quæ eodem die in hac eadem cauſſa, & inter eaſdem perſonas fuerint geſta: quæ quidem exſtant in proceſſu actorum ab ipſo Paride publicatorum eodem anno 1553. quia ex prædictis veritas iſtorum actorum, de quib. agitur, comprobetur. Placuit enim reſponſio, quòd ipſe Paris potuit habere alium librum actorum eiuſdem anni, vel quòd per obliuionem in eo libro hos duos actus non ſcripſerit, A Corn. *conſil. 120. nu. 4. lib. 4.* Nam cùm in publicis ſcripturis reperitur aliquid ſcriptum vel omiſſum, non facilè poteſt argui ſcriptum de falſitate, cùm hoc plerunque poſſit contingere ex errore vel ſimplicitate ſcribentis & in dubio potiùs præſumitur error b, Anchar. *in conſil. 285. n. 2. verſic. præterea*, Dec. *conſil. 175. nu. 4. in fin.* b

7 Neque † etiam officit varietas ſubſcriptionis ipſius Paridis, quia nihil videtur intereſſe, vtrùm quis ſcribat, Paris Grannus, vel, Paris de Grannis, & hæc minima differentia, quæ in ſyllaba conſiſtit, nihil debet obeſſe, *l. qui habebat, ff. de manum teſtam.* quam dicit ſing. Angel. *in l. ſi in nomine, nu. 1. Co. de teſtam.* & Alexan. *in l. 4. nu. 5. de legat. 1.* Quod eò faciliùs eſt admittendum, quia in ſubſcriptione cognominis facilè hæc varietas poteſt incidere, neque etiam mutat ſubſtãtiam veritatis, neque parit aliquam obſcuritatem, & ideò nõ B inducit aliquam falſi ſuſpicionem. Atque ita concluſum fuit, his actis fidem eſſe adhibendam.

### *ADDITIONES.*

a IVdicio intellectus. Regulare eſt, quòd teſtis deponens de iudicio ſuo, nihil probat, quia non iudicare, ſed ſimpliciter factũ narrare debet. Prout hanc regulam pluribus exornat D. meus Farinac. *in ſuo tract. de teſtibus quæſt. 48. num. 32. & ſeqq.* quam ſecundùm eum limitare poteris quatuor modis. Primò, quando ſui iudicij bonam & concludentem reddit rationem, *num. 34.* Secundò, quando deponit ſuper iis, quæ directò probari non poſſunt, & in materia non certitudinaliter cognoſcibili, *num. 81.* Tertiò, quando deponit de iis, quæ ſenſu corporis percipi & expreſsè cognoſci C non poſſunt. Quartò, quando pariter deponit de actu, ad cuius probationem non concludens, ſed præſumptiua ſufficit probatio, *nu 83. & ſeqq.* vbi propterea infertur, quando agitur de iis, quæ ſunt difficilis probationis, quando ſumus in antiquis, in probatione filiationis, adulteriis, & iis ſimilibus.

b *Error.* Vt falſitas excludatur & potiùs error quàm falſitas præſumatur, & quòd ad euitandam falſitatem omnis interpretatio facienda ſit, plura ponuntur per Cagnol. *in l. ſingularia, nu. 50. ff. ſi certum petat. in vlt. lectur.* Cephal. *conſi. 77. num. 33. & ſeqq. nu. 42. lib. 1. & conſil. 230. nu. 6. & nu. 16.* vbi declaratur hæc concluſio, quando error eſt veriſimilis & tolerabilis, aliàs ſecus, Gabriel. *lib. 7. concluſ. 2. nu. 14. & ſeq. & nu. 24.* Franciſc. Becc. *conſ. 78. nu. 13. & nu. 24. nu. 3.* vbi ampliùs, quòd D error iſto caſu probatur iuramento, Caputaquen. *deciſ. 3. nu. 2. & 3. part. 2.* Clar. *in Pract. §. falſum, verſ. item debet iudex*, Hippolyt. Riminald. *conſil. 345. num. 41. & ſeqq. lib. 3.* Decian. *conſil. 100. nu. 1. lib. 2.* Emanuel Soarez *in verbo, falſitas, nu. 18.* Maſcard. *de probationib. concluſ. 745. nu. 3.* Iacob. Port. Imolenſ. *conſ. 94. nu. 3. & conſil. 96. nu. 12. & ſeqq. & nu. 30.* vbi notabiliter iſtam concluſionem declarat procedere, quando non conſtat de falſitate commiſſa. Quòd ſi de falſitate conſtet, tunc illa potiùs dolo, quàm per errorem fabricata præſumitur, niſi error per allegantem probetur ſaltem coniecturis.

*Famianus Centolinus V. I. D. Galeſij.*

## COMITVLI.

*Cornetana bonorum, Lunæ 20. Nouembris 1598.*

E

### ARGVMENTVM.

Donatio quomodo & ex quibus coniecturis probetur ſimulata.

### *SVMMARIA.*

*Donatio omnium bonorum trahitur etiam ad futuras actiones, num. 2.*

*Agens ſine actione audiendus non eſt, nu. 2.*

*Nominatio facta in teſtamento operatur translationem iurium donatorum, ſaltem iure tranſmiſſionis, nu. 2.*

*Simulatio probatur per confeſſionem partium extraiudicialem, veriſimilibus præſumptionibus adiuuatam, nu. 2. in fi.*

*Simulatio præſumitur ex modico interuallo, n. 2. vbi ponitur exemplum.*

*Simulatio*

*Simulatio præſumitur ab inueriſimili,nu.3.*
*Inueriſimile quod eſt, falſitatis imaginem habet,num.3.in fin.*
*Simulatio donationis præſumitur ex eo, quòd donans remaneat in poſſeſſione rei donatæ,num.4.*
*Emere rem ſuam nemo dicitur,num.5.*
*Simulatio arguitur à ſolitis,num.6.*
*Simulatio arguitur ex coniunctione perſonarum,num.7.*
*Confeſſio mulieris adiuuata præſumptionibus ſuſtinetur etiam ſine ſolemnitatibus ſtatutariis vrbis,num.8.*

## DECISIO LXXI.

1 AGenti † Illuſtriſſimo D. Bernardino de Sabellis ad fructus reſiduos dotis,melioramenta,expenſas funeris & ſepulturæ bonæ memor.D.Helenæ aduersùs Illuſtr.D.Alexandrum de Aptis, eiuſdem Helenæ filium & heredem, fuit oppoſitum de donatione omnium bonorum præſentium & futurorum ſub certa reſeruatione facta per Dominum Bernardinum 12.Aprilis anni 1567. D.Helenæ & perſonæ ab ea nominandæ; quæ donatio die 6. Octobris eiuſdem anni acceptata fuit,& illicò conſtitutus D.Bernardinus adminiſtrator bonorum donatorum, cúmque replicaretur de ſimulatione prætenſæ donationis ex declaratione eiuſdē donatariæ,& retroceſſione ſubſequuta die 11.eiuſdem mēſis,aliiſque coniecturis,dubitatum fuit, an prædicta inſtrumenta donationis & adminiſtrationis obſtarent intentioni Illuſtriſſimi D.Bernardini; nam iis ſtantibus,dicebatur donaſſe etiam ſpem futuræ actionis,ad gloſſ. *in cap.ſtatutum.18. quæſt.1.* ac perinde non audiendus, vt qui experiretur ſine actione,ad text. *in l.ſi pupilli,§.videamus ff.de negot.geſt.* cū traditis per Aym. *conſ.191.num.* 1. præſertim contra D. Alexandrum,in quem iura donata tranſlata eſſent vigore nominationis de eo factæ in teſtamento D.Helenæ,ſaltem iure trāſmiſſionis,Put. *deciſ.274.lib.3.* & reſolutum nō obſtare; quippe quæ ſimulata detegantur ex confeſſione iurata ipſiuſmet Domin.Helenæ adminiculata vrgentibus coniecturis.Cùm enim exploratum ſit,ſimulationem probari per confeſſionē partium etiam extraiudicialem, maximè veriſſimilibus adiuuatam præſumptionibus, vt per Tiraquell. *de retract. conuent.§.1.gloſſ.24.num.55.* Veron. *de ſimul.contra præſumptionem 26.num.86.* Caſtrenſ. *conſ.20.lib.2.* Decian. *conſ.543.nu.13.* Socin. *conſ.264.num.2.lib.2.*

2 Conſiderabant † in primis Domini modicum interuallum quinque dierum inter acceptationem donationis & confeſſionem cum retroceſſione, & colligebant ex intentione partium talem contractum breui fuiſſe duraturum, quod incidit in illam ſimulationis ſpeciē, de qua text. *in l.4. §.ſi ab ignoto,ff.de manumiſſ.* Rot. *deciſ.1.circa med.de donat.in nouis,* & Veron. *caut.243.*

3 Conſonat †,quòd inueriſimile valdè eſt,voluiſſe D. Bernardinū irreuocabiliter donare omnia bona ſua præſētia & futura vxori ex primo marito filios habente:ſibi verò in ſecunda reſeruatis duntaxat ad vitam ſcutis quinque miniſtris & quingentis ad teſtandum. Quod autem inueriſimile eſt, habet falſitatis imaginem,Bald. *in l.1.C.de ſeru.fug.*

4 Conuenit † etiam ſimulationi,quòd in ipſa acceptatione donationis fuit deputatus donans in adminiſtratorem omnium bonorum datorum, & remāſit in continua poſſeſſione, ex quo donationem ſimulatam præſumunt Caſtr. *conſ.31.num.6.lib.2.* Dec. *conſ.587.nu.8.* qui alios congerit per text. *in l.ſicut,§.ſupernacuum,ff.quib.mod.pign.vel hypoth.ſolu.*

5 Accedit †, quòd poſt donationem D.Bernardinus anno 1569.dedit in ſolutum ex cauſſa aſſerti debiti ſcuta 1500. eidem donatariæ plurima bona mobilia ac ſe mouentia ac ſata,quæ dari in ſolutum aliàs eorum Dominæ nō potuiſſent, *l.ſi in emptione,§.rei ſuæ,ff.de contrahend.empt.*

6 Et † quòd rurſus hanc donationem D.Helenæ declarauit fuiſſe ſimulatam,vnde inſurgit aliud huius ſimulatæ donationis argumentum à ſolitis *l.non omnes, §.à barbaris,ff.de re militar.gl.in l.1.C.arbit.tut.* Veronen. *de ſimul. contra præſumpt.22.*

7 Idque † perſuadetur faciliùs ex coniunctione perſonarum,per tex. *in l.data,C.de donat.* Dec. *conſ.187.num.9.* Pariſ. *conſ.143.num.17.& 22.in 4.*

8 Ex † quibus omnibus ſimul iunctis concluſum fuit, prædictam declarationem & confeſſionem Dominæ Helenæ ita eſſe veriſimilibus præſumptionibus adminiculatam, vt ſit attendenda, quamuis careat ſolemnitatibus à ſtatuto in confeſſione mulierum requiſitis, iuxta *deciſ.* Achil. *1.de confeſſ.* quam Rota ſeruat.

## COMITVLI.

*Hipporrigien.prætenſi matrimonij,Veneris 1.Decembris 1589.*

### ARGVMENTVM.

**Copula carnalis cum puella non viripotente, & minore decem annorum, an & ex quibus probetur,ad effectum validitatis matrimonij.**

### SVMMARIA.

*Matrimonium inualidum eſt cum puella minore decem annorum, tam ex defectu naturalis vigoris ad generandum, quàm ex defectu coniugalis conſenſus,num.2.*
*Malitia ſupplet ætatem in proximo pubertati,aliter ſecus,num.3.& num.8 vbi alio modo declaratur hæc concluſio.*
*Proximus pubertati dicitur,qui ab ea diſtat ſolùm per ſex menſes, num.3.& in addit.lit.a,vbi de materia.*
*Minor quando dicatur pubertati proximus,num.3.*
*Sponſalia de futuro an poſſint contrahi à maiore ſeptennio, num.3. in fin.*
*Matrimonium facit,vt in eo perpetua indiſſolubilitate corpus tradatur,num,4.*
*Potentia coëundi non præſumitur ante annos pubertatis,num.4.*
*Pubes minor dicitur habere annos diſcretionis,num.4.in fine.*
*Teſtes deponentes veriſimiliter,præferuntur teſtibus minus veriſimilia deponentibus,num.5.*
*Teſtes plures præferuntur paucioribus,num.5.*
*Teſtes idonei præferuntur teſtibus exceptiones patientibus,num.5.*
*Matrimonij habilitas & potentia præſumitur ex ſubſequuta copula,num.6.vbi hæc concluſio declaratur.*
*Copula carnalis in puella non viripotente,an probetur ex aſſertione illius,qui dicit ſe eam carnaliter cognouiſſe,negante, & contradicente ipſa puella,num.6.in fine.*
*Copula carnalis an probetur ex confeſſione puellæ minoris duodecim annorum aſſerentis ſe cognitam ad effectum probandi matrimonium,num.7.*
*Matrimonium,vt validum dicatur,duo copulatiuè requiruntur, videlicet potentia ad carnalem copulam,& prudentia rationis, num.8.*
*Copula carnalis non dicitur in muliere nondum viripotente,ſed defloratio,ſub num.8.*
*Matrimonium validum eſſe in dubio pronunciandum eſt, nu.8. poſt med.*
*Matrimonium tempore Quadrageſimali celebrari non poteſt,n.8. in fin.*

## DECISIO LXXII.

DOmina † Veronica Malgrata,cùm eſſet pupilla maior 1
nouem,& minor annis decem, fuit ex agro, vbi propter peſtem cuſtodiæ agebantur,in oppidum Scarmagni ad domum Dominæ Geneuræ amitæ traducta, ibique ſponſalia per verba de præſenti coram Parocho & teſtibus cum Domino Emanuele Venuſto annorum circiter quindecim contraxit: per quæ ſtatim inter eos ſubſequuta fuit cohabitatio per duodecim dies continuos, & in eodem lecto concubitus,donec Domini de Aladio, vti tutores,aduersùs huiuſmodi factum reclamantes,pupillum ſequeſtrari obtinuerunt.Exinde cauſſa ſuper diſſolutione ſponſalium introducta coram R.D.Nuntio,per ſententiam declaratum fuit, aſſertam deſponſationem & concubitum inter prædictos Emanuelem & Veronicam matrimonium minimè feciſſe. A qua ſententia pro parte D.Emanuelis exſtitit appellatum,& cauſſā appellationis mihi commiſſā,dubitatum fuit,concordatis nonnullis præſuppoſitis,an conſtaret de copula, cúmque in diſputatione excitatæ eſſent difficultates, propter quas non videbatur capienda reſolutio,circumſcripto effectu tendente ad firmandum matrimonium, & voluntas ip-

ſius puellæ in dubium vocaretur, quippe quòd ſeducta prætẽdebatur detineri in loco ſuſpecto, prouiſum fuit, vt puella, quæ pubertatis annos iam exceſſerat, adduceretur Mediolanum, vt per R.D. Archiepiſcopũ prouida & ſufficienti relatione ad Rotam tranſmiſſa. Rurſus dubitaui, præſuppoſitis depoſitionibus teſtium hinc inde examinandorum & deponentium D. Veronicæ, an conſtaret de copula ad effectum validitatis matrimonij.

2 Et † quãuis copula qualis qualis præſupponeretur, etiam ex confeſſione iurata Veronicæ, deponẽtis credere ſe, quòd Emanuel aliquoties intus emiſerit, ipſa dolorem citra vllam voluptatem ſentiente, nec intelligente quam rem ille ageret, Domini tamen concluſerunt ex ea non inferri validitatem matrimonij. Cùm enim ex proceſſu ſatis conſtet, quòd Veronica tempore ſponſaliorum & aſſertæ copulæ non peruenerat ad annos decem, imò non excedebat annos nouem & menſes duos completos, ſtat regula pro nullitate matrimonij, tam ex defectu præſumpto naturalis vigoris ad vtendum & generandum, quàm ex defectu coniugalis conſenſus, *cap. tua, de ſponſal. cap. à nobis, cap. de illis, il. 2. cap fin. de ſponſat. impub. & cap. vnic. §. idem quoque, eod. tit. lib. 6.*

3 Exceptio † autem, quòd malitia suppleret ætatem, *d. cap. à nobis, cap. fin. cum ſimilib.* præterquam quòd vix admittenda videtur, niſi in iis, qui proximi ſunt pubertati, quales intelliguntur, qui ab ea ſolùm diſtant per ſex menſes a, gloſſ. communiter recepta *in cap. continebatur, verbo, proxima,* vbi Innocent. & Abb. *in cap. atteſtatione verb. circa finem de deſponſat. impub.* Cardin. *conſil.* 4. Staph. *de vac. mod. vao. tit. beneficiatus contrahens, verſic. ſed tenendo,* Put. *deciſ.* 55. *lib.* 2. nequaquàm concludenter probatur. Nam eſto, vt poſt ſeptennium iuris præſumptione adſit illa diſcretio, quæ ſufficit ad validanda ſponſalia de futuro, *l. in. ſponſalibus 2. ff. de ſponſalib. cap. literas, de deſponſat. impub.* Ioan Andr. & Abb. *in cap. iuuenis, de ſponſalib.*

4 Alia † tamen, quæ maior, exigitur ad validandum matrimonium, in quo perpetua indiſſolubilitate corpus traditur, vt per D. Thom. concludit Turrecrem. *in cap. nõ eſt, 30. quæſt. 2. ad 2.* Abb. *in cap. de illis, num. 4. de deſponſ. impub.* non præſumitur ante annos pubertatis aduenire, *cap. de illis, cap. à nobis, cap. fin. cum ſimilib.* Et hoc reſpectu annos diſcretionis interpretatur pro annis pubertatis. Ioan. And. *in cap. duo pueri, eod. tit.* poſt Goffred *in ſum. eod. nu.* 3.

5 Probationes † autem, quæ pro ſagacitate & prudentia Veronicæ ex parte Emanuelis factæ ſunt, eliduntur ex concordi depoſitione triginta & plurium teſtium, qui de ſimplicitate eiuſdem, & infirmitate intellectus ac iudicij ad cognoſcendum vim matrimonialis vinculi, plenè teſtantur, & cùm veriſimiliora dicant, præferuntur in concurſu, Innocent. & Abb. *in c. auditis, de præſcript.* Socin. iun. *conſi.* 183. *col.* 2. *lib.* 2. Aym. *conſil. 6. num.* 66 Roland. *conſil. 24 num. 55. lib.* 1. præſertim cùm numero ſint plures, *ad. l. ob. carmen, §. ſi teſtes, de teſtib* Gabriel. *de teſtib. concluſ. 4. nu.* 50. Nec patiantur exceptiones, quibus ſubiacent teſtes ex aduerſo examinati, qui ferè vel affectant matrimonij effectuationem, vel ſunt eorum domeſtici & dependentes, vt per informantes in facto pro Veronica, quorum depoſitionibus fides diminuitur, Felin. *in cap. ſuper eo, ad fin, de reſtitu.* Pariſ. *conſil. 15. num. 30. lib.* 2. Aym. *nu.* 4.

6 Nec † obſtat dicta copula ſubſequuta, ex qua præſumi ſolet habilitas ad matrimonium, *d. cap. à nobis, & cap. de illis,* cum ſimilib. *de deſponſ. impub.* quoniam dicta iura non verificantur in omni defloratione, ſed in ea, quæ interuenit cum iis, quæ à natura habiles ſunt ad generandum vel concipiendum, *cap. puberes, ad fin. eod. tit.* Turrecrem. *vbi ſupra, art.* 2. qui ait, tempore matrimonij requiri non ſolùm vſum rationis, ſed etiam ex parte corporis requiri, vt illud ſit aptum generationi. Idem ſentiunt Abb. *in cap. continebatur, nu.* 7. Præpoſ. *nu.* 3. Anchar. *nu.* 2. & alij, quæ aptitudo non probatur concludenter pro parte D. Emanuelis, quin potiùs ex habitu corporis imbecillo & gracili ipſius D. Veronicæ inhabilitatem ad talem copulam concludunt omnes teſtes pro Veronica examinati, vt patet ex dolore, quem D. Veronica ſentiebat nedum in primo actu copulæ, ſed etiam in aliis ſubſequutis, quem non ſenſiſſet, ſi naturalem iam adepta fuiſſet vigorem & aptitudinem ad generandum, cùm dictus

A dolor non aliũde appareat ſucceſſiuè, quàm à tenera & immatura ætate, & quoad hunc actum à puella ſolùm dignoſcibilem, eius confeſſioni magis credendum quàm D. Emanueli, *ad gloſſ. in cap. vidua, verſ. licèt, de regul.* Ioan. Lopez, *in cap. per veſtras, §. 43. de donat.* maxime cùm habeat præſumptionem pro ſe, Præpoſ. *in cap. tua nos, num. 2. de ſponſ.*

Nec † fiat vis in alia confeſſione Veronicæ priùs in lecto poſt ſequutam copulam malitioſa, quatenus refertur hilariter mandaſſe cingulum brachio alligatum, quaſi iam expleuiſſet opus matrimonij, quia nõ colligitur ex vltima depoſitione Veronicæ talia verba prolata fuiſſe in eam ſignificationem, & nihilominùs confeſſio emiſſa à puella minore 12. annis parum attẽditur ad probandum matrimonium, 7

B ex Put. *deciſ. 63. lib.* 2.

Sed † & quatenus alterum prædictorum duorum, videlicet potentia ad carnalem copulam, vel prudentia rationis ſufficienter diſcernentis, cùm contractus matrimonij continentis perpetuam & indiſſolubilem cum viro ſocietatem probaretur, adhuc non ſufficeret ad validitatem matrimonij, cùm vtrũque copulatiuè requiratur, vt malitia ſuppleat ætatem, ex Couar. *lib. 4. decret, part. 2. cap. 5. num.* 3. in ſpecie autem propoſita, quia neutrum concludenter probatur: nec adſunt indicia, ex quibus contra communem diffinitionem locus ſit arbitrandi, quòd eſſet proxima pubertati, ex Couar. *vbi ſuprà, col. final.* quin potiùs coniecturæ & probationes vrgent in contrarium: Domini iudicarunt prædictam copulam, vel magis deflorationem, ad text. *in l. ſi quis aliquid, il 2. § qui nondum viripotentes, de pœnis,* inſufficientem ad ef- 8

C ficiendum matrimonium. Nec eos mouit, quòd in dubio pro validitate matrimonij pronunciãdum eſt, iuxta *cap. vlt. de re iudic.* Nam ſtantibus prædictis, ſumus extra probabilem cohabitationem, nec procliues eſſe debemus in fauorẽ huiuſmodi contractus, alieno impulſu potiùs quàm propria inductione tempore Quadrageſimali, cõtra canonum prohibitionem, celebrati *cap. capellanus, de feriis, cap. vlt. ſeſſ. 24. de reform. matrim.* Concil. Tridentin. *& cap. 2. de deſpõſ. impub.* vt ex Purpurat. *conſil. 579. nu. 16. libr.* 2. & fuit dictum etiam in cauſſa Toletana matrimonij, 21. Octobris hoc anno coram R.P.D. Seraphino.

### *ADDITIO.*

D SEx menſes. Hanc eãdem opinionem firmarunt Bald. poſt Guliel. de Cun. *in l. excipiuntur,* & ibi etiam Rom. *num. 5. in 2. not. ff. ad Syllan.* idem Bal. *in l. non tantum, ff. de excuſ. tuto & in l. ſi quis in tantam, poſt nu. 5. C. vnde vi,* Igne. *in l. 1. §. impubes, numer. 8. verſ. alij verò, & num. 9. & ſeqq. vſque numer. 24. ff. ad Syllan.* vbi latiſſimè & iuribus, & rationibus, & Doctorum auctoritatibus hanc probat opinionem, & à contrariis Doctorum obiectionibus bene defendit, & idem etiam latè reaſſumit, comprobat, & defendit. *in d. l. excipiuntur, numer. 9. & ſeqq. ff. eod. & ibidem numer.* 12. vbi quòd hæc opinio & concluſio eſt veriſſima tam in criminalibus, quàm in ciuilibus iuribus, rationibus & auctoritatibus ibi per eum adductis, *& nu. 13. & nu.* 17. Guliel. Mayner. *in l. pupillum, qui, num. 3. in diſcurſu. ff. de reg. iur.* vbi dixit hanc opinionem bene probari *in d. l. non tantum*, adden. ad Dec. *in d. l. pupillum, qui, numer. 1. litera B,* Cornel. *conſil. 147. num.* a

E *25. lib. 1.* Afflict. *in conſtit. minor. iur. ſub numer. 7. libr. 2. rubr.* 38. Catell. Cotta *in ſuis memorial. in verbo, pupillus, il 1.* Nec diſſentire videtur Petr. à Plach. *in Epit. delictor. cap. 32. numer. 4. in princ. iuncto verſic. nos tamen* (quamuis poſteà ſequi videatur eam opinionem, quæ iſtud Iudicis arbitrio remittit) relati per Viui. (quos tamen ipſe nõ eſt ſequutus) *opin. 674. numer. 1. verſicul. in contrariam vero ſententiam,* Franc. Caldaſ. *in repet. l. ſi curatorem, in verbo, vel aduerſarij dolo, numer. 53. verſic. quamuis Bal. C. de integr. reſtit. minor.* vbi & hanc opinionem admittit, quandò agitur de delictis atrociter puniendis, ex Alborandin. quem allegat *in §. item num. 4. Inſtit. quib. mod. tut. fin.*

*Fam. Centolinus V.I.D. Galeſij.*

ILLV-

ILLVSTRISSIMI ET REVERENDISS.
D. Platti Cardinalis.

*Ciuitatis Caſtelli Bonorum, 9. Decembris 1589.*

## ARGVMENTVM.

Confiſcatis bonis delinquentis, delinquens eorum dominium & poſſeſſionem amittit: & ſi poſteà penes alium reperiantur, quo iure poſſeſſa: & ſi idem delinquens fuerit reſtitutus etiam ad bona, an etiam cenſeatur reſtitutus ad bona in alium tranſlata? De teſte, qui ita credens falſum depoſuit affirmatiuè: ac de teſtium varietate non tangente negotij ſubſtantiam. & an etiam ruſticitas excuſet à falſo teſtimonio.

## *SVMMARIA.*

*Poſsidere iure familiaritatis non præſumitur is, qui habet titulum etiam nullum & inualidum, nu. 1. & in addit. litera* a, *vbi generaliter remiſsiuè, an & quando quis præſumatur, ſeu dicatur poſsidere iure familiaritatis.*

*Confiſcatio bonorum aufert delinquenti dominium & poſſeſsionem bonorum confiſcatorum, num. 2.*

*Poſsidere iure familiaritatis præſumitur delinquens, qui poſt confiſcationem ſuorum bonorum reſtitutus ad patriam, eadem bona poſt dictam confiſcationem in alium translata poſsidet, nu. 2.*

*Reſtitutus ad bona Fiſco non incorporata, non cenſetur reſtitutus ad bona in alium translata, num. 3. & in addit. litera* b, *vbi de materia.*

*Teſtes dicentes falſum per verbum,* credo, *non poſſunt de falſo redargui, num. 4. & in addit. lit.* c, *vbi de materia.*

*Teſtis deponens aſſertiuè, per verbum,* ſcire, *poteſt, ſi falſum dixerit, ſeruari eius dictum, intelligendo de vehementi opinione, nu. 4. & in addit. lit.* d, *vbi quid de teſte qui primò dixit ſe credere, & poſteà dicat ſe ſcire, & econtrà.*

*Teſtium varietas non tangens ſubſtantialia negotij, non attẽditur, ſub num. 4. ad med. & in addit. lit.* e, *vbi de materia.*

*Ruſticus deponens falſum propter qualitatem perſonæ excuſatur, num. 4. poſt med. & in addit. lit.* f, *vbi de materia.*

*Poſſeſsio rei conuenti probatur per ſuſtentationem litis, num. 4. in fine.*

## DECISIO LXXIII.

1 FVit † reſolutum, conſtare de vtroque extremo quoad
bona per Meliorutium poſſeſſa tempore commiſſi per
eum homicidij: conſtat enim huiuſmodi bona fuiſſe per
Nicolam à fiſco, redempta, ac per eundem poſſeſſa tam
durante exſilio Meliorutij, quàm poſt eius reſtitutionem,
vt concludunt teſtes tam ſuper interrogatoriis, quàm ſuper
articulis. Vnde tollitur id, quod dicitur, poſſeſſionem Nicolæ
proceſſiſſe ex titulo familiaritatis, quia huiuſmodi fami-
a liaritatis [a] titulus excluditur ex titulo donationis ſeu ceſſionis
habitæ à Fiſco, cuius vigore præſumendum eſt, Nicolam
poſſediſſe etiamſi huiuſmodi titulus ex capite nullitatis, aut
alio aliquo modo poſſet impugnari, Soc. *conſ.* 13. *nu.* 18. *lib.* 4.
Put. *deciſ.* 75. *lib.* 3. Aym. *61. nu.* 2. Cephal. *conſ.* 4. *nu.* 39. Alciat.
*reg.* 2. *præſumpt.* 23. *in fin.* Decia. *conſ.* 19. *nu.* 124. *lib.* 3.

2 Vnde † etiam tollitur id, quod dicitur, Meliorutium
poſt reſtitutionem ad patriam, poſſediſſe huiuſmodi bona
vt priùs quia non propterea excluditur poſſeſſio Nicolæ.
Cùm enim Meliorutius per confiſcationem amiſiſſet non
ſolùm dominium bonorum ſuorum, ſed etiam poſſeſſionem,
vt per Mohed. *deciſ.* 86. Ruin. *cõſil.* 58. *circa vol.* 4. Alciat.
*reſponſ.* 50. *num.* 3. *tom.* 2. *lib.* 6. Bal. *de pace Conſtan. in verbo, Imperialem, nu.* 3. quem refert & ſequitur Ruin. *conſ.* 49.
*num.* 1. *vol.* 1. huiuſmodi poſſeſſio ſtatim fuit acquiſita Nicolæ,
quæ vigore ſui tituli, vt dictum eſt durante filij exſilio,
cœpit poſſidere, vnde quicquid poſteà filius poſt reditum in
patriam in iſtis bonis fecit, dicendum eſt feciſſe vti filius in
bonis matris, & ſic titulo familiaritatis, Alciat. *de præſumpt.*
23. *circa med.*

A Non † obſtat, quòd fuerit reſtitutus etiam ad bona Fiſco 3
non incorporata, quia vltra quòd hoc reſpicit petitorium,
dictum fuit, reſtitutionem trahi non poſſe ad bona in alium
tranſlata [b] per Fiſcum, Natt. *conſil.* 471. *num.* 1. Clar. *in §. fin. q.* b
*59. nu.* 6. cùm gratia ſit intelligenda ſine alterius præiudicio,
*l. nec auus, C. de eman. lib.*

Non † obſtat, quòd teſtes deponentes de poſſeſſione Ni- 4
colæ videantur falſi, quia deponunt, omnia bona articulata
fuiſſe per Meliorutium poſſeſſa tempore commiſſi per eum
homicidij, cuius contrarium apparet ex publicis inſtrumentis
emptionum factarum poſt dictum homicidium; quia
imprimis aduertẽdum eſt, teſtes non dicere, quòd ſolus Meliorutius
poſſideret, ſed quòd poſſidebat ſimul cum aliis
Meliorutius, conſtatque plura ex bonis poſteà emptis fuiſſe
acquiſita ab aliis Meliorutiis. Secundò dictum fuit, quòd
B licèt duo teſtes affirment poſſeſſionem de tempore homicidij;
attamen adſunt alij teſtes, qui hoc non audeant affirmare,
ſed dicunt ſe ita exiſtimare, & propterea non poſſunt de
falſo redargui, quia licèt opinio teſtis, quoad hoc non ſit vera,
non ideò tamen ipſe teſtis poteſt dici falſus [c]; imò dice- c
bant aliqui ex Dominis etiam illis, qui aſſertiuè & per verbum
*ſcire*, depoſuerunt, ſaluari poſſe & intelligi ex vehe-
menti opinione [d], *Salic. in l. cùm in antiquiorib. nu.* 6. *C. de iur.* d
*delib.* Bal. *in l. ſi quis extraneus. §. fin. ff. de acq. hered.* Adeò, vt nec
iſti ſint tanquàm falſi reiiciendi; maximè cùm huiuſmodi
varietas ſubſtantialia, negotij non tangat, ex traditis per e
Gabr. *lib.* 7. *de crimin. concl.* 4. *num.* 12. & potuerit interuenire
ex probabili errore in facto antiquo, attenta etiam perſonarum
qualitate, quæ ſunt ruſticæ [f], vt per eundem Gabr. f
*dict. concluſ.* 4. *num.* 15. & 16. Et tanto minùs dicebant Domi-
C ni de fide iſtorum teſtium dubitari poſſe, cùm coadiuuentur
ex depoſitionibus duorum aliorum teſtium examinatorum
vigore primæ remiſſoriæ ab A.C. decretæ, quorum ſummarium
datum fuit, atque ex ipſiuſmet partis confeſſione, quæ
in inſtrumento precarij, anno 1573. aſſerit ſe accepiſſe poſſeſſionem
bonorum Meliorutij illi communium cum Horatio
etiam poſſeſſorum per ipſum Nicolam; Quibus omnibus
ſimul iunctis, dicebant Domini de primo extremo dubitari
non poſſe, ſicut nec ambigendum eſt de ſecundo extremo,
quod ex ſtylo Rotæ per ſuſtentationem litis probatur,
Caputaquen. *dec.* 369. *lib.* 2. Concurrunt autem hîc & teſtis
& confeſſio partis.

Quo † verò ad bona Betini, cùm nõ bene probetur ipſius 5
teſtamentum ad fauorem Nicolæ, & quoad bona empta per
D Meliorutium poſt reditum in patriam, cùm in iis non conſtet
de aliquo titulo Nicolæ, dixerunt Domini, non conſtare
de primo extremo, ex quo ſi quid in eis fecit, præſumitur
feciſſe titulo familiaritatis, & vti mater Meliorutij, ad quam
ea bona ſpectabant Betini, ſcilicet vigore ſtatuti ciuitatis
Caſtelli, matrem excludentis: empta autem vigore ſuarum
acquiſitionum; & propterea verè ipſe poſſediſſe præſumitur
ex præallegatis.

Quæ † pro parte mercatorum deducta fuerunt contra ti- 6
tulum Nicolæ, & pro parte illorum de Meliorutiis, contra
titulum ipſius Meliorutij, dixerunt Domini ad petitorium
eſſe reiicienda.

## *ADDITIONES.*

E F*Amiliaritatis.* Poſſidere an & quando quis præſumatur a
iure familiaritatis, ſeu alia cauſſa, & qua? Et an & quando
quis poſſeſſionis cauſſam ſibi mutare poſſit, vel mutaſſe
cenſeatur? Et generaliter de tota hac materia lectorem remitto
ad Socin. *conſil.* 134. *lib.* 1. & *conſ.* 15. *in fine, lib.* 4. Alciat.
*de præſumpt. reg.* 2. *præſumpt.* 23. & ibi in addit. Curt. iun. *conſil.*
168. *num.* 36. Dec. *conſil.* 232. *num.* 2. & *conſ.* 400. *num.* 5. Natt.
*conſil.* 471. *num.* 12. *lib.* 2. Pariſ. *conſil.* 37. *num.* 19. & *ſeqq. lib.* 3.
Syluan. *conſil.* 78. *num.* 8. 9. Ancha. Regien. *quæſt.* 24. *num.* 11. 1.
*part.* Rolan. *conſi.* 77. *lib.* 1. vbi latè & ſpecialiter ponit, an vxor
mortuo marito ipſius bona retinere præſumitur iure familiaritatis
vel hypothecæ dotalis; ad quod vide etiã Menoch.
*de arbitr. quæſt. caſu* 160. *nu.* 11. & *ſeqq.* & *nu.* 20. Hercul *de negatiu. nu.* 169. vbi de filio poſt mortem patris illius domum
inhabitando; An cenſeatur illam inhabitare iure familiaritatis,
vel potiùs iure dotis maternæ, de quo vide etiam Menoch.
*d. caſu* 160. *num.* 11. & *ſeqq.* vide eundem Hercul. *de negat.*

*negat.num.*289.vbi quòd in dubio quis præſumitur detinere A bona iure familiaritatis potiùs quàm alio iure,ſed quòd imò potiùs quis præſumatur poſſidere nomine proprio, quàm alieno, tradit Rolan. *conſil.* 46. *num.*44.*vol.*3.An requiratur expreſſa declaratio in ſibi mutando cauſſam poſſeſſionis, ponit Aym.*de antiq.temp.part.*4.*ſect. materia iſta ſingularitatis teſtium,num.*111. vbi ſuperueniente noua & iuſta cauſſa, de quo etiam per Cephal *conſil.*4.*nu.*37.*& ſeqq. lib.*1. vbi etiam de fratre, quando præſumatur poſſidere iure familiaritatis vel proprio,de quo vide etiam particulariter Menoch.*d. caſu* 160.*num.*11.*& ſeqq.*

b *Tranſlata.* Reſtitutus ad gratiam & ad bona,an etiam cenſeatur reſtitutus ad bona in alium alienata & tranſlata,vide regulam cum ampliationibus & limitationibus poſitam per D.meum Farinacium *in ſua Pract.crim.part.*1.*tit. de inquiſit.* B *q.*6.*nu.*33.*& ſeqq.*

c *Falſus.* Teſtis deponens de ſua credulitate & opinione,ſi falſum dicat,an de falſo teneatur,vide arguentẽ pro & contra,& poſteà diſtinguentem Dom.meum Farinac.*in ſuo tracta.de teſtib.quæſt.*67.§.3.*nu.*66.*& ſeqq.*

d *Opinione.* Ad hæc vide D.meum Farinac. *in tracta. de teſtibus,q.*66. *nu.*341.& *ſeqq.*vbi ponit de teſte,qui primò aſſertiuè dixit ſe ſcire,& deinde dixit ſe credere, an ex hoc dicatur varius,arguit pro & contra, & poſteà diſtinguit.

e *Subſtantialia.* Ad hanc materiam,an ſcil.& quando teſtis ſibi varius & contrarius in non ſubſtantialibus probet, vel non probet,vide D.meum Farinac. *in ſuo tract.de teſtib.q.*66. *nu.*22.*& ſeqq.*

f *Ruſtica.* Ruſticus falſum deponens excuſatur à pœna falſi regulariter: verùm hæc regula patitur tres limitationes,de C quibus per D.meum Farinac.*in ſuo tract.de teſtib.q.*67.*nu.*81. *& ſeqq.*

*Famianus Centolinus V. I. D. Galeſij.*

P Æ G N Æ.

*Taurinen.matrimonij,*24.*Ianuarij* 1590.

ARGVMENTVM.

Stuprans quando teneatur puellam ſtupratam in vxorem præciſè ducere:an verò ſufficiat eam dotare,& qualis debeat eſſe iſta dos?

*SVMMARIA.*

*Stuprans puellam virginem,tenetur eam dotare,nu.* 2.

*Stuprans puellam,ſi eam duxerit in vxorem,tenetur ei etiam conſtituere dotem,quam foret habitura,iuxta perſonæ qualitatem, & loci conſuetudinem,n.*3.

*Stuprans puellam,ſi eam in vxorem ducere noluerit, tenetur conſtituere maiorem dotem ea,qua nupta fuiſſet,ſi nõ fuiſſet de florata,quia per deflorationem puellæ conditio deterior facta fuit, n.*3.*vbi declaratur quomodo procedat hæc concluſio, & in additio.litera* a,*vbi an deferatur iuramẽtum puellæ ſuper eo,quòd ipſi plus dari debet propter ablatam virginitatem*

*Stuprans puellam,non tenetur præciſè illam ducere in vxorem,ſed aut ducere,aut dotare,n.*4.*& ſeq.*

*Præcepta veteris teſtamenti ſi ſunt relata in corpus* Iuris *Canonici præciſè ſeruari debent,n.*5.

*Stuprata puella præſumitur ſeducta,& non ſponte conſenſiſſe deflorationi,n.*6.

*Stuprata puella præſumitur tempore ſtupri, quòd fuerit virgo, ſic ipſa aſſerente,niſi contrarium probetur,nu.* 6. *& in addit.litera* b,*vbi de materia.*

*Promiſſio conditionalis, deficiente conditione, non habet locum, num.*7.

*Promiſſio facta in carceribus à carcerato, non præſumitur ſpontanea,nu.*7.

*Virginitas an & quando præſumatur,& quomodo probetur,in addit.litera* b.

*Inhoneſtas vitæ mulieris probatur præſumptionibus, in addit. litera* b.

DECISIO LXXIV.

1 IOannes † Philippus Boninus Alleſſinam Moyaram puellam viripotentem defloraui, cui poſtmodùm die 14. Ianuarij 1588.in carceribus exſiſtens,de abortu accuſatus,per chirographum manu propria ſcriptum, ſe illam ducturum in vxorem promiſit, dummodò obiecti ſibi criminis abolitio à Principe impetraretur: Allaſſina corã ordinario Taurin.Boninum conuenit vt ſe dotaret,& in vxorem duceret: ordinarius Boninum ad eam ducendam, aut dotandam cõdemnauit: quam ſententiam in gradu appellationis Nũcius Apoſtolicus confirmauit: cauſſa introducta in Rota, præmiſſis quibuſdam præſuppoſitis, dubitaui, an Boninus Alleſſinam in vxorem ducere,aut dotare teneretur.

2 Et † Domini, quantùm ad ſecundam dubij partem,concorditer tenuerũt, obligari Boninum ad Alleſſinam dotandam, per text. vbi omnes,*in cap.*1.*&* 2.*de adulter.*S.Anton.*in ſum.part.ſecund.titul.*5.*cap.*6.§.1.Couar. *libr.*4. *Decretal. capit.* 6.§.8.*nu.*15.Anton.Gomez.*in l.*80.*Taurin.nu.*8. Ioan.Gutierrez *libr.*1. *canonic.quæſt.capit.*7.Bernar.Diaz,*in Pract. crim.canon.ca.*77.

3 Quòd † ſi Boninus eam in vxorem duxerit, ſatis eſſe cõſtituere puellæ defloratæ dotem, quam iuxta qualitatem puellæ & conſuetudinem regionis foret habitura, vt conformiter cenſent præcitati Doctores. Sin autem renuendas nuptias putauerit iuxta diſpoſitionem *cap.*2.*de adult.* tũc teneri Boninum ad ſupplẽdum illud, quo pluris indiget corrupta ad inueniendum virum ſibi æqualem, Abb.antiq.*in d.* C *capit.*1.*de adulter.*vbi Ioan.Andr.*nu.*9.*in fin.*Anchar. *nu.* 6.*notab.*6.Panormitan.*nu.*4.Couar.*lib.*4.*Decretalium,cap.* 6. §. 8. & alij paulò antè relati, quia non eſt dubium, quin per deflorationem deterior, ſit facta puella, & ideò maiori dote a indigeat ad inueniendum virum ſibi æqualem, & defloratorem,qui cauſſam dubij dedit,teneri ad illam compenſandam:ceſſabit verò iſtud argumentum, quando corrupta, cũ dote conſueta dari virginibus, poteſt conſequi aut conſequitur maritum ſibi æqualem, Couar *vbi ſuprà,* quod eſt de mente ſcribentium,*in d.art.*1.*c.*2.*de adulter.*

4 Quantùm † ad primam partem dubij, Domini etiã conformiter cenſuerunt,Boninum præciſè & abſolutè non eſſe cogendum ad Alleſſinam ducẽdam,*iuxta c.*2.*de adulter.* vbi præceptum de ducenda & dotanda virgine deflorata non ponitur copulatiuè,*vt in cap.*1.ſed diſiunctiuè: tametſi enim D veteres Canoniſtæ Innocent. Hoſtien. & hos ſequuti Anto. de Butr. Zabarell. & plerique alij *in dict. cap.*1.*de adulter.* tenuerint defloratorem, etiam inuitum, Iudicis auctoritate cogendum ad matrimonium contrahendum,ſpeciale ibi eſſe dicentes ratione delicti, vt quis inuitus nuptias inire cogatur, nihilominùs contrariam ſententiam vſu iudiciorum receptam teſtatur Anto.Gomez.*ad l.*81.*Tauri,nu.*8. *verſic. ſed his non obſtantibus, Iul.Clar.*§.*ſtuprum, nu.*3.*verſ.ſed quæro quæ ſit pœna,* ſentit Panormitan. *in d.c.*1. *de adulter.* Couarruuias, Ioannes Gutierrez, Anton. & alij paulò antè relati per tex. *in c.*2.*de adulter.*per quem temperatur diſpoſitio *c.*1.iubentis virginem defloratam & ducendam,& dotãdam ſimul.Nam ex duobus illis capitibus ſimul iunctis Domini cenſuerunt hanc deduci ſententiam menti legiſlatoris conformen, vt qui virginem deflorauit,cum ea præciſè matrimonium cõ E trahere non compellatur,ſed cauſſatiuè,Anchar.*in dict.cap.*1.*de adulter.not.*5.*nu.*5.vbi Marian.Socin.*nu.*13. *in fine, verſic. hodiè autem ſic punitur,*Ruin.*conſ.*189.*nu.*8.*lib.*2.Ioan.Gutier. *lib.*1.*canon.quæſt.cap.*37.*nu.*11.

5 Nec † obſtat ſi dicatur, quòd *cap.præfat.de adulter.* eſt deſumptum ex veteri Teſtamento Exod. cap. 22.vbi recenſetur inter præcepta iudicialia,quod cùm fuerit relatũ in Ius Canonicum per poteſtatem habentem, debet præciſè ſeruari Sanct.Thom.1.2.*quæſt.*104.*art.*3.Syluestr.*in Summ. verbo, luxuria quæſt.* 5. Imol.*in cap.cùm tanto,n.*7.*&* 8. *de conſuet.* Pariſ.*conſil.*68.*incip.dubium exoritur,nu.*106.*lib.* 4. & ideò Boninus tenebitur præciſè ad vtrumque. Quoniam dixerunt Domini,quòd cùm idem legiſlator,qui in corpus Iuris Canonici reduxit & viuificauit illud præceptum ex veteri Teſtamento, quod aliàs erat mortuum,ſtatim ſub eodem titu. de adulter. *in c.* 2, appoſuerit aliam diſpoſitionem cum diſiunctiua, cenſetur propterea voluiſſe prædictum *cap.* 1.obſeruandum

ſeruandum cum illa qualitate, de qua *in capitul.2.*

6 Quod † obiiciebatur ex Grat.*conſil.93.num.31.lib.2.* nempe non eſſe locum diſpoſitioni, *cap.1.& 2.de adulter.* niſi tria potiſſimùm copulatiuè concurrant; primum, virum ſeduxiſſe; ſecundum, ſtupraſſe; tertium, puellam fuiſſe virginem; nõ putant Domini ſatis tutum. Nam quantùm ad primum, etſi vir aſſerat ſe non ſeduxiſſe, ſemper in dubio ſeducta puella præſumitur, Ruin.*dict.conſ.189.num.9.lib.2.* Canoniſt.*in d.cap.1.de adult.* & eſt communis opinio, Ioan. Gutier. *lib.1.cano.quæſt.cap.37.nu.11.* Secundum de ſtupro per Boninum commiſſo non negatur à partibus teſtium de virginitate Alleſſinæ, ſi illam negaret Boninus, ei incumberet onus probandi, quia in dubio puella virgo præſumitur [b], ſicut virgo naſcitur, iuxta communem ſententiam Panorm. *in cap.1.de adulter.num.5.* Iul. Clar. *in §.ſtuprum, num.4.verſic.ſed pone, quòd ſtuprator.*

7 Promiſſio † autem facta per Boninum de Alleſſina ducenda, non videbatur multùm vrgere; tum quia conditionalis, & deficiente conditione non habet locum, *cap.1.de ſponſ. l.qui promiſit.ff.de condic.indeb.* tum quia facta in carceribus, quæ propterea minùs ſpontanea videbatur. Super aliis, ſi opus fuerit, partes audientur.

## *ADDITIONES.*

a DEterior. Et quòd in iſto caſu dandum ſit iuramentum in litem puellæ ſtupratæ ſuper eo, quòd ipſi plus dari debet occaſione perditæ virginitatis, pluribus comprobat. Plot.*de in lit.iuran.§.34.num.1.& ſeqq.*

b *Virgo præſumitur.* Regulariter creditur aſſertioni puellæ, aſſerentis tempore, quo fuit carnaliter cognita, ſe fuiſſe virginem, prout etiam voluit Plot. *de in lit. iuran.d.§.34.num.3.* Verùm hæc regula patitur duas notabiles declarationes; quarum prima eſt, vt procedat, quando puella erat bonæ famæ; ſecus ſi malæ famæ, ſecundùm Foller. *in Pract. crim. in verbo, capias informationem, num.21.* & hæc limitatio multò magis procederet, ſi aliquo modo cõſtaret de eiuſdem puellæ inhoneſta vita, etiam per præſumptiones, iuxta trad. per Franc.Marc.*deciſ.899. num.11. part.2.* per Cephal.*conſ.140. num.28.lib.1.* per Hippol. Rimin. *conſ.174.lib.3.in diſcurſu*, & per Maſcar.*de proba.lib.2.concl.1063.num.19.* apud quos, poſt alios relatos antiquiores, firmatur concluſio, quòd mulieris inhoneſta vita probatur præſumptionib. & coniecturis. Secunda eſt limitatio, vt eadem regula procedat, quando agitur ciuiliter ad ſeparationem thori, & ad reſtitutionem dotis; ſecus autem ſi agatur criminaliter ad pœnam, ſecundùm D Franc.Roſſell.*conſ.crim.diuerſor.12.num.4.lib.2.* & in materia ſi vis ſcire, an & quando, & quomodo probetur ſeu præſumatur virginitas, vide Maſcard.*de probat.lib.3.concluſ.1410.* & Fulu.Pacian.*de probat.lib.2.per totum.*

*Fam. Cent.I.V.D. Galeſij.*

## ILLVSTRISSIMI ET REVERENDISS. Dn. Platti Cardinalis.

*Taurien.diſſolutionis matrimonij, Veneris 16. Martij 1590.*

## ARGVMENTVM.

Matrimonium quando diſſoluatur, ſeu potiùs ſeparetur, propter viri impotentiam, quomodo E talis impotentia probetur: & an adhuc probata impotentia viri, ex eo quòd nec obſtante coniugali cohabitatione vxor fuerit reperta virgo, deueniri debeat ad experiẽtiam vlterioris & triennalis cohabitationis.

## *SVMMARIA.*

*Matrimonium antequàm diſſoluatur propter viri impotentiam, deueniendum eſt ad cohabitationem triennalem, num.1. & per totam deciſionem, in qua bene declaratur materia, & in addit. litera a, vbi etiam quomodo, & quibus modis viri impotentia probetur.*

A *Matrimonij ſeparatio conceditur multis de cauſſis, de quibus remiſſiuè in addit.litera a, & ibi etiam quid de diſſolutione ſponſalium.*

*Impotentia viri dicitur euidenter conſtare, quando conſtat ipſum carere genitalibus, vel habere membrum ſiccum aut aridum, & quid ſimile, num.1.*

*Matrimonium ſtatim ſeparatur abſque alia triennali cohabitatione, quando conſtat virum non habere genitalia, vel illa habere ſicca aut arida, num.1.*

*Impotentiæ ſigna quando ſunt dubia, tunc ſtatim non deuenitur ad ſeparationem matrimonij, ſed coniugibus præfigitur terminus, in quo coniugali copulæ operam dantes, curent perficere illud, quod anteà non potuerunt, ſub num.1.*

*Viro aſſerenti ſe potentem magis creditur, quàm vxori contrarium affirmanti, ſub num.1.*

B *Impotentia viri excluditur, quando conſtat ipſum habere partes genitales naturaliter bene diſpoſitas, ſub num.1.*

*Impotentia viri etiam excluditur, quando conſtat ipſum aliquantulùm erigere virgam, & ſemen emittere, ſub num.1.*

*Impotentiæ ſigna ſunt euidentia ea, quæ apparent, vel ob nimiam membri breuitatem, vel ob ſectionem, vel ob aliam ſimilem cauſſam, num.1.in fi.& num.2.vbi etiam quid ſi membrum ſit paulò breuius & gracilius aliis.*

*Impotentia non dicitur conſtare ex eo, quòd per horas ſeu diem iacuerit in lecto cum vxore, & illam carnaliter cognoſcere non potuerit, num.3.& 4.*

*Matrimonium ad hoc vt diſſoluatur propter impotentiam viri, neceſſe eſt vt illa ſit perpetua, & inſanabilis humano remedio, num.4.*

C *Impotentia viri quando dubitatur an ſit naturalis, an verò accidẽtalis, deueniendum omninò eſt ad experimentum triennalis cohabitationis, num.4.*

*Impotentia viri non dicitur naturalis, quando aliquantulùm erigit virgam, & ſemen emitit, poſt num.4.*

*Matrimonij ſeparatio propter viri impotentiam, cùm agatur de ſalute animæ, non eſt repentè per iudicem facienda, ſed abundandum etiam in ſuperfluis probationibus, num.5.*

*Matrimonij diſſolutio non conceditur, non facta experientia triennalis cohabitationis, etiam quòd vxor fuerit reperta virgo, num.6.*

*Virginitatem probare ex dicto obſtetricum, eſt iudicium falax & incertum, num.6.& in addit.litera b, vbi alia ad materiam.*

*Matrimonium omninò ſeparatur, quando poſt factum experimentum per triennalem cohabitationem, adhuc vxor reperitur intacta, num.6.*

D *Impotentia viri non dicitur concludenter probata ex eo, quòd poſt cohabitationem octo annorum, mulier reperta fuerit virgo, num.7.*

*Impotentia viri probatur ex termino cohabitationis cum vxore nõdum cognita lapſo, qui terminus iudicis arbitrio præfigitur, & quandoque eſt minor triennio, num.8.*

*Vxor ne ſæuitiam à viro patiatur, prouidendum eſt, num.8. & in addit.litera c, vbi plura de materia ſæuitiæ.*

*Vxor quando propter viri ſæuitiam poſſit petere ſeparationem thori, quomodo probetur talis ſæuitia, & alia ad materiam, in addit.litera c.*

## DECISIO LXXV.

PEtente † muliere diſſolutionem matrimonij ob viri im- 1
potentiam, niſi huiuſmodi impotentia [a] per iuſtum iu- a
dicium fuerit priùs probata, certum eſt, deueniendum eſſe ad cohabitationem triennalem, & alia remedia & probationes impotentiæ, de quibus *in c. laudabilem, de frigid.& maleſ.* vbi de hoc eſt text.clarius, & glo.& apertè not.Innoc. *in c.2.d.tit.* & ibidem Anton.de Butr. *verſ.credo, quòd ſi velit probare ſe virginem, & in d.c.laudabilem, num.9.& nu.14.* & ibid. Abb. *circa finem, verſ & ideò intellige*, quem ſequuntur alij communiter concludentes; quod aut de impotentia viri conſtat per ſigna euidentia, putà quia careat genitalibus, aut habeat membrum virile ſiccum aut aridum, aut quid ſimile; & tunc poteſt ſtatim deueniri ad ſeparationem: aut verò ſigna frigiditatis ſunt dubia; & tunc non poteſt ſtatim deueniri ad ſeparationem, maximè ſi vir cui magis in hoc creditur, *cap. 1. eod. titul.* copulam aſſerat; ſed

debet

debet præfigi terminus, in quo coniuges operam copulæ A coniugali dantes curẽt perficere id, quod anteà non potuerunt. Quapropter cùm in caſu propoſito non adſint aliqua euidentia ſigna impotentiæ in Domino Horatio, cùm medici ad illum inſpiciendum per iudices in partibus de conſenſu partium electi, dicant ſe in eo reperiſſe partes genitales naturaliter bene diſpoſitas, cùm etiam ipſa vxor confiteatur ipſum D. Horatium aliquantulùm erigere virgam, & ſemen emittere, ex his ſatis apparet, nulla eſſe in eo euidẽtia ſigna frigiditatis, ſed potiùs dubia: & propterea non poſſe deueniri ad diſſolutionem, niſi clarior & manifeſtior probatio impotentiæ afferatur, quod manifeſtè colligitur ex relatione eorundem medicorum ad id electorum; dum affirmant difficile, imò impoſſibile eſſe, ex ſola partium veneri dicatarum inſpectione ferri iudicium de D. Horatij B potentia vel impotentia. Si etenim in virilibus membris D. Horatij eſſent ſigna apparentia impotentiæ, vel ob nimiam breuitatem, vel ob ſectionem, vel ob aliam quamuis cauſſam: vtique non eſſet impoſſibile nec difficile ex eorum inſpectione de impotentia iudicare.

2 Nec † obſtat, quòd dicti periti aſſerant pudẽdum Dom. Horatij viſum fuiſſe paulò breuius & gracilius, quàm conſueuerit eſſe hominibus iuſtæ magnitudinis: quia iidẽ etiam fatentur poſſe illud ex erectione & longitudinem magnitudinem acquirere: & propterea neceſſarium eſſe duxerunt facto ipſo de potentia eiuſdem D. Horatij periculum facere: qua de cauſſa iuſſus eſt ſolus cum ſola, nudus cum nuda, & in eodem lecto iacere.

3 Nec † tamen mouit Dominos, quòd duarum circiter horarum ſpatio, quo is cum vxore in lecto iacuit, illam carna- C liter cognoſcere non potuerit: quia animaduertebant multas potuiſſe interuenire cauſſas & naturales & accidentales quæ citra naturalis potentiæ defectum illum impedire potuerunt, ne tam breui tempore venereum opus perficerent, quas latè proſequuti ſunt Domini illi Medici, qui pro Dom. Horatio ſcripſerunt: & propterea experientia huiuſmodi nõ fuit ſufficiens, vt apertè dicit Innocent. *in d. cap. 1. de frigid. ſub num.* 11. *verſicul. item non ſufficit*, vbi ait non ſufficere, quòd per vnum diem manſerit mulier cum viro, ſed neceſſe eſſe vt ad minus per menſem manſerit in experientia copulæ coniugalis.

4 Addo † quòd experientia huiuſmodi facta de Do. Horatio, dato quòd poſſet aliquo modo aliquid inferre ad eius frigiditatem ſeu impotentiam, ſolùm poſſet facere aliquam probationem reſpectu illius temporis quo factum eſt expe- D rimentum: non tamen neceſſariò concludit, quòd talis impotentia ſit naturalis, perpetua & inſanabilis: & tamen ad hoc vt dirimatur matrimonium, debet conſtare quòd perpetua ſit & inſanabilis humano remedio, *cap. fraternitatis, d. tit. de frigid. & malef.* vbi omnes Doctor. & Abb. *in d. cap. laudabilem, ſub num.* 5. vbi dicit, quòd cùm dubitatur an frigiditas ſit naturalis & perpetua, an verò accidentalis, deueniendum eſt ad triennalem cohabitationem, vt ex curſu temporis, cùm aliter probari non poſſit, appareat qualis ſit, temporaliſne, an perpetua. Quod ſanè in caſu iſto nullã habere videtur difficultatem, ex quo etiam ex confeſſione vxoris cõſtat Dom. Horatium aliquantulùm erigere pudendum, & ſemen emittere, quo caſu dici non poteſt conſtare de euidẽti & naturali frigiditate: quin potiùs eum, qui ſimili modo ad copulã moueatur, & ſemen emittat, ſed non perficiat, E dixit Hoſtienſ. *in ſumma, dicto tit. ſub num.* 10. non eſſe naturaliter frigidum, *& num.* 13. dicit hoc caſu ſi vterque confiteatur, & poſt triennium vxor appareat virgo, poſſe fortè matrimonium dirimi.

5 Ex † his dicebãt Domini ſuperfluum fore ad nouã Dom. Horatij inſpectionem, pro qua inſtabant informantes pro vxore deuenire: quia tam ex relatione peritorum, quàm ex confeſſione puellæ conſtat, inſpectionem nihil conferre ad iudicium viri impotentiæ, ſed omninò ad experientiam rerum magiſtram eſſe deueniendum: illam autem ſufficiẽtem aptámque experientiam fore aiebant, quam Romani Pontifices, ac Sacrorũ Canones interpretes in ſimilibus caſibus docuiſſe reperiuntur, qui omnes vno ore exclamant in re tanta, in qua animæ periculum agitur, repentè non eſſe agendum, vt dicit Hoſtien *in ſumma, d. tit. n. 13. verſic. ſed ſi iudex*, & propterea abundãdum etiam in ſuperfluis probationibus adhibendis, vt dicit idem Hoſtien. *nu. 14. verſic. ſed ſi Iudex*, Innocent. *in d. c. 1. nu. 2.* Abb. *ſub num. 5.*

Neque † huiuſmodi reſtitutio ad cohabitationem ad dictum effectum experiendæ coniugalis copulæ poteſt impedire, quòd puella inſpecta ab oſtetricibus [b] fuerit reperta virgo, tum quia iudicium huiuſmodi eſt fallax, oculuſque ſæpe fallitur, vt in propoſito dicit Innocent. *dict. cap. 1. nu. 5.* tum quia non valet conſequentia, Vxor reperitur intacta: Ergo vir eſt impotens impotentia naturali, & propterea quæ ſufficiat ad dirimendum matrimonium, nam ad hunc effectum ſolet dari triennium, vt videatur an interim poſſint effici vna caro & illud perficere, quod anteà nõ potuerunt, *d. cap. laudabilem*, vbi Abb. *num. 5.* Quòd ſi poſt triennalem cohabitationem non potuerint matrimonium conſu- B mere, tũc bene intrat præſumptio, quòd impedimentum ſit perpetuum, idem Abb. *c. fraternitatis, nu. 15. d. tit.* 6 b

Vnde † etiã non obſtat, quòd D. Horatius vndecim mẽſibus cum vxore cohabitauit, non potueritque illã cognoſcere, quia, vt habetur *in cap. fina. d. tit.* etiam poſt octo annos, quibus ſimul coniuges habitauerant, præfixi fuerũt noui & plures termini ad faciendũ experientiam copulæ coniugalis. Quapropter erit & in caſu noſtro præfigendus terminus D. Horatio & vxori, qui dantes operam carnali copulæ experiantur ſi, Deo fauente, poſſint ſimul conuenire, & vna caro & vnum corpus effici. 7

Reſeruarunt † Domini videndum, qualis debeat eſſe, ac quatenus eſſet huiuſmodi terminus, cum pluribus caſibus Doctores illũ Iudicis arbitrio relinquant, & propterea diſcutiendum erit, num in aliquo ex illis caſibus verſemur, quo C minor triennio ſit ſtatuenda cohabitatio, erit & decernendus modus & locus huiuſmodi cohabitationis, ac ratio ineunda, per quam ſit puellæ cautum, ne à viri ſæuitia [c] detrimentum aliquod patiatur. 8 c

## *ADDITIONES.*

*IMpotentia.* Ad materiam huius deciſionis vide in ſimili aliam deciſionem coram Bubalo in vna Calugaritana diuortij, Mercurij 13. Iunij 1584. vbi etiam plura de probatione impotentiæ ad quam vide etiam latiſſimè per Maſcar. *de probat. libro 1. concluſ. 311. & lib. 2. concl. 816. & 888.* cum allegatis per eum. a

*Obſtetricibus.* Quantùm iſto caſu valeat obſtetricum relatio. vide quæ dixi ſuprà in vna Calaguritana diuortij, Mer- D curij 13. Iunij 1584. *in prima additione, litera a.* b

*Sæuitia.* Propter viri ſæuitiam, an vxor poſſit ſeorſum ab eo habitare, & alimenta petere, & an etiam pro thori ſeparatione inſtare, vel pro cautione de non offendendo: & viro cauente, an eidem ſit reſtituenda vxor, qualis debeat eſſe iſta ſæuitia, quomodo & quibus modis probetur, ex quibus actibus inducatur, & alia ad materiam, videas tex. & ibi Doctores omnes *in cap. literas, extra de reſtitut. ſpoliat. & in cap. tranſmiſſa, eod. tit.* Pariſ. *conſil. 54. lib. 4.* Aym. *conſil. 31. nu. 4. & 5.* Alciat. *de præſumpt. reg. 1. præſumpt. 3. nu. 2. in additio.* Foller. *in Pract. crim. in verbo, item quòd ſuffocauit vxorem, nu. 62. & ſeqq.* Petruſan. *ſing. 65.* Roman. *ſing. 4.* Catell. Cotta *in memoral. in verſic. actio iniuriarum*, Tiraquell. *de legib. connub. par. 1. gloſſ. 1. n. 22. & ſeqq. & part. 8. gloſſ. 1. nu. 10. 13. 14. & 17. & part. 9. gloſſ. 1. nu. 1. & ſeqq. & nu. 14. & part. 10. glo. 1. num. 230. & 243.* Hercul. *de caut. de non offen. cap. 50. nu. 31. & cap. 3. nu. 2. & ſeqq.* E Roland. *conſi. 27. per totum, lib. 7.* Ludouic. Peguer. *deciſ. crim. 20.* Petr. à Plach. *in Epit. delictor. lib. 1. cap. 7. nu. 3. ad finem, verſicul. ceterum in hac quæſtione*, Riminal. *inter conſilio matrimonialia, conſil. 81. nu. 24. & ſeqq.* Gabr. *conſil. 161. & nu. 7. & ſeq. lib. 1.* Iacob Æmilian. *conſil. 3. per totum*, Viui *opin. 478. nu. 5. & ſeqq.* Bertaz. *conſil. 228.* Sylueſter Aldobran. *conſil. 71. per totum*, Maſcar. *de probat. lib. 2. concl. 1018.* Menoch. *de arbitr. quæſt. lib. 2. caſu 138. nu. 5. & nu. 8. & caſu 364. per totum, & de recuperan. poſſeſſ. remed. 10. nu. 87.* Ioan. Petr. Surd. *in tract. de aliment. tit. 3. q. 16.* Apud quos etiam reperies, an & quomodo liceat viro verberare ſuam vxorem. c

*Famianus Centolinus V. I. D. Galeſij.*

ILLVSTRISSIMI D. SERAPHINI
Patriarchæ.

*Parmen. Status, Lunæ 2. Aprilis 1590.*

ARGV

## ARGVMENTVM.

Agitur in hac deciſione de reuelantia plurium ſuſpicionum falſitatis oppoſitæ aduerſus quandam inſtrumentorum filciam.

### *SVMMARIA.*

*Falſitas ſcripturæ præſumitur, ſi illa reperiatur in loco ſuſpecto, ſeu apud perſonas ſuſpectas, num.1. & num.2. vbi declaratur quando locus dicatur ſuſpectus, & num.3. vbi quòd nulla oritur ſuſpicio, quando inſtrumentum retinetur ab eo, qui ſe de illo rogauit, & in loco, in quo ſimilia inſtrumẽta retineri ſolent.*

*Falſitas præſumitur, ſi in aliqua inſtrumentorum filcia deſint aliqua inſtrumenta, num.1. declara, vt num.4.*

*Falſitas præſumitur ex præpoſteratione ſcripturæ, num.1. & in addit. litera a, vbi de materia, vt num.5.*

*Falſitas filciæ inſtrumentorum præſumitur ex eo, quòd multa aliena manu ſcripta reperiantur, num.1. & num.5. vbi declaratur.*

*Falſitas præſumitur, quando ſcriptura eſt mutila ſine principio & fine, & ab ea ſunt abſciſſa multa folia, num.1. & in addit. litera b, vbi de materia, & num.6. vbi declaratur.*

*Falſitas præſumitur ex interlineatione & caſſatura, num.1. in fine, & num.7. vbi declaratur.*

*Falſitas præſumitur, quando ſcriptura continet in ſe aliquam contradictionem ac repugnationem, num.1. in fine.*

*Falſitas maximè præſumitur in ſcriptura & tarda illius productione, num.1. in fine, & in addit. litera c, & num.7. in fine, vbi declaratur.*

*Falſitas non probatur ſuſpicionibus hominis, quia debent eſſe aliàs legitimæ & concludentes, num.2. & in addit. litera d, vbi de materia.*

## DECISIO LXXVI.

1 FVit reſolutum †, non adeſſe contra filciam Rubricellam & ſcripturam, de qua agitur, tales ſuſpiciones, quæ tollant fidem dictæ ſcripturæ: ſuſpiciones enim quæ allegantur, ad hæc præcipue capita reducuntur. Primò, quòd huiuſmodi filcia fuerit ſemper in loco ſuſpecto, nempe in Caſtro Varani ſubiecto dominio Dominorum de Pallauicinis. Secundò, quòd fuit penes Gallicanos officiales dictorum DD. & etiam eorum affines & ſubditos. Tertiò,
D quia in dicta filcia deſunt multa inſtrumenta, vt ex collatione Rubricellæ liquet, & præcipuè inſtrumentum pacis, in quo fit magna vis. Quartò, quia in dicta filcia ſunt præ-
a poſteratæ [a] ſcripturæ, & multa aliena manu ſcripta. Quintò, contra Rubricellam dicitur, eam eſſe mutilam, ſine prin-
b cipio & fine, & ab ea ſunt abſciſſa [b] multa folia, quæ reddunt eam ſuſpectam, maximè cùm per DD. de Pallauicinis producta fuerit, vnde dicitur apparere, quòd erat penes eos. Sextò contra ſcripturam, de qua agitur, opponitur interlineatio, caſſatura, extractio parte non citata per Pecorinum Notarium: materia ipſius continens contradictionẽ quan-
c dam, & productio [c] facta nuperrimè, cùm potuerit iam à multo tempore fieri.

2 Hæc † tamen non mouerunt DD. quia potiùs ſunt ſu-
E
d ſpiciones hominis [d], quàm legitimæ & concludentes præſumptiones. Nam quantùm ad primam attinet, locus Varani, in quo ſteterunt ſcripturæ, non eſt locus de ſui natura ſuſpectus, cùm ibi & penes eos ſeruari ſoleant ſcripturę, vbi & penes quos confectæ & rogatæ fuerunt; imò alibi eſſe non poterant quàm penes Notarios rogatos, & eſſet hac ratione dicendum, quòd Domini alicuius caſtri vel ciuitatis nunquam poſſint inſtrumenta conficere in locis eorum dominij, quin redderentur ſuſpecta, quod eſt abſurdiſſimum.

3 Eodem † pacto tollitur ſecunda ſuſpicio, quia neceſſe eſt ſcripturas ſeruari ab iis, qui de eis ſunt rogati, & in eo loco in quo exercent officium, vt not. Doctor. *in l. Prætor, §. etiã is*, vbi Alex. *n.6. ff. de eden.* Et quod dicitur, eos fuiſſe officiales & ſubditos etiam affines, non vrget; cùm inſtrumentum, de quo agitur, confectũ fuerit longè ante litem, nempe de anno 1510. & lis fuerit de anno 1531. & Petrus Paulus obiit de anno 1514. de quo tempore non aderat vlla



A ſuſpicio, neque timor futuræ litis; ſed neque hæc omnia verificantur in perſona Petri Pauli, & recognitio filciæ, quæ nunc præſupponitur, & inſtrumentorum ex ea auctoritate Proconſulum in publicam formam extractio, totam hanc diluunt coniecturam.

Tertia † ſuſpicio non obſtat, quia cùm hæc filcia non ſit 4
propria Dominorum de Pallauicinis, nihil eſt quòd eis imputari poſſit, ſi per incuriam ſeu negligentiam notariorũ, penes quos fuerunt iſtæ ſcripturæ, aliquæ fuerunt amiſſæ, quod ſit admodùm veriſimile accidiſſe, cùm eximerentur à filcia per conceſſionarios ad effectum illas explendi, prout contigit de illo inſtrumento pacis, quod tamen fuit expletum per Hilarium Gallicanum de anno 1514. & adeſt appoſita legalitas de anno 1523. prout in authentico per Pal-
B lauicinos exhibito, quæ tempora longè præcedunt tempus motæ litis, & ideò ſuſpiciones, quæ hinc deducuntur, viſæ fuerunt ſatis leues, prętérquàm quòd etiam non percutiunt fidem huius filciæ. Neque obſtat, quòd aliquæ ex iſtis ſcripturis, prætendantur viſæ in manibus Pallauicinorum; quia id quod dicitur de quodam mandato Procuratoris Bernardini à teſte allegato pro parte Dominorum de Rangonibus, fuit purgatum per exhibitionem inſtrumenti authentici dicti mandati, adeò quòd non verificatur, aliquas ex ſcripturis originalibus dictæ filciæ fuiſſe penes ipſos Pallauicinos.

Quarta † ſuſpicio deducta ex præpoſteratione ſcriptu- 5
rarum tollitur, quia ea tantùm verificatur in quibuſdam inſtrumentis confectis ſub eadem die, quæ non inducunt turbationem ordinis cõſiderabilem, & diuerſitas manuum
C etiam fuit aliàs ſublata: tum ex ſubſcriptionibus manu ipſius Petri Pauli, cùm hoc facere de iure liceat; tum ex eo, quòd conceſſionarij explentes inſtrumenta ſolent hoc in margine annotare.

Quinta † ſuſpicio, quæ deducitur contra Rubricellam, 6
non facit multùm ad rem, cùm ea non fuerit producta, vt inde ſumatur probatio, ſed ad tollendum ſuſpicionem ſuppoſitionis ſcripturæ de qua agitur, quæ optimè colligitur ex eius annotatione, quod ſi fuit malè conſeruata, & inde aliquæ chartæ inciſæ, non pertinet ad Pallauicinos huius rei rationem reddere, cùm non ſit liber eorum proprius, ſed fuit neceſſe pro eo habendo à Nepote Petri Pauli, vt Pallauicini ſeſe obligarent in forma Cameræ Apoſtolicæ de eo infra ſex menſes reportando, vt patet ex inſtrumento per DD. Pallauicinos exhibito.

Sexta † ſuſpicio, quæ deducitur contra ſcripturam, de 7
qua principaliter agitur ratione interlineationum & caſſaturarum, nullius eſt momenti, cùm in abbreuiaturis notariorum hoc liceat, maximè verò, quia nihil fuit caſſatum vel additum, quod reuerà aliquod pariat præiudicium; quia quod cõſideratur fuiſſe in apoſtilla dictum, vxórque Ioannis Petri de Muſinis, in primo matrimonio non immutabat in aliquo id, quod in corpore fuerat ſcriptum, cùm ibi ſcripſiſſet Notarius, *vxor D. Bernardini in ſecundo matrimonio:* vnde ſatis ſupérque probatur ex hoc intentio ipſorum ſine illa apoſtilla: qui enim dicit ſecundum, præſupponit primum, & hoc potiùs ſuadeat hanc ſcripturam veram & genuinam eſſe; quia ſi fuiſſet ſuppoſita & conficta, fuiſſet di-
E ligentiùs compoſita & exornata, quod in interlineatu appoſita fuerint illa verba, *in ſecundo matrimonio*, quia in corpore inſtrumenti linea decima, apparet eadem enunciatio, licèt fuerit linea ſuperinducta, ne idem bis ineptè repeteretur. Quæ contentis in ea & contradictione allegantur, fuerunt aliàs per Dominos ſublata. Quòd autem non fuerit priùs producta, non eſt mirum, cùm de ea tunc cenſeantur habuiſſe notitiam, quando facta fuit viſitatio generalis filciarum, & tunc ſtatim curarunt habere inſtrumentum extractum per Pecorinum. Alia quæ deducuntur contra perſonas, non faciunt ad rem, ſed quando agitur de probatione matrimonij habebuntur in conſideratione, ſi erunt releuantia.

### *ADDITIONES.*

PRæpoſteratæ. Ordinis præpoſteratio falſitatem arguit, a
Ioſeph. Ludou. *deciſ. Lucen. 13. num. 23.* vbi ponitur exemplum huius conciliationis, Menoch. *de arbitr. quæſt. lib. 2.*

*caſu 187 num.38.* vbi de inſtrumento antiquitùs confecto, & nouiter protocollato, de quo vide etiam Maſcard. *de probat. lib. 2. concluſ.* 740. *num. 16. & 17.*

b *Abſciſſa.* Foliorum inciſio falſitatem arguit, Menoch. *de arbitr. quæſt. lib. 2. d. caſu 187. num. 48.* Monticell. *regu. crim. 15. num. 138. in fin.* Ioſeph. Ludou. *d. deciſ. Lucen. 13. num. 22.* vbi idem ſi loco inciſorum foliorum aliqua alia folia de nouo conſuta ſint.

c *Productio.* Tarda productio ſcripturæ etiam falſitatem arguit, Paul. de Caſtr. *conſil. 281. colum. 1. lib. 1.* Aym. *conſi. 28. num. 6. & conſil. 75. num. 9. & conſil. 134. num. 30.* Plot. *conſil. 79. num. 14 & 15.* Mandell. *conſil. 99. ſub num. 6.* Cephal. *conſil. 287. num. 31. lib. 2.* Deciſ. Pedemont. 117. *num. 9.* Maſcard. *de probat. lib. 2. concluſ. 531. num. 59.* Menoch. *de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 91. num. 8. & lib. 3. præſumpt. 122. num. 94. & lib. 5. præſumpt. 3. num. 105.*

d *Hominis.* Sed quòd imò etiam præſumptiones hominis iudicis arbitrio remiſſæ, reddant inſtrumentum de falſo ſuſpectum, illique fidem tollant, voluit Mandell. *conſi. 99. nu. 6. in fine*, & de * communi Maſcard. *probat. lib. 2. concluſ.* 740. *num. 4.* Idem & in probatione ſimulationis ſufficere hominis præſumptionem arbitrio iudicis, dixerunt Menoch. *de arbitr. quæſt. lib. 2. caſu 247.* Deciſ. Pedemont. 41. *nu. 2.* Ioſeph. Ludou. *deciſ. 51. in 23. coniectura*, & voluit etiam Rota coram S.D.N. in vna Placentina vſurarum, die 8. April. 1585.

*Famian. Centolinus V. I. D. Galeſij.*

## COMITVLI.

*Calaguritana integræ portionis, Lunæ 28. Maij* 1590.

### ARGVMENTVM.

Simonia ad effectum, vt quis arceatur ab obtinendo beneficio, non requirit ita exactas probationes, ſicut quando agitur ad probationem obtenti: an ſimonia probetur per abſolutionem petitam ab excommunicatione incurſa propter illam in ſupplicatione data & reperta inter componenda? Et an & quando talis ſupplicatio cenſeatur data de conſenſu & mandato principalis?

### *SVMMARIA.*

*Simonia, quando agitur de repellendo ab obtinendo beneficio, requirit illas exactas probationes, quæ requiruntur, quando agitur de priuatione beneficiorum obtentorum, licèt non ſic, quando agitur de probando ſimoniacam patronorum præſentationem, num. 1.*

*Simonia dicitur ſufficienter probata ex confeſſione in ſupplicatione continente abſolutionem à ſimonia, & diſpenſationem ab irregularitate, num. 2.*

*Officiali creditur in iis, quæ ad eius officium ſpectant, etiam quòd vnicus ſit, num. 2.*

*Mandatum præſumitur in ſollicitante expeditionem ſupplicationis abſolutionis à ſimonia, quamuis magna non requiratur impenſa, num. 2. vbi etiam generaliter, quòd tale mandatum præſumitur ex coniecturis, & ex qualitate ſubiectæ materiæ.*

*Procurator ſpatio quinque annorum præſumitur certioraſſe ſuum principalem de re graui, num. 2. in fine.*

*Procurator non præſumitur ſine ſpeciali mandato ſui principalis porrigere ſupplicationem abſolutionis, num. 2. in fin.*

*Simoniæ præſumptio & adminiculum eſt illud, quod colligitur ex obligatione facta per eum, qui beneficium obtinuit de ſoluendo certam pecuniarum quantitatem reſignanti ſeu præſentanti, num. 3.*

*Fama bona abſorbet contrariam famam, ſpecialis tamen alicuius criminis infamia derogat generali probationi bonæ famæ, nu. 4. & in addit. litera* a.

*Fama bona in genere non tollit ſpecialia indicia & ſpeciales probationes delicti, num. 4.*

*Præſumptiones ſeu probationes plures tendentes ad eundem finem, coniunguntur, num. 4. in fine.*

*Diffamatus de aliquo crimine, nouo beneficij titulo honorari non debet, num. 4. in fine.*

## DECISIO LXXVII.

DE conuentione † ſimoniaca inter Petrum de Monco & Ioannem de Brines, quorum vterque beneficium putabat obtinuiſſe, exiſtimarunt Domini ex deductis conſtare ſufficienter ad effectum, vt Petro Franciſco de ſancto Martino, licèt votis præſentantium inferior, præferatur in prouiſione integræ portionis, de qua agitur. Neque enim illæ exactæ probationes, quæ ad côuincendum ſimoniam, vnde pœna priuationis obtentorum inducatur, requiri ſolent, ad gloſ. *in cap. veniens, id eſt, in verbo, illorum, de teſtib.* quam teſtantur communem deciſ. 109. *in fine*, Alciat. *conſil. 31. num. 41. tom. 3.* & latè comprobat Alex. de Neuo *conſil. 64. num. 2.* pariter exiguntur, vt quis à beneficio obtinendo repellatur ſeu in iudicio prælationis ſuccumbat, Card. *conſi. 9. de probat.* & fuit conſideratum apud Fabium *deciſ. 47. lib. 2.* in vna Pamphilonen. Parrochialis, & coram R. P. D. Seraphino 1. Maij 1587. in alia Cauetana Canonicatus. 1

In † caſu autem propoſito ſufficientem probationem Domini colligebant potiſſimùm ex confeſſione Petri in ſupplicatione ſanctiſſimo porrecta, *ad l. cum precum, C. de lib. cauſ.* quæ continet abſolutionem à ſimonia, & diſpenſationem ab irregularitate, & fuit in Dataria inter componendas reperta, cuius expeditionem ſollicitaſſe Nicolaum de las Neras eiuſdem Petri Procuratorem, perſpicuum eſt ex depoſitione vnius teſtis, & relatione officialis, penes quem huiuſmodi ſupplicationes ſignatæ & componendæ retinentur, cui creditur, *cap. ad audientiam, de procur.* Procurationem verò & ſollicitationem hanc non ſine mandato aut ratihabitione Petri fuiſſe factam, etiamſi magna impenſa non interueniſſet, ſuadetur ex coniecturis & qualitate materiæ, vt per Sarnen. *in reg. de impetr. per obitum*, Viuen. *quæſt. 5. num. 2.* Mohed. *deciſ.* 349. & Put. *deciſ. 27 lib. 1.* Præſumitur enim ſpatio quinque annorum, qui à die datæ ſupplicationis hucuſque effluxerint, de re tam graui certioratum fuiſſe Petrum à Procuratore diligenti, iuxta vulg. *conſil.* Rom. 481. Caputaq. *deciſ. 20. lib. 1. in manuſcriptis*, aliàs principali ſuo id criminis & infamiæ impoſuiſſe ipſi Nicolao, eſſet criminoſum. 2

Argumentum † quoque veritatis præſtat inſtrumentum obligationis, quia poſt obtentum beneficium & litem ſuper implemento conuentionis compoſitam adſtrinxit ſe Ioannes ad ſoluendum ducatos duos ſingulis annis Petro, donec ei de aliquo beneficio prouideretur. Et quâuis cauſſa amicitiæ oſtendatur huic promiſſioni, Caputaq. *deciſ. 267. & 274. par. 3.* faciunt tamen præſumptionem & adminiculum, Socin. *conſil. 90. & ſeq. par. 2.* 3

Neque † hanc probationem elidunt teſtes pro Petro examinati, deponentes in genere de bona eius vita & fama, quamuis enim bonæ famæ probatio contrariá famam abſorbere poſſit, ad trad. per Abbat. *in cap. cum oporteat, num. 8. & 10.* & Felin. *ibid. num. 7. de accuſ.* ſpecialis [a] autem alicuius criminis infamia derogat generali probationi de bona fama, Roman. *conſil. 167. in fin.* Socin. iun. *conſil. 88 num. 18. & ſeq. lib. 2.* Aym. *conſil. 94. num. 3.* & multò magis, vbi aliæ probationes ſeu præſumptionû ſpecies coniunguntur ad eundem finem, Aym. *conſil. 73. num. 20.* ne diffamatus nouo beneficij titulo honoretur, *cap. omnipotens, de accuſat.* 4

### *ADDITIO.*

a SPecialis. Quòd fama bona in genere tollat indicium malæ famæ etiam in genere, non autem malam famam in ſpecie, & multò minùs indicia & præſumptiones ſpeciales, vide bene explicantem & exornantem Domin. meum Farinacium *in ſua pract. crimin. part. 1. titu. de indic. & tortur. quæſt. 47. num. 181. & ſeq. & num. 187. & ſeq.*

*Faman. Centol. V. I. D. Galeſij.*

## ILLVSTRISSIMI D. SERAPHINI & D. Platti Cardinalis.

*Cluſina penſionis, Lunæ* 18. *Iunij* 1590.

ARGV

## ARGVMENTVM.

De repellendo periurum à iudicio non petita abſolutione ante incurſum periurium:& quid ſi fuit promiſſum abſolutionem non petere, vel opponatur ſimulatio aduerſus inſtrumentum iuratum cum obligatione Camerali: an adhuc abſolutio à iuramento requiratur?

### SVMMARIA.

*Periurus à iudicio repellitur, num.1.& num.5.*

*Periurus agere non poteſt, niſi priùs petita abſolutione à iuramento & periurij incurſu num.1.& num.2. vbi etiam quòd poſt incurſum periurium ſimplex abſolutio à iuramento non prodeſt.*

*Abſolutio à iuramento non prodeſt abſoluto, qui promiſit illam non petere, niſi hæc promiſſio in abſolutione exprimatur, nu.2. & in addit. litera* a, *vbi de materia.*

*Abſolutio ſimplex à iuramento non tollit incurſum periurium, num.2.& in addit. litera* b, *vbi de materia, & an iſto caſu ſit concedenda abſolutio.*

*Iuramentum ſeruari ſemper debet quando illud ſeruari poteſt ſine diſpendio ſalutis æternæ, num.3. & in addit. litera* c, *vbi de materia.*

*Prælatus poteſt de fructibus ſui beneficij moderatè diſponere, n.3.*

*Penſio ſuper aliquo beneficio reſeruari poteſt alteri ex cauſſa remunerationis, num.3. in fine.*

*Simulationis exceptio nihil operatur, niſi etiam ſimulationis cauſſa deducatur, num.4.& in addit. litera* d, *vbi de materia.*

*Simulatio opponi non poteſt aduerſus inſtrumentum, quod habet obligationem Cameralem & iuramentum, num.4. in fin. & in addit. litera* e, *vbi de materia.*

## DECISIO LXXVIII.

1 REſoluerunt † Domini, obſtare D. Abbati agenti ad
nullitatem penſionis exceptionem periurij. Cùm enim
impugnet penſionem, quam ſe ſoluturum iurauit, dicitur
contrauenire iuramento, ob cuius reuerentiam, priuſquàm
ageret, debuit abſolutionem petere, Socin. *conſil.38. num.1.*
*volum.3.* Pariſ. *conſil.93. num.24. lib.1.* quapropter repellendus
eſt ab hoc iudicio, Specul. *in tit. de actore, §.1. verſic. item quòd*
*eſt periurus*, Alexand. *conſil.62. num.19. lib.7.* Dec. *in cap. intelle-*
*ximus, num 18. de iud.* Roland. *conſil.26. num.28. lib.3.* Clar. *in §.*
*periurium, verſic. præterea periurus.*

2 Nec † ſuffragatur abſolutio obtenta à Vicario vrbis, tum
a quia iurauerat etiam non petere abſolutionem [a], & obten- D
ta non vti, quod erat exprimendum in abſolutione, Felin.
*in cap.34. num.6. conſtitutus, num.14. de reſeruat.* Roland. *conſil.*
*34. num 6. lib.1.* Tum etiam, quia eam obtinuit poſt incur-
b ſum periurium [b], & propterea illi non prodeſt, Felin. *in c.1.*
*num.28. de iureiuran.* Gozzad. *conſi.69. num 21.* Roland. *d. conſi.*
*34. num.2. lib.1.*

3 Nec † iuuatur ex eo, quòd dicat ſe agere nomine ſuæ
Eccleſiæ, vt eam liberet ab hoc onere penſionis: tum quia
ex actis apparet, ipſum nõ tam nomine ſuæ Eccleſiæ quàm
proprio egiſſe: tum etiam cùm hoc iuramentum de ſoluen-
c da penſione poſſit ſeruari ſine diſpendio ſalutis æternæ [c],
ſeruari debet, Abbas quoad vixerit, illud inuiolabiliter ob-
ſeruare, Mohed. *deciſ.7 & deciſ.250.* Non poteſt enim ipſe
venire contra factum ſuum iuratum, maximè cùm in hoc,
vita ipſius Abbatis durante, verſetur intereſſe ipſius Abba- E
tis, non Eccleſiæ. Conceſſum enim eſt Prælato de fructi-
bus ſui beneficij moderatè diſponere, *cap. relatum, cap. ad*
*hæc, de teſtam.* quod faciliùs in caſu noſtro admittendum
eſt, cùm hæc penſio fuerit Præceptori reſeruata ex cauſſa
remunerationis, ad trad. per Beron. *conſil.61. num.23. lib.1.*

4 Non † etiam ſuffragatur Abbati, quòd dicit obligatio-
nem de ſoluenda penſione fuiſſe ſimulatam: tum quia nul-
d la affertur probabilis cauſſa ſimulationis [d], ſine qua ceſſat
ſimulatio, Rota *deciſio.7. de donat. in nouis*; tum etiam quia
cùm nec ex iuris præſumptione, nec ex lectura inſtrumenti
conſtaret de hac ſimulatione, debuit priùs quàm de ea op-
poneret, petere abſolutionem. Obſtabat enim ei obligatio
e Cameralis, ac iuramentum [e], Socin. iun. *conſil.5. num.3. lib.1.*
Curt. iun. *conſil.108. num.13.* & tradit Galeſ. *in ſua form. Cam.*
Farin. Conſil.

A *oblig. in 2. quæſt. quæ eſt ad quartam particulam, num.3. & 4.*

Poſtremò † non excuſatur à periurio, ex eo quòd præ- 5
tendit ſe nuper probaſſe pactum de non petendo penſio-
nem factam à Ciuitella penſionario, quia vltrò quòd ſpon-
taneæ ſolutiones Abbatis, quarum vigore datum eſt Ciui-
tellæ mandatum de manutenendo, plurimùm videntur ob-
ſtare huic probationi cum aliis productis per informantes;
ſatis eſt quòd Abbas antequã induceret teſtes ad hoc pro-
bandum, iam inciderat in periurium ob id, quòd penſionẽ
impugnauerat, & nullam atque inualidam dixerat, ideóque
à iudicio iſto excluſus remanet ex ſupradictis.

### ADDITIONES.

B NOn petere abſolutionem. Non habet difficultatem, quòd a
quando quis iurauit & promiſit non petere abſolu-
tionem à iuramento, tunc etiam eſt petenda ſpecialis ab-
ſolutio ab iſta promiſſione, prout dicitur in hac deciſione
cum allegatis in ea, quibus & de materia addo Bald. *in l.2.*
*C. de iureiuran. num.... verſic. & quoad primum*, Felin. *in cap.*
*debitores, colum. penult. verſic. tertiò quæro nunc, & in cap. conſti-*
*tutus, colum.7. de reſcriptis*, Roma. *conſil.327. in princ. & conſil.*
*379.* Iterum Felin. *in cap.1. num.26. de iureiurand.* Alex. *conſil.*
*17. lib.2.* Cornel. *conſil.6. colum. penult. in princ. lib.1.* Socin. *conſi.*
*59. colum.3. & 4. in verſic. cap.2. lib.3.* Franc. Curt. *conſil.43. col.*
*8. & 9.* Afflict. *deciſ.220. in cauſſa, col.3. verſic. tamen ſi ſummus*
*Pontifex, & deciſio.30 fuit dubitatum, in fine*, Feder. de Sen.
*conſil.301. factum proponitur*, Roland. *conſil.34 lib.1.*

*Poſt incurſum periurium.* Quando venit dies ſolutionis, b
& ſic quando iam eſt iuramento contrauentum, abſolutio
C non conceditur, Neuiz. *conſil.23. num.8. & ſeqq. & num.13.*
Afflict. *deciſ.30. num.5.* vbi de materia, Roland. *conſil.34. lib.1.*
& eſt communis, vt per eundem Roland. *conſil.26. num.29.*
*& ſeqq. lib.3.* vbi *num.31.* dicit, quòd nec creditor iſto caſu
poteſt remittere periurium, & ibi teſtatur de magis com-
muni, *& conſil.47. num.32. lib.4.* vbi quòd iuramentum de
præterito, vel de præſenti non poteſt per abſolutionem re-
laxari, ſed tantùm de futuro, & vide etiam ad eandem ma-
teriam Virgil. Boccac. *in conſtitut. March. gloſ.2. num.32.* vbi
quòd quãdo petitur abſolutio, eſt facienda mentio de per-
iurio, & quoties illud ſit commiſſum, aliàs conceſſa abſo-
lutio non ſuffragatur, *& num.35.* vbi quòd periuro nõ con-
ceditur abſolutio, etiam de conſenſu partis, *& num.39.* vbi
relatis opinionibus concludit, quòd etiam periuro ex iuſta
cauſſa conceditur abſolutio: ſecus ex iniuſta, *& num.41.* vbi
quòd in præiudicium iuris alteri quæſiti, non ſubſiſtente
D aliqua legitima cauſſa, periuro non eſt concedenda abſo-
lutio. Quæ omnia *d. num.41 & ſeqq.* limitat duobus modis.
Primò, vt procedant in periurio vero commiſſo, ſcilicet
cum dolo: ſecus ſi ſine dolo. Secundò, vt pariter procedat
in periurio, in iuramento aſſertorio veritatis: ſecus in pro-
miſſorio.

*Diſpendio ſalutis æternæ.* Ad idem quòd iuramẽtum ſem- c
per ſeruandum ſit, vbi ſeruari poteſt, ſine interitu ſalutis
æternæ, vide Roland. *conſil.6. num.29. lib.1.* Aym. *conſil.229.*
*num.3.* Cephal. *conſil.42. num.1.* & vide etiam declarantem
Neuiz. *in conſil.22. num.6.*

*Cauſſa ſimulationis.* Vbi non adeſt cauſſa, ex qua veriſimi- d
liter ſit facta ſimulatio, ibi ſimulatio non præſumitur, *l. ſi*
*mulier, in princ. ff. rerum amotar. l. ſed ſi maritus, §. fin. ff. qui &*
*à quibus*, Boſſ. *in tit. de partu ſuppoſ. nu.16.* Iacob. Port. Imolen.
E *conſil.66. num.6. lib.2.* Maſcard. *de probat. lib.1. concluſ.439. num.*
*12. & ſeqq.*

*Obligatio Cameralis, ac iuramentum.* Simulatio an poſſit e
opponi aduerſus inſtrumentum iuratum, vna fuit opinio
affirmatiua, volens ex iuramento non firmari ſimulatum
contractum, ſecundùm allegatos per Ioſeph. Ludou. *concluſ.*
*51. verſic. & quando adſunt, & ſeq.* vbi teſtatur de communi,
& ampliat etiam non petita abſolutione, *& in verſic.21.* con-
iectura, vbi quòd imò ex iuramento oritur præſumptio ſi-
mulationis, quod & idem voluit Ioan. Bapt. Lup. *in tract. de*
*vſur. commen.2. §.1. num.36.* vbi in hoc reprobat Bal. in loco
per eum relato contrarium; nec à præmiſſis diſſentire vide-
tur Maſcar. *de probat. lib.1. concluſ.447. nu.33.34.35.44. & ſeq.*

Contrarium traditur in deciſ. Pedemont. 41. *num.6.* vbi
quòd ſimulatio non poteſt opponi per eum, qui iurauit,

omnia & ſingula contenta in inſtrumento eſſe vera, & ibi A teſtatur de magis communi opinione, quod & idem voluit Maſcard. *d.concluſ 447.num.23.* vbi plures refert, teſtantes de * communi, *& num.38.& 39.*

Pro concordia dicas, quòd prima opinio procedit in iuramento promiſſorio, ſecunda autem procedit in iuramento aſſertorio. Sic enim loquuntur reſpectiuè omnes Doctores pro vtraque opinione ſuprà allegati; & nihilominùs quandoque etiam in aliquibus caſibus aduerſus cõtractum iuratum iuramento aſſertorio, dari poteſt de ſimulatione. Primus eſt reſpectu heredum iurantis, qui poſſunt dare de ſimulatione contractus iurati à ſuo auctore: effectus enim periurij non tranſit ad heredes, d.deciſ. Pedemont.41.*nu.7.* Maſcard. *d.concluſ.447.num.43.* Secundus eſt caſus, quando ex eodem inſtrumento colliguntur præſumptiones ſimula- B tionis; tunc enim iuramentum nihil operatur, Maſcard. *d. concluſ.447.num.41.* Tertius eſt caſus, quando petitur abſolutio à iuramento; illa enim conceſſa, nihil eſt quod impediat ſimulationis oppoſitionem aduerſus iuratum inſtrumentum, Maſcard. *d.concluſ.447.num 42.*

Sed quid ſi inſtrumentum vltra iuramentum habeat etiã Cameralem obligationem: an tunc poſſit ſeu debeat petita abſolutio à iuramento concedi, quomodo, quando & ſub qua forma, vide ad materiam Couarr. *variar.reſolut.lib.1.c.4. poſt num.6.verſic.tertiò aduertendum eſt*, Maſſa. *in tract.de oblig.* Cameral. *in 100.quæſt.principali 2.part.q.2.num.1. & ſeq. folio mihi 90. aliàs 114.* Virgil. Boccac. *in conſtit. March.gloſ. 2. num.46. & 66.*

Et generaliter an & quando ſimulatio poſſit opponi aduerſus inſtrumentum iuratum, & de materia, vltra ſuprascripta, vide omninò Seraph. *in tract.de priuileg.iuran.priuil.* C *59.num.1.& omnibus ſeqq.*

*Famian. Centolinus V. I. D. Galeſij.*

ILLVSTRISSIMI ET REVERENDISS. D. Platti Cardinalis.

*Ciuitatis caſtelli Spolij bonorum, 18. Februarij 1591.*

ARGVMENTVM.

Cauſſa criminalis falſitatis intentata contra teſtes examinatos in cauſſa ciuili, an & quando faciat ſuperſedere in eadem ciuili cauſſa?

*SVMMARIA.*

*Cauſſa falſitatis intentata cõtra teſtes examinatos in cauſſa ciuili, non facit in eadem ciuili cauſſa ſuperſedere, quando vis totius cauſſa non conſiſtit in illis ſolis teſtibus, num.1.& in addi. litera a, vbi de materia.* D

*Cauſſa falſitatis intentata cõtra teſtes examinatos in cauſſa ciuili, & non contra partem, quæ teſtes induxit, non facit ſuperſedere in eadem cauſſa ciuili, num.1.verſi. Secundum etiam fundamentum, & in addit. litera b, vbi de materia.*

*Cauſſa criminalis non præiudicialis ciuili nõn facit ſuperſedere in eadem cauſſa ciuili, num 1.verſic. Nec obſtat Bulla, & in addi. litera c, vbi remiſſiuè de materia.*

DECISIO LXXIX.

1 PLacuit † Dominis procedi poſſe in cauſſa ciuili coram me inter Meliorutios ex vna, & mercatores ex alia, non obſtante cauſſa criminali mota cõtra nonnullos teſtes Meliorutiorum, ex his, quæ latè dicta fuerunt coram R. P. D. E Cæſare de Graſſis Lunæ 9. Aprilis 1576. *deciſ 3. de except.* Concurrit enim in caſu propoſito vtrumque fundamentum illius deciſionis. Primum ſcilicet, quòd vis totius cauſ- a ſæ [a] non conſiſtit in illis ſolùm teſtibus, qui de falſo ſunt accuſati, vt patet ex deciſione coram me in hac cauſſa facta. Secundum etiam fundamentum applicatur, quòd cauſſa criminalis non eſt intentata contra iſtos Meliorutios, ſed b contra teſtes [b], & proptereà non ſunt prohibiti Meliorutij quo minùs in cauſſa ciuili ad vlteriora procedant. Nec obſtat Bulla Pij IV. edita ſuper reformatione Rotæ, quia non mandat ſimpliciter in cauſſa ciuili ſuperſederi, ſed ita de- c mùm, ſi cauſſa criminalis ſit præiudicialis [c]. Patet autem ex prædictis non eſſe præiudicialem in caſu propoſito cauſſam criminalem cauſſæ ciuili.

*ADDITIONES.*

a V*Is totius cauſſæ.* Regulariter cauſſa falſitatis depoſitionis teſtium criminaliter intentata, facit ſuperſedere in cauſſa ciuili, Abb. *conſil.16.num.3.lib.2.* Afflict. *deciſ.229. num.1.* Grammat. *deciſ.60.num.24.* Boſſ. *in titu de foro compet. num.123.in fine, & ſeq.* Clar. *in pract.§.fin.quæſt.2.num.4.verſi. ſed quæro*, vbi de communi, Peregrin. *deciſ.296. incip.in cauſſa Fulginaten.in tit.de iudic.ſentent. & re iudic.lib.2.* Lancellot. *in tract.de attentat.par.2.cap.4.limitat.23.num.8.* vbi etiam de communi.

Verùm hæc regula patitur duas notabiles declarationes, quæ ponuntur in hac deciſione: quarũ prima eſt, quando etiam data falſitate teſtium, adhuc remanet probata intentio producentis illos, ſecundùm Cyn. *in l.1.num.15.ad finem, verſic. & certè dicendum videtur, C.de his, qui accuſ. non poſſ.* & ibi etiam Bald. *num.50. ad medium, verſic. ſed de rigore iuris*, Afflict. *in conſtit.Regni, ſi ciuilis, rubr.20.num.14.ad med. verſic.ſed quando proceditur, par.2.& deciſ.229. poſt num.2. & 3.verſic.ſi verò ius*, & ibi Vrſil. *in addit.num.1.* Ang. *de maleſic. in verbo, comparuerunt dicti inquiſiti, & quilibet eorum, &c. nu.20.in fin.* Capit. *deciſ.25.num.3.* Gram. *deciſ.60.poſt nu.24.*

b *Teſtes.* Hæc eſt altera declaratio, quæ datur ad ſupradictam regulam, quando ſcilicet cauſſa falſitatis non eſt intentata contra principalem; ad cuius comprobationem vide Cyn. *in d.l.1.num.15.* & ibi etiam Bald. *num.48. & ſeqq.C. de his, qui accuſ.non poſſ.* Alberic. *in l.iudicati, num 2.verſic. vltimò quæro, & num.3.C.ſi ex falſ.inſtrum.* Bald. *in l.fin.ad finem, num.7 verſic.quærit Cynus, C.de fide inſtrum.* Bartol. *in l.ſi teſtamentum, num.3.ff.de petit.heredit.* Bald. *in l. Lucius, num.3.in 5. notab.de his, qui notan.infam.* Afflict. *in d.conſtit.ſi ciuiliter, nu. 14.* vbi teſtatur ita apud eum fuiſſe iudicatum, Abb. *d.conſi. 16.num.3.in fine, & ſeq.lib.2.* vbi de communi, Ang. *de maleſic. vbi ſuprà, d.num.20.* Ruin. *conſil.15.num.11.lib.5.* Marcabrun. ab Anguill. *conſil.50.num.149.& ſeqq.* Vide tamen nonnullos contrarium tenentes relatos per Dom. meum Farinac. *in ſua pract.crim.par.2.tit.de variar.ac diuerſ.quæſt.q.100.num. 97.& ſeqq.* vbi bene declarat, in quibus terminis poſſet hæc contraria opinio procedere.

c *Præiudicialis.* Vide ad materiam aliam deſionem coram Giptio in vna Romana de Stoch, die 9. Maij 1598. de qua *infrà*, & quæ ibi dixi.

*Faman. Centol. V. I. D. Galeſij.*

PEGNÆ.

*Brixienſis confidentiæ die 14. Maij 1591.*

ARGVMENTVM.

De poteſtate & iuriſdictione iudicis confidentiarum.

*SVMMARIA.*

*Judex confidentiarum non poteſt inhibere Auditori Cameræ in cauſſa ciuili, num.1.*

*Judicis confidentiarum poteſtas eſt reſtricta ad cognoſcendum criminaliter crimen confidentiarum, num.2.*

*Manutentionis poſſeſſionis cauſſa & articulus eſt ciuilis & non criminalis, ſecundùm magis communem, num.2.*

*Judex confidentiæ non poteſt cognoſcere articulum manutentionis poſſeſſionis, num.2.*

E *Judicis criminalis poteſtas non extenditur ad cauſſas ciuiles, etiam de partium conſenſu, ſub num.2.*

*Judex confidentiarum non poteſt cognoſcere de crimine ſimoniæ ſeparato à confidentia, num.3. vbi tamen quòd poteſt cognoſcere de confidentiis beneficialibus ſimoniacis.*

*Confidentia beneficialis eſt ſimonia, ſed non omnis ſimonia eſt confidentia, num.3.*

*Judex confidentiarum eſt conſtitutus ſuper confidentiis beneficialibus, illicitis & prohibitis à conſtitutionibus ſummorum Pontificum, num.3. in fine.*

DECISIO LXXX.

IN hac † cauſſa, in qua fui datus adiunctus D. Carrodoro 1 iudici confidentiarum, Domini dixerunt primùm moderandam eſſe inhibitionem factam auditori Cameræ ad effectum,

effectum, vt Ludouicus Campanus coram illo poſſit agere, nam iſte articulus eſt ciuilis.

2 Pronunciauerunt † prætereà omninò in illo articulo poſſeſſorij, an Cempanus inprimis in iſto iudicio eſſet manumittendus in perceptione dictorum fructuum, diſputandum eſſe ſuper confidentia. Nam cùm præfati iudicis poteſtas reſtricta ſit ad crimen confidentiarum cognoſcendum, & iſte articulus manutentionis ſit ciuilis, ſecundùm magis communem opinionem, & conſenſu partium iuriſdictio tributa in cauſſis criminalibus tantùm non poteſt ad ciuiles prorogari, Abb. & alij *in cap. 1. & 2. de offic. deleg.* Angel. & Paul. de Caſtr. *in l. ſolemus, §. latrunculator, ff. de iudi.* Creſcen. *deciſ. 167. incip. actum fuerat, aliàs eſt ſ. de iudic. in impreſſis.* Idcirco fruſtra diſputaretur ſuper mandato de manutenendo, quòd non poſſem decernere, cùm mea iuriſdictio vel poteſtas non eſſet maior, quàm præfati iudicis, cui fueram datus adiunctus.

3 Dubitaui † etiam in vna Calaguritana confidentiæ, Veneris ... Iunij 1592. quam propoſui extra Rotam cum voto Rotæ cognoſcendam; An ſententia per iudicem confidentiarum lata contra Iuſtinum Santorum & Didacum Ximenel Canonicos Calaguritanos eſſet nulla vel iniuſta? Et Domini, omiſſo capite iniuſtitiæ, ſuper quo particulariter videre voluerunt, conformiter cenſuerunt fuiſſe nullam & reuocandam, ex manifeſto defectu iuriſdictionis prædicti iudicis, qui licèt habeat facultatem cognoſcendi de confidentiis beneficialibus ſimoniacis; non tamen de ſimonia, quæ latiùs patet, quàm iſta confidentia. Quamuis enim omnis beneficialis confidentia illicita, ſimoniaca ſit: ſimonia non tamen reciprocatur, vt omnis ſimonia ſit confidentia: in hoc autem caſu dicebant Domini, quòd tametſi aliqua poſſet eſſe ſimonia, de qua erat videndum; nulla tamen erat confidentia beneficialis illicita ſimoniaca, qualem prohibent Apoſtolicæ conſtitutiones Pij IV. & Pij V. ſuper quibus iſte Auditor confidentiarum vigore particularis indulti fuit conſtitutus iudex, ad tradita per Venerandum virum Nauarram, *in Manual. Confeſſarior. cap. 23. num. 109. verſic. ad duodecimum.*

## ILLVSTRISSIMI D. SERAPHINI Patriarchæ.

*Florentinæ domus, Lunæ 10. Iunij 1591*

### ARGVMENTVM.

De clerico non conueniendo coram iudice ſeculari, etiam quòd conueniatur tanquam heres laici, ac etiam quòd in lite habeat laicos conſortes & intereſſatos.

### *SVMMARIA.*

*Clericus conueniri debet coram iudice Eccleſiaſtico, etiam quòd litis conſortes ſint laici, qui etiam coram eodem iudice conueniri debent, num. 1. 2. & 6. vbi, quid ſi verſemur in patrimonialibus, aut in immunitatibus & exemptionibus.*

*Clericus neque etiam volens conueniri poteſt coram iudice laico, num. 2. & in addit. litera a, vbi de materia.*

*Clericus conuentus coram iudice laico, etiam quòd non opponat declinatoriam iuriſdictionis, proceſſus contra ipſum factus eſt nullus, num. 3. & in addit. litera* b.

*Clericatus quando eſt notorius, & quando proceditur contra abſentem per edictum, non eſt neceſſe opponere declinatoriam iuriſdictionis coram iudice laico, num. 3.*

*Clericus poteſt conueniri coram iudice laico, quando citatur, ſi ſua putauerit intereſſe, num. 4. & in addit. litera c, vbi de materia.*

*Contumaces habentur pro conſentientibus, num. 4. in fine.*

*Contumax non dicitur ille, qui non arctatur ad comparendum, num. 4. in fine.*

*Inſtantia cœpta contra defunctum laicum, tranſit etiam in heredem clericum, num. 5. vbi etiam contrà.*

*Iuramentum in contractu appoſitum, non habet vim litis conteſtatæ, niſi res ſit in iudicium deducta, num. 6.*

*Actio hypothecaria eſt indiuidua, num. 6. in fine.*

*Sententia in actione hypothecaria eſt indiuidua, & non poteſt pro parte valere, & pro parte non, num. 6. in fine.*

*Nullitas ſubhaſtationis non præſcribitur minori tempore quàm triginta annorum, præſertim ſi nullitas eſt euidens, num. 7.*

Farin. Conſil.

## DECISIO LXXXI.

1 FVit † reſolutum, ſententiam Auditoris Reuerendiſſimi Nuntij in ea parte, quæ eſt contra illuſtriſſimos DD. Aldobrandinos, eſſe reuocãdam, cùm per eam approbata fuerit ſubhaſtatio nulliter facta per iudices laicos ciuitatis Florentiæ: cùm enim procederetur contra plures fratres, quorum aliqui erant clerici, nempe bon. mem. Illuſtriſſimus Ioannes Aldobrandinus Rotæ tunc temporis Auditor, iudicium erat agitandum in foro Eccleſiaſtico, etiam quòd alij eſſent laici, Bartol. *in l. præcipimus, C. de appellat.* Felin. *in verbo, eod. tit. num. 9.* Iaſ. *in l. ſi emancipati, num. 13. C. de collat.* cum aliis allegatis.

2 Neque † obſtat, quòd verſemur in patrimonialibus, ex not. per Dec. *in cap. Epiſcopus, num. 10. de præbend.* Socin. iun. *conſil. 2. num. 12.* cum aliis; quia dictum eorum procedit reſpectu immunitatum & exemptionum, & eorum in quibus non reperiuntur ſpecialiter priuilegiati; non autem reſpectu fori, *cap. ſi diligenti, & cap. ſignificaſti, de foro compet.* adeò quòd neque etiam volens [a] poteſt conueniri coram iudice laico, cùm ſit incapax huius iuriſdictionis, Dec. *conſil. 150. num. 4. & 241. num. 2.* & in clerico herede laici conuento pro debito defuncti, tradit Couarr. *pract. quæſt. c. 8.* Dec. *conſil. 700. num. 6.* Galeſ. *ad form.* Camer. *2. par. 2. ad ſecundam partem formular. num. 1.*

3 b Neque † opus eſt, quòd compareat ad declinandum iuriſdictionem [b], quia nihilominus proceſſus eſt nullus, Felin. *in cap. cum ordinem, num. 15. de reſcript. & in cap. ſi duobus, de appellat.* quod maximè dicendum in caſu iſto, cùm Clericatus D. Ioannis Rotæ Auditoris eſſet notorius, & iudicium tractaretur contra abſentes citatos per edictum, Feli. *d. cap. cum ordinem, num. 8. & 13.* Dec. *conſil. 125. num. 7.*

4 c Non † obſtat, quòd citatio fuerit facta, quatenus ſua putauerint intereſſe [c], quo caſu Clericus comparens efficitur actor voluntarius, & proceſſus ſuſtinetur, Bal. *in l. teſtamenta, C. de teſtam.* cum aliis quos allegat Roland. *conſil. 28. lib. 2.* tum, quia non applicatur in caſu iſto, in quo iudicium principaliter dirigebatur contra Aldobrandinos citatos; tum etiam quia non eſt verum, quòd citentur quatenus ſua putent intereſſe; ſed ſuppliciter citantur tanquam habentes primam cauſſam ſucceſſionis, ſi ſunt & eſſe volunt heredes Domini Syluestri; creditores verò citantur pro eorum intereſſe: prætereà in hoc iudicio citati non comparuerunt, & fuit proceſſum per edictum, vnde ceſſat ratio Baldi, nec poteſt dici, contumaces haberi pro conſentientibus, cùm non dicatur contumax ille, qui non arctatur ad comparendum.

5 Neque † obſtat, quòd inſtãtia cœpta contra defunctum laicum tranſeat etiam in heredem Clericum, vt per Felin. *in cap. quia ff. de iudic.* quia hoc non ſubſiſtit, neque in facto, neque in iure: quia in facto nõ eſt verum, quòd fuerit cœptum iudicium contra bon. mem. Syluestrum, & in iure contrarium tenet Boër. *deciſ. 69.* cum aliis quos adducunt Didac. & Galeſ. *ſuprà* citati.

6 Neque † obſtat iuramentum in contractu appoſitũ, quia non habet vim litis conteſtatæ, niſi res ſit in iudiciũ deducta, Iaſ. *in l. pecuniam, de condict. ob cauſ.* neque etiam reſpectu laicorum poteſt ſuſtineri ſubhaſtatio, quia cùm ageretur de re communi cum clericis, iudiciũ erat eccleſiaſticum, Bart. *in d. l. præcipimus*; maximè cùm eſſet intentata actio hypothecaria, quæ eſt indiuidua, quo caſu ſententia non poteſt pro parte valere, Matth. de Afflict. *deciſ. 213.* Put. 320. *lib. 1.*

7 Quod † dicitur de præſcriptione non obſtat, quia de nullitate dici poteſt vſque ad triginta annos, Aymon. *conſil. 108. num. 4.* præſertim ſtante nullitatis euidentia, Balb. *de præſcript. 4. par. 4. part. principalis, quæſt. 32.*

### *ADDITIONES.*

a VOlens. Ad hæc vide Dominum meum Farinac. *in ſua pract. crimin. part. 1. q. 8. num. 10.* vbi quòd clericus non poteſt fori priuilegio renunciare, etiam cum iuramento in iudicem laicum conſentiendo, imò non declinando laicale forum tanquã Canonis tranſgreſſor punitur, *& num. 11.* vbi ampliatur hæc concluſio, etiam quòd clericus coram iudice laico fateatur ſe laicum, *& num. 12.* vbi quòd priuilegio prædicto clericus non ſolùm expreſsè, ſed nec etiam tacitè renunciare poteſt, & plures ad præmiſſa omnia refert Doctorum auctoritates.

b *Iuriſdictionem.* Acta enim per iudicem ſecularem contra clericum contumacem ſunt ipſo iure nulla, etiam clerico non opponente aut appellante, *cap aduerſus. §. quia verò, de immunit. Eccleſ. cap. ſeculares, de foro compet. in 6. authent. ſtatuimus, C. de Epiſcop. & cleric.* cum aliis relatis per Dominum meum Farin. *d. q. 8. nu. 15. & ſeqq.* vbi etiam alia ad materiam.

c *Intereſſe.* Regulare eſt, clericum coram iudice laico citatum, ſi ſua putauerit intereſſe, & coram ipſo iudice comparentem, cogendum eſſe ſtare ipſius laici iudicis ſententiæ, quæ regula patitur tres limitationes, quas ſingulariter ponit Dominus meus Farinac. *in ſua pract. crimin. par. 1. titu. de inquiſit. d. quæſt. 8. num. 87. & ſeq.*

*Famian. Centolin. V. I. D. Galeſij.*

## ORANI.

*Hiſpalen. iuriſdictionis, Mercurij 26. Iunij 1591.*

### ARGVMENTVM.

Identitas rerum & perſonarum non præſumitur, ſed pluralitas ad excludendum delictum. Et an & quando ex inſpectione librorum, in quibus ſint aliqua folia inciſa, dicatur probata negatiua ſeu affirmatiua eius, quod prætenditur in illis ſcriptum fuiſſe, ſi ſcriptum non reperiatur?

### *SVMMARIA.*

*Officiales Cancellariæ Apoſtolicæ habent præſumptionem pro ſe, quòd literas ritè expediuerint, num. 1.* C

*Supplicationes plures ſub eadem data poſſunt ſuper eadem gratia expediri, num. 2.*

*Pluralitas rerum licèt regulariter non præſumatur, præſumitur tamen vt euitetur delictum & contrarietas, num. 2.*

*Teſtes habentes idem nomen & cognomen cum teſtibus in inſtrumento deſcriptis, ſi negent ſe inſtrumento interueniſſe, non propterea concludunt falſitatem inſtrumẽti, niſi concludenter probetur, ipſos & non alios interueniſſe, cùm potuerit eſſe, quòd alij eiuſdem nominis vocati interfuerint, num. 3.*

*Perquiſitio ſcripturarum non inuentarum, an inducat probationem negatiuam, num. 4.*

*Supplicationes poſſunt etiam expediri per viam regiſtri ſecreti, num. 4.* D

*Foliorum inciſio facit præſumere, vt ſcriptum, de quo agitur, fuerit poſitum in dictis foliis inciſis, num. 4.*

*Supplicationes non ſolent ordinatim deſcribi, ſed indifferenter, prout ſollicitatorum diligentia expoſcit, regiſtrantur, num. 5.*

## DECISIO LXXXII.

1 DOmini † reſoluerunt, ſtandum eſſe in deciſis, nempe præſumptionem adeò vigere pro officialibus Cancellariæ Apoſtolicæ, quòd ritè literas confirmatorias concordiæ expediuerint, vt omninò Domino Archiepiſcopo errorem & malam expeditionem alleganti incumbat onus probandi, ſcilicet non exſtare aliam ſupplicationem ſub eadem data literis expeditis conformem, Caſſad. *deciſ. 5. nu. 7. ad finem,* ſuper reg. Paleott. *deciſ. 379. incip. in ſupplicatione,* E Verall. *deciſ. 174. num. 3. par. 2.*

2 Neque † verò ad hoc probandum, prætextus conformitatis ſupplicationis in data & tenore cum literis ſuffragatur; nam, vt dictum fuit, poſſunt ſuper eadem gratia plures ſupplicationes ſub eadem data expediri, Paleott. *deciſio, 161. incip. die 14. Aprilis,* vnde debet concludenter probari, illa die non fuiſſe aliam ſupplicationem expeditam, Corn. *conſil. 233. num. 6. lib. 2.* Aymon. *conſil. 244. ſub num. 1. & ſeq.* Et licèt regulariter pluralitas non præſumatur, admittitur tamen hæc præſumptio, vt euitetur delictum aut contrarietas, Dec. *in l. 2. num. 4. C, de bon. poſſeſ. contra tab.* Cephal. *conſil. 540. num. 112. lib. 4.*

3 Nam †, vt videmus, idem eſt in teſtibus habentibus idẽ nomen & cognomen cum deſcriptis in inſtrumento, qui ſi negent ſe rogationi inſtrumenti præſentes fuiſſe, non propterea concludunt ad falſitatem inſtrumenti, niſi concludenter probent, ſe & non alios illi interueniſſe, ex quo potuit eſſe, quòd alij iiſdem nominibus vocati interfuerint, A Felin. poſt Bartol. *in cap. cùm Ioannes, num. 9. de fide inſtrumentorum,* Decian. *conſil, 101. colum. 2.*

4 Minùs releuat † fides perquiſitionis regiſtri ad oſtendendum non fuiſſe aliam ſupplicationẽ expeditam; omiſſo enim quòd perquiſitio iſta ſit minùs ſufficiens, cùm reſtricta ſit ad regiſtrum ordinarium, & potuerit expediri per viam regiſtri ſecreti, iuxta trad. per Caſſador. *d. deciſ. 5. nu. 4. ſuper reg. & deciſ. 8. num. 2.* adhuc tollitur hæc probatio per exhibitionem libri defectuoſi in quinque foliis, ac ex aſpectu decimi libri, in quo dimidium folij eſt laceratum, ſiquidem cùm potuerit ſupplicatio in eorum aliquo deſcripta fuiſſe, ceſſat negatiuè probatio, Corn. *conſil. 210. num. 4. lib. 4.* ſequitur Aymon. *conſil. 12. num. 7.*

5 Neque † curandum eſt, quòd ſupplicationes regiſtratæ B in libro habente huiuſmodi defectum foliorum non correſpondeant in data ſupplicatione, de qua eſt quæſtio, quia ſupplicationes non ſolent ordinatim deſcribi, ſed indifferenter, prout ſollicitatorum diligentia expoſcit, regiſtrantur, vt aliàs in ſimili coram me in vna Placentina fructuum fuit obſeruatum, & eſt deciſio Paleott. 368. ſimiliter leuis eſt conſideratio fundata in eo, quòd pagina præcedens dicta quinque folia ſubtracta ſit alba & carens ſcriptura: nam ex reuolutione librorum apparet, ea non obſtante, non ita frequenter fuiſſe à regiſtratoribus obſeruatum, vt ea charta alba poſtpoſita ſupplicationes in ſequenti regiſtrarent.

## ORANI.

*Aquen. Canonicatus, Lunæ 1. Iulij 1591.*

### ARGVMENTVM.

De ſimonia inducta & probata per quoſdam correſpectiuos actus, videlicet promiſſionis pecuniarum, mandati ad reſignandum, & reſignationis ſubſequutæ: & quòd beneficium per ſimoniam adeptus ipſo iure illo priuatur, fructúſque ſuos non facit, etiam quòd ſimonia fuerit contracta cum tertio ipſo ignorante.

### *SVMMARIA.*

D *Simonia inducitur per actus reciprocos factos à reſignante, & à Procuratore conſtituto ad reſignandum, num. 2.*

*Simoniaca eſt renunciatio beneficij facta præuia datione, vel promiſſione alicuius rei temporalis, num. 2.*

*Simonia qui beneficium aſſequitur, illo priuatur, num. 3.*

*Simoniaci beneficij fructus non facit ſuos ille, qui beneficium per ſimoniam adeptus eſt, num. 3.*

*Renunciationes beneficiorum debent ab omni conditione, & pactione liberæ eſſe, num. 4.*

*Simoniacum beneficium auferendum eſt ab eo, qui per ſimoniam illud aſſequutus fuit, etiam quòd ſimoniam ignorauerit, nu. 5.*

## DECISIO LXXXIII.

E 1 IVlius Spinola † Canonicus Eccleſię Caſſinarum Aquenſis Diœceſis die 15. Decembris, anni 1562. conſtituto Procuratore Iacobo Ferrario ad reſignandum Canonicatum, eadem die vice verſa obtinuerat ſibi per eundem Iacobum viginti octo ſcuta intra annum reſtituenda numerari, data ei apocha, per quam declarabat nolle eum ad illorum ſolutionem obligari, niſi priùs Canonicatus poſſeſſionem Alexander Butices eſſet conſequutus, ſortita effectum renunciatione & perſolutis viginti octo ſcutis, cùm Stephanus Graſſus ex capite ſimoniæ Canonicatum impetraſſet, cauſſa mihi commiſſa, dubitatum fuit: An reſignatio cenſeretur ſimoniaca.

2 Domini † fuerunt in voto fuiſſe ſimoniacã, quia actus iſti reciproci facti per reſignantem & conſtitutum Procuratorem ad renunciandum inducunt ſimoniam, *cap. paſtoralis, de reſcript.* Iaſ. *in l. Titia, ff. de verb. oblig.* Sarnen. *ad regu. triennal. quæſt. 12.* prout etiam regulare eſt, quòd renunciatio beneficij præuia datione, vel promiſſione alicuius rei temporalis, iudicetur ſimoniaca, *cap. nonnulli, 1. quæſt. 1. cap. veniens,*

A *veniens cap.de hoc,extra eodem* , Dec. *in cap.veniens,ei 1.nu.3.de teſtam.conſil.118.num.1.*

3 In † tantum,quòd ipſo iure hac via beneficium aſſequutus priuetur,*cap inſinuatum, de ſimonia.cap. Abbate ſanè , de re iudicata,in Sexto,cap. cùm deteſtabile , de ſimon.in extrauagant.* Pariſ.*conſ.15.num 13.lib.4.*Boër.*deciſ.217.in fin*,nec illius fructus ſuos faciat,Felin.*in cap.niſi cùm pridem, de renunciatio. & in d.cap.inſinuatum num.5.*Pariſ.*conſ.29.num.2.lib.48.* Rebuff. *in tracta.de paci.poſſeſſ.num.138.*

4 Oportet † enim renunciationes beneficiorum ab omni conditione & pactione eſſe liberas , *cap. ex parte,el 1.de offic. delegat.* Natta.*conſilio 293.num.2.*Rebuff.*reſponſ.94.*quod etiã locum habet , tametſi datio vel promiſſio præceſſerit , nedum reſignatario , ſed etiam tertio , cenſúmque præſtiterit, vel etiam ignorauerit , *cap.per inquiſitionem , de elect.cap.2.de confeſſ.*Abb.*in cap non ſatis,num.4.de elect.*Anchar.& Franc. *in cap.1.de teſtam.in Sexto.* B

5 Cùm † ergo Alexander & Franciſcus eius frater ſub die 28.eiuſdem menſis Decembris conſtituerit, ſe tenere in depoſitum à Domino Iacobo dicta ſcuta viginti octo , & eadem Iulio promiſerint ad omnem eius requiſitionem , obligãdo ſe in forma Cameræ perſoluere,prout etiam perſoluerunt,& poſtmodùm reſignatione ſequuta per Iacobum,fuerunt ad illorum reſtitutionem in iudicio conuenti, & in eo Franciſcus cõfeſſus fuerit,depoſitum fuiſſe ſimulatum, mutata cauſſa ſolutionis beneficij in depoſitum , vt etiam concludenter deponunt teſtes,non videtur,vlterùs ambigendo, quia ſimoniaca labes in dicta reſignatione interuenerit , & actus omnes fuerunt ad inuicem correſpectiui facti.

C

## ILLVSTRISSIMI D. SERAPHINI Patriarchæ.

*Romana Secretariatus,die 20.Nouembris 1591.*

### ARGVMENTVM.

De ſententia contumaciali non exſequenda infra annum,ac illius reſolutione per comparitionem infra dictum tempus : de contumace mulctando , & quando quis dicatur verus ſeu fictus contumax : de nullitate citationis ſeu monitorij domi dimiſſa copia exſequuti, non facta diligentia de perſonaliter reperiendo : de vi & proprietate clauſulæ , *ſine præiudicio bonorum Fiſco incorporatorum:* D de confirmatione ſententiæ nullæ facta per Papam: An & quando, & quos defectus ſuppleat : & demùm de aſſertione Papæ, quando illi credatur in criminalibus ad probationem delicti.

### *SVMMARIA.*

*Clauſula,* ſine præiudicio bonorũ Fiſco incorporatorum, *nihil operatur , quando ſine tali præiudicio commiſſio & reſtitutio eſſet fruſtratoria & nugatoria,num.2.*

Pecuniæ *appellatio ex vulgari vſu loquendi intelligitur tantùm de numerata,num.3.*

Pecuniæ *verbum,quando cenſeatur poſitum in genere, & quando in ſpecie,num.3.in fine.*

E

*Clauſula* , ſine præiudicio bonorum Fiſco incorporatorum, *quando & in quibus bonis verificetur , & quando bona dicantur incorporata,num.5.*

*Reſtitutus ad bona Fiſco incorporata,quando recuperet bona in alium tranſlata,n.5,in fine,& in additio.litera a,vbi de materia.*

*Sententia dicitur lata in contumaciam , & non propter delictum, quando de delicto non conſtat in proceſſu,num.5.*

*Sententia contumacialis per comparitionem infra annum reſoluitur cum omnibus inde ſequutis,num.5.22.& 24.*

*Aſſertioni Papæ non ſtatur in criminalibus ad probationem delicti,num.7.& in additio.litera* b,*vbi de materia,& num.13.*

*Sententia , quæ non iuſtificatur ex actis , dicitur notoriè iniuſta & nulla,num.7.in fine,& num 12.*

*Clauſula,*ſupplentes,*&c.non trahitur ad ignoratos defectus,n.8.& num.24.vbi exemplificatur,& ampliatur etiam, quòd in reſcripto adſit clauſula,* ex certa ſcientia.

*Confirmatio ſententiæ facta per Papam cum ampliſſimis clauſulis corruit ex defectu intentionis, num.8. & num.10. in fine , vbi ampliatur etiam, quòd in ea tollatur facultas opponendi defectum intentionis,& num.21.vbi de materia,& num.26.*

*Confirmatio ſententiæ facta per Papam non operatur , niſi cum ſua cauſſa, num.8.*

*Sententia contumacialis priuatoria nõ priuat,niſi lapſo anno contumacibus ad comparendum præſtituto,num.9.*

*Papa & Princeps ſemper præſumuntur velle id , quod iuri conſonum eſt, num.11.*

*Reſtitutio prohibita per Principem intelligitur de ea, quæ petitur per viam gratiæ,non autem de ea,quæ petitur per viam iuſtitiæ, num.11.*

*Delicti corpus conſtare imprimis debet, antequam quis citetur ad informandum Curiam,num.12.in fine.*

*Contumax verus non dicitur , qui non fuit perſonaliter citatus, num.14.& in addit.litera* c,*& nu.18.vbi quid ſi perſonaliter citatus dicat ſe nolle venire,vel ſecundò citatus non compareat.*

*Gubernator vrbis poteſt vigore facultatum citare,etiam domi dimiſſa copia, num.14.*

*Contumax fictus mulctari non poteſt,num.14.& in addit.litera* c, *& num 18.verſic.Vnde ſequitur.*

*Monitorij executionis forma in eo præſcripta ſeruanda eſt , & aliter executio eſt nulla,num.14.*

*Monitorium ſeu citatio domi executum non afficit,non facta diligentia de perſonaliter reperiendo, ſi diligentia fuerit præſcripta in ipſo monitorio vel citatione,num.14.*

*Clauſula,* vt ſuprà,*refertur tantùm ad id,quod expreſſum eſt, & & non ad omnia contenta in relato,num.15.*

*Pœnalia non ſunt extendenda,num.16.*

*Citatio nulla non conualidatur per comparitionem Procuratoris, niſi conſtet de mandato,num.16.*

*Scientia certa & indubitata requiritur , vbi agitur de pœna ferenda,& iure tollendo,num.16.*

*Citatus perſonaliter non dicitur is, cuius dolo factum eſt, ne perſonaliter citetur,etiam doloſè habitando, num. 18.in fine.*

*A mulcta appellari poteſt,& ſi non appelletur,non poteſt dari de illius nullitate,etiam quòd ſit legitimè impoſita,num.20.*

*Reuiſio cauſſæ ſeu recurſus operatur idem quod appellatio,nu.20.*

*Mulctari non poteſt quis propter inobedientiam & contumaciam, niſi etiam adfuerit contemptus,num.21.*

*Clauſula,* ex certa ſcientia, *non operatur, data Principis ignorantia, num.24.*

*Clauſula,* quorum tenores,&c. *quid operetur,& quando,num. 24. & num.27.*

*Confirmatio ſententiæ recipit eandem conditionem , quam habet ipſa ſententia ex iuris diſpoſitione, num.25.*

*Confirmatio operatur reſpectu iuris,non autem reſpectu facti,quod alterare non poteſt,num.25.& 27.*

*Clauſulæ prægnantes in reſcriptis poſitæ operantur in iis, quæ ſunt iuris,non autem in iis,quæ ſunt facti,num.25.& 27.*

## DECISIO LXXXIV.

DE † anno 1584. fuerat decretum monitorium à Re- 1
uerendiſſimo Domino vrbis Gubernatore cõtra magnificum Dominum Cæſarem Glorierium , ad informandum Curiam,ſub pœna quinquaginta millia ſcutorum, & executum domi ſuæ dimiſſa copia propter eius abſentiam, cóque non comparente,& rurſus domi citato declaratum, cum incidiſſe in pœnas in monitorio cõtentas, & pro executione ſententiæ fuerunt ſequeſtratæ nonnullæ pecuniæ ad ipſum ſpectãtes,necnon fructus montium & cenſuum, & prædicti cenſus extincti,& pecuniæ ex his redactæ fiſco applicatæ,& demùm dictum officium ſecretariatus,tanquã vacans per priuationem Domini Cæſaris , fuit ſuppreſſum per reſcriptum motu proprio felic.record,Gregorij XIII. eiúſque emolumẽta Collegio Dominorum Secretariorum inter ipſos diſtribuenda applicata , cum clauſula ſublata aliíſque prægnantiſſimis clauſulis. Mortuo præfato felic. record.Gregorio, Dominus Cæſar comparuit & obtinuit à felic.recordat. Sixto V.ſibi aperiri os, & committi cauſſam reuiſionis & nullitatis ſententiæ contra ſe latæ ab Illuſtriſſimo Dom. A. C. cum clauſula ; *ſine præiudicio pecuniarum*

*diſtributarum . & ſine præiudicio bonorum Fiſco incorporatorum,*
prout in commiſſione,cuius vigore fuit per A. C. lata ſen-
tentia reuocatoria prædictæ ſententiæ. Deinde à Felic.re-
cord. Gregorio 103.obtinuit aperiri ſibi os, & cómitti cauſ-
ſam ſuper recuperatione dicti officij Secretariatus in Ca-
mera Apoſtolica R.P.D. Riccio , eaque demum auocata &
commiſſa mihi in Rota.

2 Fuit † dubitatum ; An Dominus Cæſar poſſit audiri in
caſu,& ad effectum de quo agitur;& ſic,an dictum officium
ſit ei reſtituendum. Et cauſſa per Dominos diligenter di-
ſcuſſa,fuit reſolutum ,.quantùm ad priorem partem dubij,
ſtante oris apertione,eum eſſe audiendum , neque obſtare
reſtrictionem in commiſſione , *ſine præiudicio pecuniarum di-
ſtributarum, & bonorum Fiſco incorporatorum.* Nam huiuſmodi
limitatio nó capit officium ipſum,ſuper quo expreſsè com-
miſſa eſt cauſſa , *l. dolꝭ clauſula.ff. de verborum obligationibus.*
Fruſtratoria enim & nugatoria eſſet huiuſmodi commiſſio,
ſi prohibitus eſſet per dictam limitationem officium recu-
perare.

3 Præterea †,quantùm ad priorem clauſulam , *pecuniarum
diſtributarum*, vtique ea comprehendere non poteſt officiũ.
Nam præterquàm quòd ex vulgari vſu loquendi , *pecuniæ*,
appellatio refertur tantùm ad numeratam,vt tradit Rebuff.
*in l. pecuniæ, de verborum ſignificatione.* hoc apertè colligitur ex
adiuncto illo, *diſtributarum* , quod non poteſt conuenire of-
ficio. Denique cùm ſequatur alia clauſula , *& bonorum Fiſco
incorporatorum*, apparet, verbum *pecuniæ* non in genere , ſed
in ſpecie poſitum fuiſſe , prout quid diuerſum à bonis , ad
notata per Bart. *in l. tali ſcriptura, de legat. 1.*

4 Sed † neque verba illa , *& bonorum Fiſco incorporatorum*,
poſſunt ad dictum officium referri, quod nunquàm fuit per
Fiſcum poſſeſſum, nec inter bona Fiſci deſcriptum, Bartol. *in
l. 1. §. eligitur, de ventre in poſſeſſ. mittendo*, Socin. iun. *conſ. 126. n.
5. lib. 2.* cum aliis allegatis.

5 Neque † obſtat , quòd ſatis videatur incorporatum , ex
quo de eo diſpoſuit ad fauorem Collegij. Quia ex motu
proprio conſtat de contrario,cùm in eo dicatur,hoc officiũ
vigore Bullæ Innocentij VIII. remanſiſſe extinctum & ſup-
preſſum, & propterea tanquàm ſpectans ad Collegium , illi
aſſignauit,& ſic cùm Collegium non habeat ius immediatè
à Camera , ſed prætendat illud ſibi proceſſum vel deceſſum
Cæſaris deberi,iuxta decretum in erectione appoſitum, nó
poteſt dici,fuiſſe Fiſco incorporatum , & ad hoc optimè fa-
cit communis opinio Doctorum *in l. Gallus, §. & quid, ſi tan-
tum, ff. de liber. & poſtum.* Vbi reſtitutus ad bona Fiſco incor-
a porata , dummodò in alium non ſint tranſlata [a] per Fiſcum,
ſed immediatè tertiis quæſita per damnationem, ea recupe-
rat; vt bene deducit Nat. *conſ. 471. num. 2. & 3.*

6 Hoc † igitur conſtituto, quòd Dominus Cæſar poſſit au-
diri , non obſtante dicti reſcripti limitatione , quantùm ad
ſecundam partem dubij attinet, an ſcilicet ſit reſtituendum
prædictum officium, Domini cenſuerunt eſſe reſtituendum:
nam de eius titulo & poſſeſſione longæua dubitari non po-
teſt. Quòd autem & fuerit priuatus per ſententiam Guber-
natoris, non debet ei obeſſe, cùm ea lata fuerit ob ſolam có-
tumaciam, vt ex inſpectione actorum colligitur , cùm in iis
nullum reperiatur deductum , nec probatum delictum , ex
quo veniret priuandus : & ita fuit in Rota pluries deciſum,
veluti in vna ciuitatis Caſtelli coram me, eáque per compa-
ritionem infra annum , iuxta conſtitutionem felic. record.
Pij V. fuit reſoluta, cum omnibus inde ſequutis. Nam tam-
diu durat eius effectus quamdiu durat contumacia , Achill.
*deciſ. vnic. de abſolut.* & ita tentum in vna Romana Canoni-
catus ſancti Angeli coram bon. memor. Cotta & in Roma-
na Notariatus coram R.P.D. meo Orano, ex doctrina Bald.
*in l. 1. C. de poſtul.* Doctores *in cap. ex literis* , vbi Dec. *num. 12. de
conſtit.* cum aliis per informantes allegatis.

7 Non † obſtat, quòd dicta ſententia videatur iuſtificari ex
aſſertione felic. record. Gregorij XIII. qui in ſuo motu pro-
prio narrat, illam latá fuiſſe de ordine & voluntate ſua, & ex
cauſſis ſibi bene notis. Quia in iſtis non creditur atteſtatio-
b ni Papæ [b] ad probandum delictum, Put. *deciſ. 129. l. 1.* Mohed.
*deciſ. 27.* Creſcen. *deciſ. 49.* latè Gabriel. *de probationib. concluſ. 2.
num. 28. & 29.* Et fuit dictum coram me in cauſſa Imolenſ.
Caſtrorum. Accedat , quòd iſta ſententia fuit reuocata per
viam nullitatis per A. C. & bene , quia non iuſtificatur ex

A actis, ideò eſt notoriè iniuſta & nulla , Put. *deciſ. 396. in vna
Toletana matrimonij, in fin. lib. 1.*

Non † obſtat, quòd ſententia prædicta fuerit confirma- 8
ta per Gregorium cum clauſula , *ſupplentes*, & aliis clauſu-
lis ampliſſimis, quæ videntur obſtare, quo minùs poſſit re-
dargui de nullitate, quia prædictus motus proprius corruit
ex defectu intentionis, vt mox demonſtrabitur , & ſaltem
non debet confirmatio operari, niſi cum ſua cauſſa, id eſt,
vt reſoluta ſententia per comparationem, reſoluatur etiam
diſpoſitio motus proprij : hoc enim ipſi æquitati & iuſti-
tiæ conſonum videtur.

Quòd † autem laboret vitio defectus intentionis, patet, 9
quia Papa ſupponit, officium prædictum ob priuationem
vacaſſe, & eſſe locum ſuppreſſioni & extinctioni : & ideò
B deberi Collegio, ſed illud falſum eſt: tum quia ſententia có-
tumacialis non priuat, niſi elapſo anno contumacibus præ-
ſtituto, iuxta *ſuprà* allegata ; tum etiam quia ſtantibus re-
ſcriptis Iulij III. & Piorum IV. & V. hoc officium non
vacabat per obitum Cæſaris, ſed in eo ſuccedebant Reue-
rendiſſimus Dominus Alexander & Iulius eius filij.

Neque † huic rei obſtat regula Cancellar. 59. quia cùm 10
officium per deceſſum poſſeſſionis extingueretur ad fauo-
rem Collegij: non autem vacaret ad diſpoſitionem Papæ;
illa regula , quæ vult prouidere , ne prædeceſſorum facto
ſupplantentur ſucceſſores, nihil obſtat iſtis conceſſionibus
factis Dominorum Alexandro & Iulio : hoc enim reſpicit
ſolum intereſſe Collegij. Neque obſtat, quòd in dicto mo-
tu proprio tollatur facultas dicendi de defectu intentionis,
C quia nihilominùs ſemper opponi poteſt hæc exceptio , vt
Put. *deciſ. 213. lib. 2.* Gabriel. *conſil. 26. num. 13. lib. 2.*

Neque † obſtant clauſulæ prohibentes reſtitutionem, 11
quia cùm præſumendum ſit, voluntatem Papæ eſſe talem,
quatenus de iure eſſe debet, *cap. nouit. de iudic.* Compoſtelli
& alij *in cap. cauſſa, quæ, de reſcript.* vtique dicendum eſt, Pa-
pam intellexiſſe de reſtitutione per viam gratiæ , non au-
tem de ea, quæ petitur mediante iuſtitia. Quare fuit con-
cluſum in vtraque parte pro affirmatiua.

## ALIA DECISIO.

Et † in eadem Lunæ 17. Februarij 1592. fuit dubitatum, 12
an ſententia Domini Gubernatoris ſuſtineri poſſit, vel con-
D ſtet de tali comparitione Domini Cæſaris, vt eadem ſen-
tentia ſit reſoluta in caſu , de quo agitur. Et quantùm ad
priorem partem dubij, Domini concorditer cenſuerunt,
ſententiam ſuſtineri non poſſe , neque ratione delicti, ne-
que contumaciæ, neque mulctæ. Nam quantùm ad deli-
ctum, nihil de eo in actis deductũ eſt, neque in monitoriis
eſt enumeratum: ideóque ſententia hoc reſpectu eſſet no-
toriè iniuſta, cùm ex actis non iuſtificetur, Franc. *in cap. di-
lecto, quæſt. 55. de appellat.* Felin. *in cap. inter cæteras, de re iudi-
cata*, Put. *deciſ. 401. in fin. lib. 1.* Nam de aliquo corpore deli-
cti non conſtitit , vt in criminalibus eſt neceſſarium, *l. 1. §.
item illud, ad Syllanian.* Gratus *conſil. 99. num. 7. lib. 1. inter conſi-
lia criminal. diuerſorum*, Clarus *in practica criminal. q. 4.* Alex.
*conſil.* 108. cum aliis per informantes allegatis.

Neque † aliquid operatur aſſertio Papæ dicentis , ſen- 13
tentiam latam fuiſſe ex ordine & voluntate ſua, & ex cauſ-
ſis ſibi notis: quia in criminalibus non ſtatur, ad probãdum
E delictum, aſſertioni Papæ, Decian. *conſil. 410. num. 9.* Put. 299.
*lib. 1.* Mohed. *conſil. 271.* cum aliis.

Quantùm † verò ad condemnationem contumaciæ, 14
ſententia ſuſtineri nequit, cùm hîc nó conſtet de vera con-
tumacia [c] Cæſaris, cùm non fuerit perſonaliter citatus, & c
quod plus eſt, monitorium fuerit nulliter executum , licèt
enim Gubernator facultatum vigore poſſit citare domi,
tamen cùm hoc caſu præſcripſerit certam formam execu-
tioni monitorij, illa erat ſeruanda, forma autem præſcripta
erat, vt Cæſar perſonaliter, ſi fieri poſſet, ſin autem , domi
ſuæ ſolitæ habitationis & in valuis curiæ, dimiſſis copiis;
verùm de nulla diligẽtia facta de citando perſonaliter con-
ſtat, vnde executio defectiua eſt, Doctor. *in l. 4. §. prætor ait,
de damn. infect.* Rota *deciſ. 8. de dolo & contumacia, in nouis*,
Achill. *deciſ. 2.* dicit Caputaquen. *deciſ. 160. lib. 1. in manuſcrip.
& deciſ. 3. lib. 1. in impreſſis.*

Nec † aliquid facit, quòd Curſor dicat recitare, vt ſuprà, 15

quia

quia in cōtinenti ſubdit,domi dimiſſa copia, vnde cenſetur
facta relatio tantùm ad id,quod expreſſum eſt,& non ad o-
ra contenta, Decius *conſ.47.num.1.* Pariſ.*conſ.103.num.11.& 12. lib.1.* Ruin.*conſ.127.num.5.lib.2.* præterea videtur potiùs habi-
ta relatio ad materias contentas in monitorio;quàm ad eius
exſequutionem,iuxta notata per Bartolum *in l.talis ſcriptura, num.3.& 16.* Iaſon.*num.37.de legat.1.*

16 Secundum † autem monitorium, quod eodem modo e-
rat exſequendum vltra omiſſas diligentias de referendo, nõ
fuit exſequutum ad valuas,ſed tantùm domi , nec obſtet re-
ſponſio , quòd non eſſet neceſſarium hoc ſecundum moni-
torium,ex quo officiũ comprehendebatur ſub mulcta quin-
quaginta millia ducatorum, quia hoc verum eſſe nõ poteſt,
cùm mulcta illa pecuniaria deberetur Fiſco : officium verò
Collegio,& in pœnalibus non poteſt fieri iſta extenſio , ne-
que iſti defectus poſſunt dici ſublati per comparitionem
Ioannis de Camerino,quia de mandato eius non conſtat.Et
vbi agitur de iure tollendo & pœna inferendo , requiritur
certa & indubitata ſcientia, Afflict.*de iure patronatus, §.2.nu.* 8.Felin. *cap.quoniam,§. porrò,col. antepenult. verſic.quid vbi ad perdend.vt lit.non conteſt.* Mohed. *deciſ.*160. Put.*deciſ.6.de probat.* Caputaq.*deciſ.110.num.2.*

17 Neque † obſtat ratificatio geſtorum facta per Cæſarem,
quia non refertur ad hanc comparitionem , cuius ſcientia
non probatur,ſed ad alia per eum geſta poſt habitum recur-
ſum ad felic.record. Sixtum IV.

18 Quantùm † ad condemnationem , ratione mulctæ pro-
pter contumaciam irrogatæ , ex qua præcipuè informantes
pro Dominis Secretariis volunt ſententiam ſuſtinere , Do-
mini cenſuerunt , neque etiam ex hoc capite defendi poſſe:
nam etiam circumſcriptis ſupradictis defectibus,negari non
poteſt , Dominum Cæſarem non poſſe dici verum contu-
macem,ſed fictum tantùm:nam,vt ſit verus,requiritur , ſe-
cundùm Angelum,*conſil.8.* vel quòd citatus perſonaliter di-
cat ſe nolle venire,vel quòd ſecundò citatus nõ compareat.
Vnde ſequitur mulctari non potuiſſe,gloſ.*in l.vnica, §.final.ſi quis ius dicenti non obtemper.* & ibi Docto.communiter, vt per
Alexan.*num.2.* Iaſon.*num.32.* vbi vult ad hunc effectum non
haberi pro perſonaliter citato,cùm eius dolo factum eſt , ne
perſonaliter citaretur,etiam doloſè habitando, Angel.*conſ.8.* latè Boſſ.*in titulo mulct.num.6.* Marant.*in ſuo Spec. tit.de contumac.num.9.* vbi atteſtatur de communi.

19 Neque † obſtant deducta ex Felin.*in cap.ex literis,num.20. de conſ.* & Tiraq. *in tracta.ceſſ.cauſ.in præfatio.nu.67.& 69.* quia
loquuntur in eo contumace , cuius delictum iam fuit dedu-
ctum & in actis probatum.

20 Neque † ex eo etiam ſuſtineri poteſt hæc mulcta, quòd
ab ea non fuerit appellatum , dato quòd legitimè imponi
potuiſſet, quia imò habitus fuit recurſus ad Papam , & ob-
tenta reuiſio quæ idem operatur,quod appellatio , Francus
*in cap. dilecto,num.168.de appellatio.* Et in ſpecie quòd à mulcta
poſſit appellari,& etiam peti recurſus,tradit Bart. *in l.1.in fine principij,* & ibi Cagnol. *num.105. ſi quis ius dicen.non obtemper.* Boſſ.*vbi ſuprà num.5.*

21 Neque † tandem poteſt ſcientia ſuſtineri ex confirmatio-
ne Papæ,quia corruit ex defectu intentionis , vt aliàs dedu-
ctum fuit , neque conſtat Papam habuiſſe notitiam nullita-
tum ſuprà deductam , Rimin. *in conſ.54. num.47. & 48.lib.1.*
quòd eo magis eſt dicendum, cùm ob inobedientiam & cõ-
tumaciam quis non veniat mulctandus,niſi habeat coniun-
ctum iudicis contemptum,gloſſ.mag. *in d.l.vnic.§.fin.* Quam
communem dicunt ibi Cagnol *num.20. & 28.* & Seiſell.*in l. ſi mora,num.19.ſoluto matrimon.* Clar.*in Pract.crimin.§. 1. in fine.* hîc tamen non tam contemptus quàm timor dedit cauſ-
ſam abſentiæ.

22 Ex † his reſultat reſolutio poſterioris partis dubij,nempe
ſententiam per comparitionem reſolutam fuiſſe , cùm hæc
ſententia fuerit interlocutoria,vt per Socin.*in d.l.vnica, §.final.num.7.* vt pluries in ſimilibus caſibus fuit in Rota reſolu-
tum. Nam tamdiu durat effectus reſultans ex contumacia,
quamdiu durat contumacia,Bald.*in l.1.C.de poſtul.* Felin.*in c. ex literis,num.*16.& Dec.*num. 22.de conſtit.* Achil.*tit.de abſol.*

23 Nec † quicquam facit, quòd iuxta formam Bullæ Cæſar
non conſtituerit ſe in carceribus , quia vltra quòd Bulla lo-
quitur tantùm in delictis,in quibus quis non ſolet audiri ex-
tra carceres , hîc adeſt commiſſio cauſſæ ſignata per felicis

A recordationis Sixtum, quæ ſupplet hanc formam, & facit,
vt non requiratur alia conſtitutio , ſed quòd poſſit audiri
extra carceres, prout non obſtante Fiſci proteſtatione fuit
auditus & abſolutus per ſententiam,quæ tranſitum fecit in
iudicatum, & ita etiam tollitur,quòd dicitur non fuiſſe fa-
ctum depoſitum,cùm Papa aliam formam huic iudicio da-
re voluerit , quare nemine contradicente fuit in vtraque
parte dubium pro Domino Cæſare reſolutum,&c.

## ALIA DECISIO.

Et † in eadem Vener.10.Aprilis 1592.fuit dubitatum,an 24
ſententia Gubernatoris poſſit ſuſtineri ex confirmationi-
bus contentis in literis motus proprij felic.record. Grego-
rij XIII. in caſu & ad effectum,de quo agitur, & cauſſa
B per omnes Dominos diſcuſſa fuit, nemine diſcrepante, re-
ſolutum ex duobus potiſſimùm non poſſe ſuſtineri.Et pri-
mò,quia cùm Papa clarè non intellexerit defectus,qui fue-
rant in ſententia,de qua agebatur,neque etiam intellexerit
præiudicium,quod inferebatur filiis Domini Cæſaris : hu-
iuſmodi confirmatio tanquam laborans defectu intentio-
nis nihil operatur : quãuis reſcriptum fuerit ex certa ſcien-
tia,vt tradit Caſtrenſ. *conſil.84.num.4. lib.2.* quem refert &
ſequitur Alexand. *conſil.122. num.25.* & ibi adden. *litera A, lib.4.* Quod tantò magis dicendum eſt in caſu iſto,in quo
actorum extenſio & inſertio in literis facta eſt nuperrimè
in expeditione facta ſub forma rationi congruæ longè poſt
obitum Gregorij , quæ non poteſt retrotrahi ad inducen-
dam ſcientiam contentorum in præiudicium tertij. Et Ro-
ta aliàs in cauſſa Caluatenſ. coram bonæ memoriæ Deca-
C no de Rubeis 16.Ianuarij 1587. deinde poſteà coram me
reſoluitur , confirmationem non poſſe dici verè ex certa
ſcientia, non obſtante appoſitione dictæ clauſulæ, niſi to-
tus tenor tunc Papæ innotuerit & inſertus fuerit , Ferret.
*conſilio 38. numero 5.* Decian.*conſil.33.num.5.* Gozad.*conſil.9. num.38.*

Secundò, † , cùm ſententia iſta Gubernatoris haberet in 25
ſe ſui natura tacitam reſolutionem , ſi infra tempus con-
demnatus comparuiſſet,prout etiam comparuit , & contu-
maciam purgauit,vt per Felin.& Dec.*in cap.ex literis , nu.12. 13.& 17.de conſtit.* Achil.*deciſ.132. in impreſſ. ſub tit. de dolo & contumacia* , & fuit in pluribus cauſſis in Rota reſolutum:
vtique eandem quoque conditionem recepit confirmatio,
reſpectu iuris, non autem factum alterare vel extendere,
*l. Aurelius, §.teſtamento, de liber.legat.* Bal.*in l.aduerſus,in fin.C. ſi aduerſus rem iudicat.& in l.nominationes,in fin. C.de appellat.* Alex.*d.conſi.17.nu.20.lib.4.* Ruin.17.*num.10.& conſi.158.num. 16. & conſil.11.num.18.lib.5.* Aym.*conſil.257.num.4.*

D Et † hæc tantò magis procedunt,quia cùm prætenda- 26
tur pro parte collegij,hanc ſententiam fuiſſe latam in mul-
ctam contumaciæ , non autem ratione delicti,apertiſſimè
redditur iniuſta confirmatio , ſi alium intellectum ſequa-
mur,cùm Papa præſupponat factum fuiſſe locum ſuppreſ-
ſioni officij.Ideóque in executionem Bullæ Innoc. VIII.
illud ſupprimit & applicat collegio , & tamen non erat fa-
ctus locus ſuppreſſioni,cùm Cæſar neque ceſſiſſet , neque
deceſſiſſet, neque ciuiliter eſſet mortuus , quia fuerat tan-
tùm mulctatus in ſummam quinquaginta millia ducato-
rum , quæ mulcta non parit capitis diminutionem. Et hæc
omnia vltra præiudicium ignoratum filiorum , quod ſuprà
deductum eſt : ex quibus clarè conſtat de defectu intentio-
nis ad Bullam, *deciſ.392.& 473.* Sarnen.*de iure quæſt.non tollend.quæſt.1.* Ei fuit reſolutum in vna Barchinonen.3. Apri-
E lis 1573. coram ſanctiſſimo Domino noſtro. Plura con-
gerit Rimin.iun.*conſ.45.num.33.lib.1.*

Non † obſtant aliæ clauſulæ per informantes ponde- 27
ratæ,quæ eodem modo tolluntur , cùm non operentur in
iis, quæ ſunt facti,ſed in iis , quæ ſunt iuris tantùm , vltra
alios Socin.*conſil.164.num.7. lib.2.* Ferret. *conſil.32. num.52.*
Etiam clauſula , *quorum tenores* , nullam habet efficaciam,
quoties Papa,ſi ſciuiſſet defectus,non ita reſcripſiſſet,Pariſ.
*conſil.74.num.55.lib.4.* Put.*deciſ.51.de præbend.*

Sed † & omnem prorſus difficultatem tollit,quòd Do- 28
minus Cæſar poſteà comparuit , & reſcriptio Principis ad-
miſſus fuit ad defenſionem : & retractata ac reuocata fue-
runt geſta per Gubernatorem per ſententiam A. C. quæ
tranſitum

tranſitum fecit in iudicatum. Vnde concluſum, præfatam ſententiam Gubernatoris neque ſimpliciter, neque ad effe-ctum, de quo agitur, ſuſtineri poſſe ex præfatis confirmationibus.

### *ADDITIONES.*

a T*Ranſlata.* De hac materia, an ſcilicet & quando reſtitutio ſeu gratia facta bannito ſeu condemnato extendatur ad bona in alium alienata, ſeu penes tertium exſiſtentia, vide regulam cum ampliationibus & limitationibus poſitam per Dominum meum Farinacium *in ſua Pract. crimin. part. 1. titul. de inquiſit. quæſt. 6. numer. 33. & ſequentib. plurib.*

b *Atteſtationi Papæ.* Quando Papa vel Princeps aliqui aſſerit, quod ſuum commodum reſpiciat, vtputà aſſerendo aliquem commiſiſſe delictum, pro quo præſertim veniret confiſcatio bonorum, an tali aſſertioni plenè credatur, vide omninò declarantem Dominum meum Farinacium, *in ſuo tractatu de teſtibus, quæſt. 73. num. 171. & ſeqq. pluribus.*

c *Vera contumacia.* Veriſſima eſt iſta concluſio, quòd licèt verus contumax mulctari poſſit, fictus tamen minimè mulctatur: ad cuius comprobationem vide plures Doctores allegatos per Dominum meum Farinacium *in ſua Pract. crimin. part. 1. tit. de delictis & pœnis, quæſt. 18. num. 50. & ſeqq.* vbi etiam ponit, quis dicatur verus, & quis fictus contumax.

*Fam. Cent. I.V.D. Galeſij.*

## ORANI.

*Romana Siluiani interdicti, Mercurij 20. Nouembris 1591.*

### ARGVMENTVM.

Legatum quantitatis pecuniarum inueſtiendarum per heredem in tot cenſus & loca montium ad vtilitatem legatarij, aliàs in caſu non inueſtiturationis, an teneatur idem heres ipſi legatario ad ſolutionem ſcutorum ſex cum dimidio pro quolibet centenario legato, an ſapiat vſuram, an verò potiùs ſit licitum & à iure approbatum? Eſt notabilis deciſio.

### *SVMMARIA.*

*Legatum certæ quantitatis cum hoc, quod ſoluatur tantum pro centenario quolibet anno, quouſque reſpondeatur creditori aut legatario de ſorte principali, eſt vſurarium, num. 2.*

*Legatum certæ quantitatis pecuniarum ſtatim inueſtiendarum per heredes in officiis locis montium & cenſibus ad commodum legatarij, & ſi non fuerint inueſtitæ, quòd ſoluantur fructus ad rationem ſex cum dimidio pro centenario in pœnam negligentiæ & moræ, eſt validum, & à iure approbatum, num. 3. & ſeqq.*

*Pecunia quando debetur vt ſpecies, tunc iudicatur de illa vt de ſpecie, & non vt de quantitate, num. 3..*

*Mora ſi fuerit commiſſa in reſtitutione alicuius debiti in ſpecie, & non in pecunia, tunc debentur fructus propter dictam moram, num. 3. in fin.*

*Legitima debetur filio vnà cum fructibus à die obitus patris, nu. 4.*

E *Legatarius poteſt intereſſe non ſoluti legati, conſtituto prius herede in mora, per interpellationem petere, num. 4.*

*Mora incurritur ſine interpellatione, quando quis eſt debitor in certum diem, num. 5.*

*Vſura non eſt, quando aliquid ſoluitur vltra ſortem loco pœnæ, num. 6.*

*Tutor negligens emere pupillo prædia, condemnatur ad præſtationem vſuræ, num. 6.*

*Legatarius non poteſt cogere heredem ad ſoluendum ſibi legatum ante præfinitum tempus à teſtatore, num. 7.*

*Vxor vidua poteſt petere ab heredibus mariti vſuras dotis propter retardatam ſolutionem, nu. 7. in fi. & in addit. lit. a, vbi de materia.*

*Legatum dicitur alternatiuum, quando ſumma principalis legata poſita eſt in diſpoſitione heredis debitoris, num. 8.*

A *Vſuræ natura eſt multiplicare obligationem, num. 8. in fin.*

*Vſura cenſetur, quando quantitas pecuniæ mandatur ſolui per dinumerationem temporis, etiam quòd mandetur ſolui ſub nomine pœnæ, declara, vt num. 9.*

*Pœna adiecta obligationi alicuius facti, non intelligitur adiecta in fraudem vſuræ, num. 9.*

*Obligatus aliquid facere abſque tẽporis adiectione, cenſetur obligatus ſtatim facere, num. 9 in fin.*

*Intereſſe ratione moræ nunquid poſſit à principio à partibus taxari: dic quòd ſic, quando taxatio non excedit veriſimile intereſſe, num. 10.*

## DECISIO LXXXV.

B ILluſtriſſimus † Dominus Vicinus Vrſinus Leonidæ filio ſuo naturali legitimato reliquerat legatum ſub ſequenti formula verborum; *Laſcio à Leonida ſcudi ventimila, della qual ſomma & quantita ſene debbanno comprare tanti Officij, Monti & Cenſi parte vacabili, & parte non vacabili à beneficio di eſſo Leonida, & ogni volta, che detta ſomma non s'inueſtiſca ſubito come ho detto, voglio, che in quel mentre ſi ritardara deffettuare & eſſequire queſta mia volunta, li miei heredi ſiano obligati à pagare al detto Leonida li frutti della quantita non ſpeſa à ragione di ſcudi ſei e mezo per cento l'anno, & che detti officij & luoghi ſene debbia prima cauare il vitto & veſtito neceſſario d'eſſo Leonida. Et queſto ſi facci & eſſerciti inſino che detto Leonida ſia peruenuto all'eta d'anni diſdotto, da quell' impoi poſſi diſpenſar lui à ſuo beneplacito.* Cum autem in ea parte heredes exſequi voluntatem teſtatoris neglexiſſent, à Leonida coram A.C. conuenti, in iudicio Saluiani interdi- 1

C cti ſuccubuerunt, decreta eidem Leonidæ immiſſione in eorum bona detinenda, donec de legato ſibi foret ſatisfactum: demùm commiſſa mihi cauſſa appellationis reſtricta fuit diſputatio dubij generaliter ſuper iuſtitia dictæ ſententiæ conceptæ ad legatum fructuum à teſtatore ad rationem ſex cum dimidio pro centenario.

Et † Domini tenuerunt, ſententiam ex hoc capite ſuſti- 2
neri, neque enim iſtum eſſe caſum ſimplicis legati quantitatis, cùm hoc, quòd ſoluantur tot pro centenario quolibet anno, quouſque reſpondeatur creditori aut legatario de ſorte principali, in quibus terminis loquitur Bart. communiter approbatus *in l. 3. § fin. de annu. legat. in l. 2. ff. de his, quæ pœn. nomine, in l. Iulianus, § idem Papinianus, ff. de act. emp. in l. cùm ſtipulati ſumus, in fine, ff. de verbor. obligat.* Roman. & alij *in l. ſtipulatio iſta, § alteri ff. de verbor. obligat.* latè Anchar.

D *conſil. 93.* Alexand. *conſil. 27. num. 5. & ſeq. lib. 4.* Socin. *conſil. 56. num. 2. volum. 3.* Roland. à Valle *conſil. 55. num. 22. cum ſequen. lib. 2.* & alij, de quibus hìc per informantes.

Sed † caſum eſſe legati quantitatis, quæ ſtatim debuit 3
per heredes in officiis locis montium & cenſibus ad commodum legatarij inueſtiri, & quamdiu non fieret inueſtitura in pœnam negligentiæ aut moræ grauaminis iiſdem impoſiti de ſoluendo fructus ad rationem ſex cum dimidio pro centenario: nam huiuſmodi præſtatio eſt licita, tum quia non fuit legata pecunia, vt pecunia ſimpliciter, ſed vt ſpecies, vt conuerteretur in officia loca montium & cenſus; quando enim pecunia debetur vt ſpecies, de illa iudicatur, vt de ſpecie, & non vt de quantitate, *l. talis ſcriptura, in fine, de legat. 1. l. ſi ſeruus, § qui quinque, eod. tit.* Doctor. *conſil. 33. num. 6.* Ita quòd veniunt in eo fructus moræ, non ſecus, atque ſi abſolutè & ſimpliciter fuiſſent legati cenſus, aut loca montium, *l. 1. § fin. C. de vſur. & fruct. legat.*

Tum † etiam, quia legatum inſeruit filio pro legitima 4
cùm ſit legitimatus, quæ debetur cum fructibus à die obitus patris, gloſſ. 1. communiter recepta *in l. fideicommiſſaria, in fine ff. ad Trebellian.* per totum *in l. Papinianus, § ſi conditioni, ff. de inofficioſ. teſtament.* Alexand. *conſil. 227. num. 2. lib. 2.* Socin. *conſil. 59. num. 30. lib. 2.* vel etiam pro alimentis, & in hoc non controuertitur, quòd quando filius non habet aliunde, vnde ſe ſuſtentet, dummodò heredem interpellet & declaret habere ſe fundum, quem ex pecunia legata poſſet emere, vel quòd paratus eſt pecunias ad lucrum ponere, poteſt ratione lucri ceſſantis heredes ad ſolutionem dicti intereſſe compellere, *l. vnic. & ibi gloſ. fin. . . . num. 119. C. de ſentent. quæ pro eo, quod inter.* Ancharan. *conſil. 150.* Pariſ. *conſil. 64. num. 4. lib. 4.* Couarruu. *lib. 3. variar. reſolut. cap. 4.*

Dominic.

Dominic.Sot.*de iuſtitia & iure,lib.6.quæſt.1.art.3.* Menochius A
*de arbitrar.caſu 119.*

5 Quæ † quidem interpellatio iſto caſu non fuit neceſſa-
ria, quia cùm ſtatim deberet fieri inueſtitura per lapſum diei,
heredes fuerunt in mora conſtituti,iuxta *l.magnam,C.de con-
trah.& committ.ſtipulat.l.in minorum,C.in quib.cauſ.in integ.re-
ſtit.non eſt neceſſ.*Socinus *conſilio 57.num.43.lib.4.* Gozadinus
*conſ.69.num.*10.Sed nihilominùs fuit opportuna declaratio,
cùm ante certam ætatem Leonidæ prohibita fuerit legati
adminiſtratio.

6 Cùm † igitur teſtator mandauerit reſponderi de fructi-
bus,non poteſt conſiderari vſura,quia hoc fecit non princi-
paliter,ſed in conſequentiam propter aliud , ad ſcilicet pu-
niendum heredum moram & dilationem; cùm Romæ offi-
cia,cẽſus & loca mõtium paſſim venalia reperiantur , prout B
videmus tutorem negligentem emere pupillo prædia,dam-
nari pupillo ad vſurarum præſtationem, non quidem pecu-
niæ,ſed fructuum,quos ex prædiis percepiſſet , Bart. *in l.tu-
tor,qui repertorium,§.poſt diſpoſitionem,num.2. ff. de adminiſtra-
tione tutor.*Couarruuias *libro 3.variarum,cap.1.num.9.*

7 Et † præmiſſa ſine difficultate procedunt , quoniam in-
ueſtitura pecuniarum fuit in poteſtate heredum , ita quòd
ante præfinitum tempus à teſtatore , vt dixi, legatarius non
potuit cogere ipſos ad legatum ſoluendum.Socin.*in l.2.ff.de
his,quæ pœn.nomin.*Modern.Pariſ.*de vſur.q.73. nu.490. Couar-
ruuias d.lib.3.variarum,cap.1.in fin.*Et facit doctrina Bartol. *in
l.in inſulam,§.vſuras , ff. ſoluto matrimonio* , vbi voluit, ſoluto
matrimonio viduam ab heredibus mariti vſuras pro dote[a],
a quæ reſtitui differtur , licitè percipere poſſe , quia infra an- C
num ab heredibus inuitis dotem ſuam repetere non poteſt.

8 Præmiſſis † addebat vnus ex Dominis , quòd hîc nulla
poteſt cadere imaginatio vſuræ , cùm nullum ſit mutuum,
nulla interuenit pactio aut negotiatio ; nam heres dum de
fructibus ſatisfacere legatario mandatur, non eſt obligatus
ad ſummam principalem , nec vllo modo legatarius illud
poteſt exigere , ſed eſt potiùs legatum in effectu alternati-
uum , ex quo ſumma principalis poſita eſt in diſpoſitione
debitoris , Bald. *in l.vnic num.18. verſic.tertiò quæro,Cod.de his
quæ pœn.nom.*in quo ceſſat vſura,cùm de illius natura ſit mul-
tiplicatio obligationis.

9 Non † obſtat,quòd vbi quantitas mandatur ſolui per di-
numerationem temporis , etiamſi mandetur ſub nomine
pœnæ,cenſetur vſura, Bald. *in l.cùm allegas , in fin.C. de vſur.* D
Aretin.*conſil.152.colum.3.*Purpurat.*in l.rogaſti,§.ſi tibi,ff.ſi cer-
tum petat.*Cagnol.*in l.curabit,colum.2.C.de act.empt.* Petr.Re-
buff.*in l. vnic. num.616. C. de ſent. quæ pro eo.* Quia hoc non
procedit,quando pœna non fuit adiecta obligationi quan-
titatis,ſed obligationi , quæ conſiſtebat in facto, vt colligi-
tur ex illis verbis;*Et ogni volta che la dicta ſumma non ſe inue-
ſtiſſe ſubito:*quod conſiſtit in facto , tunc enim communis eſt
opinio,etiam Canoniſtarum,quòd pœna adiecta obligatio-
ni facti nõ intelligitur in fraudem vſurarum.Ioan.Menoch.
*in rubric.de vſur.num.10.lib.6.*& ibi Prob.*in addit.num.34.* A-
lexand.*conſil.10.num.1.&* 148.*num.1.lib.7.*Bero.*conſi.118.nu.17.
lib.1.*Pariſ.*conſ.34.num.31.lib.1.* Tib. Decian. *conſil.79.num.3.
& 7.lib.3.*Quòd autem obligatio inueſtiendi pecuniam fue-
rit impoſita heredibus ſtatim poſt mortem teſtatoris, appa-
ret,quia onus fuit imperſonaliter iis iniunctum, Bald.*in au-
thent.ſi quando,Cod.de conſtit.pecun.*

Non † obſtat , quòd ſaltem ratione moræ non potuit ab E
10 initio fieri certa intereſſe taxatio, Bald.*in l.rogaſti,§.ſi tibi,col.
2.in fin.verſic.quid ergo,ff.ſi certum pet.* Cagnol. *in d. l. curabit,
ſub num.59.Dec.conſ.119.ſub num.3.& conſ.183.num.3.* quia cõ-
trarium eſt verius,quando taxatio eſt intra modicum legiti-
mum,vtpote , quæ concurrit pro precio naturaliter ad fru-
ctus officiorum,locorum,montium & cenſuum:nam ſi fru-
ctus veriſimiliter aſcendant ad intereſſe à teſtatore præor-
dinatum,taxatio non cenſetur illicita , Dec.*in cap.cùm vene-
rabilis,nu.14.de except*Gabr.*de empt.& vendit.concluſ.4.nu.21.*
Et fuit reſolutum coram D.Cæſare de Graſſis in vna Tibur-
tiana Caſtri ſancti Angeli 19. Martij 1574. Non eſt autem
dubium , quin de fructu vberiore reſpondeant officia , loca
montium & cenſus , quàm fuerit à teſtatore intereſſe pro-
pter moram taxatum.

### *ADDITIO.*

DOte. Vxor an & quando mortuo viro poſſit præten- a
dere vſuras non reſtitutæ dotis , vltra Doctores mox
allegandos , vide Roland. *conſil.55. lib. 2. per tot.in diſcurſu,*
Plot.*in l.ſi quando,num.450.& plurib.ſeqq. C.vnde vi, ſecun-
dum antiquam impreſſionem* , omninò Ioan. Baptiſt. Lup.*in
tract.de vſur.comment.1.§.3.per tot.& in diſcurſu, & præſertim
num.84.& ſeqq.*

Et quidem verior & crebrior videtur opinio, quòd vſu-
ræ prædictæ non poſſint per vxorem percipi , & ſi perci-
piantur,in ſortem computentur,ſicut teſtatur Cephal.*conſ.
133.num.*130.*& ſeqq.* licèt aliqui *ibi* per eum relati contra-
rium dixerint,& de crebriori ſententia teſtatur etiam Mi-
chaël Craſſ. *in comm.opin. lib.1. cap.6. quæſt.24.* Nec diſſen-
tiunt alij relati per Couarr.*variar.reſolut.lib.3. cap.1.num.3.
verſic.6. hinc etiam conſtat*, vbi de* communi.Et multò mi- *
nùs dictæ vſuræ vxori debentur, ſi dos fuit data exiſtimata
ſecundùm eundem Cephal.*in conſil.78.num.4.lib.1.*

Nec per maritum vxori relinqui poſſunt,Cephal.*d.conſ.
113.num.*132.*eod.lib.*1.

Aduerte tamen , quòd licèt vxori ſoluto matrimonio
non debeantur vſuræ ob retardatam dotis reſtitutionem,
debentur tamen ratione damni emergentis,quod paſſa eſt
vxor ob non reſtitutionem dotis,vel ratione lucri ceſſan-
tis , putà ſi vxor ſolita eſſet negotiari , & certitudinaliter
tantum fuiſſet lucrata, ſi eadem dos ſibi fuiſſet reſtituta,ſe-
cundùm Cephal. *d.conſil.133.nu.134.& ſeqq.*Michaël Craſſ.
*d.lib.1.cap.6.ead.quæſt.24.*Couarr. *variar. reſolut. d. lib.3. eod.
cap.1.num.3.d.verſic.ſextò hinc conſtat.* vbi latè Ioſeph.Ludou.
*d.conſil.36.verſic.ſecundo limitatur*,de communi.

Imò heredes mariti ad effectum,vt teneantur ad dictum
intereſſe conſtitui in mora abſque alia interpellatione,dixit
Michaël Craſſ. *in loco præcit.* cuius contrarium & de com-
muni teſtari videtur Ioſeph.Ludou. *d.concluſ.36.in princ. &
in verſic.iſta tamen limitatio,& ſeqq.*

Sed nunquid ex pacto & à principio poſſit taxari iſtud
intereſſe ob non reſtitutam dotem viduæ vxori, vide Ca-
gnol. *in l.curabit,num.15.& ſeqq.C.de actionib.empti*,Cephal.
*d.conſil.133.num.*130.*& ſeqq.*Couarr.*in loco præcit.*

*Famian.Centolinus V. I. D. Galeſij.*

## ORANI.

*Romana officij Notariatus, die 27.Nouembris* 1592.

### ARGVMENTVM.

De ſententia in contumaciam lata,quòd non
poſſit exſequi infra annum;& quòd per compa-
ritionem condemnati infra annum eadem ſen-
tentia contumacialis reſoluatur.

### *SVMMARIA.*

*Sententia dicitur merè interloqnutoria , & in contumaciam lata,
quando in proceſſu non conſtat de delicto,num.1.*

*Sententia contumacialis effectus remanet ſuſpenſus, donec currat
annus,& infra tale tempus exſequi non debet, ſub nu.1.& 2.*

*Condemnatus in contumaciam comparens infra annum , facit e-
uaneſcere ſententiam cum omnibus inde ſequutis, ſub num.1.
& num.4.*

*Condemnatus in contumaciam de ſtylo Capitolino , an habeatur
pro confeſſo,num.2.*

*Iudex appellationis condemnans in vna parte, cenſetur abſoluiſſe
in alia à contentis in prima ſententia,num.3.*

*Bona quando dicantur Fiſco incorporata,num.4.*

## DECISIO LXXXVI.

IN † vna Romana officij Notariatus fuit propoſitum 1
dubium præſuppoſito inſtrumento venditionis & offi-
cij reſolutionibus in cauſſa[a], & collationibus de officio fa- a
ctis,quænam collationum præualeat & ſit attendenda.Do-
mini reſoluerunt collationem officij per obitum Franciſci
ad fauorem Ioannis Petri del Drago factam præualere, &
eſſe attendendam,quia tunc vacauerit officium;non autem
quando

quando lata ſententia per Senatorem, Conſeruatores illud Horatio Stancario conceſſerunt. Cùm enim dicta ſententia fuerit merè interloquutoria in pœnam contumaciæ, non autem propter delictum, de quo nullo modo conſtabat, effectus eius remanere debuit ſuſpenſus, donec excurriſſet annus à Bulla felic. record. Pij Papæ V. ad comparendum Franciſco conceſſus: quia etiam iuri communi eſt conforme, vt ſententia quantumuis diffinitiua, non mandetur exſequutioni ante annum, ex iuris diſpoſitione, datum condemnatis ad ſe purgandum, *l. fin. C. de req. reis*, vnde cùm Franciſcus intra illum in carceribus ſe conſtituerit, per comparitionem ſententia euanuit cum omnibus inde ſequutis, vt ſæpiùs fuit reſolutum, & habetur apud Achil. *deciſ. vnic. de appellat.* fuitque dictum in vna Romana Canonicatus ſancti Angeli coram bon. memor. Cotta, & in altera Imolen. Caſtrorum coram Reuerendiſſimo Domino meo Decano, per doctrinam Bald. *in l. 1. num. 3. verſ. extra opponitur, C. de poſtu.* Decian. *in cap. ex literis, num. 12. & ibi fol.... num. 14.* Barbat. *num. 44.* Bellam. *num. 2. de conſtitut.* Tiraquell. *in tract. ceſſan. cauſſa part. 1. num. 59.* cum aliis per informantes allegatis.

2 Non † obſtat quòd de ſtylo Capitolino condemnatus per viam monitorij habetur pro confeſſo, quia præterquàm quòd huiuſmodi ſtylo non conſtat, admiſſa illius exſiſtentia, nihil operaretur, cùm ſit contrarius iuris diſpoſitioni & Bullis Pij IV. & Pij V. quibus reo nihil poteſt auferri intra tempus comparitioni præſtitutum; prætereà Bullæ, de quibus ſuprà, derogant omnibus conſuetudinibus & diſpoſitionibus in contrarium facientibus, poſt quarum publicationẽ non eſt tantum elapſum tempus, quòd ſufficiat ad inducendum ſtylum iuri contrarium.

3 Nec † facit, quòd Franciſcus poſt comparitionem non fuit ſimpliciter abſolutus, ſed ad triremes condemnatus. Quoniam ſatis eſt, quòd per comparitionem fuit reſoluta Senatoris ſententia. Nam altera ſententia Gubernatoris continens condemnationem ad triremes, arguit, ipſum ab aliis pœnis fuiſſe abſolutum, iuxta tradita per Felinum *in cap. cum inter, num. 7. de re iudicat.* Et latè fuit dictum in hac cauſſa coram bonæ memoriæ dicto Lauretano 12. Februarij 1585.

4 Minùs † releuat, quòd tempore collationis factæ Ioanni Petro del Drago officiũ reperiebatur incorporatum Fiſco; nam hæc incorporatio non probatur, cùm per Fiſcum nec poſſeſſum fuerit, nec inter bona Fiſci deſcriptum, ad Bart. *in l. 1. ff. de ventr. in poſſeſſ. mitten.* Socin. iun. *conſ. 126. num. 5. lib. 2.* & quatenus de eo appareret, alienatio, quæ immediatè ex ſententia Senatoris deſcendit, reſciſſa fuit per ipſius comparitionem, quia reducta fuit cauſſa ad non cauſſam, *l. ſi quis, filio, §. penul. ff. de iniuſt. rupt. & irrit. facto teſtam.* Ancharan. *conſ. 408. num. 4.* faciunt tradita per Ægid. *deciſ. 743.* & Felin. *in cap. inter quatuor, num. 5. de maior. & obedien.* cetera per ſcribentes bene pro D. Octauia, euacuata fuerunt.

*ADDITIO.*

a R*Eſolutionibus in cauſſa.* In hac cauſſa Romana notariatus fuerunt factæ plures aliæ reſolutiones, quæ fuerunt poſitæ *ſuprà in conſ. 5.* & ad materiam vide D. meum Farinac. *in ſua Pract. crim. part. 1. tit. de inquiſit. quæſt. 11. num. 83. & plurib. ſequentib.*

*Fam. Cent. I. V. D. Galeſij.*

ORANI.

*Viterbien. Bonorum, Lunæ 9. Decembris 1591.*

ARGVMENTVM.

Cauſſa iniuſta an & quando, & quæ excuſet à dolo, à mora, & à pœna caducitatis ab hereditati ob non adimplementum voluntatis teſtatoris.

*SVMMARIA.*

*Cauſſa quælibet, etiam iniuſta & beſtialis, excuſat à dolo, nu. 1.*

*Cauſſa iniuſta ad hoc, vt excuſet à dolo, debet non ſolùm allegari, ſed etiam probari, quòd orta fuerit antequàm quis inciderit in pœnam, num. 1. & in addit. litera a, vbi alia ad materiam probationis cauſſæ iniuſtæ.*

*Dolus potiùs præſumitur, quàm quòd quis ex iniuſta cauſſa motus fuerit, num. 1. in fin. & in addit. litera a, vbi de materia.*

*Interpellatio ad incurrendum pœnam non eſt neceſſaria, vbi eſt adiectus certus dies, num. 2.*

*Dolus arguitur ex contemptu iudicis, & ex longa ſuſtentatione litis iniuſta, num. 3. & num. 5.*

*Heres contumax in exſequendo voluntatem teſtatoris dicitur in dolo, num. 4.*

*Sententia contra non citatum non valet, num. 4.*

*Falſitas commiſſa in teſtamento quoad vnum legatum, non præiudicat quoad aliam diſpoſitionem in teſtamento appoſitam, num. 4.*

*Paupertas & impotentia probanda eſt per allegantem, num. 5. & in addit. litera b, vbi de materia.*

*Gratia ſubreptitia non ſuffragatur, num. 5.*

*Cauſſa iniuſta licèt excuſet à mora, illa tamen debet eſſe aliquo modo colorata: friuola enim cauſſa non attenditur, num. 6.*

DECISIO LXXXVII.

FVit † reſolutum, nepotes quæſt. Dominici non eſſe excuſandos à caducitate & pœna priuationis hereditatis dicti quæſt. Domini; nam licèt quælibet cauſſa etiam iniuſta & beſtialis excuſet à dolo & pœna, *l. igitur, §. 1. de lib. cauſſ. gloſ. l. 1. in verbo, iuſtis, ff. de abig.* cum allegat. tamen oportet nedum per principalem allegari, ſed etiam probari a, quòd prius orta fuerit antequàm in pœnam incidiſſent, Angel. & Imol. *in l. ex conſenſu, §. fin. ff. de appellat.* Alexand. *conſil. 103. colum. penult. lib. 1.* Dec. *in l. quod te, vlt. not. ff. ſi cert. petat.* Aym. *conſil. 254. num. 4.* cum aliis per Gabriel. *tit. de maleſic. concl. 8. num. 66.* aliàs in dubio præſumitur potiùs dolus, quàm quòd ex iniuſta cauſſa quis fuerit motus, Bart. *in l. inter omnes, §. rectè, ff. de furt.* Gabriel. *ibid. num. 71.* 1

Tantùm † autem abeſſe dicebãt Domini, vt heredes aliquam cauſſam huiuſmodi deducerent, & probarent, vt potiùs contrarium arguat eorum proteruia & contumacia: cùm enim teſtator ſuis heredibus fecerit præceptum de conſtruendo capellam, & aſſignando ei dotem cum præfixione termini duorum annorum, & in euentum intra dictum terminum non executæ per ſuos heredes ſuæ vltimæ voluntatis, pœnam priuationis adieciſſet, indubitatum eſt, quòd etiam non interpellati intra dictum tempus adimplere, pœnam priuationis incurrerint, Caſtr. *conſil. 292. num. 9. lib. 2.* Gozad. *conſil. 34. num. 2. & 7.* Aymon. *conſil. 193. in verſic. & quod monitio.* Alberic. *conſil. 48. num. 14.* 2

Hócque † autem eò magis, quòd ab obitu eiuſdem Dominici de anno 1545. pluries requiſiti, & vſque ad annum 1560. in mora perſiſtentes, recurſum habuerunt ad pœnitentiarium, à quo ſubreptitiam commutationem legi impetrarunt, ac poſtmodum facta de anno 1564. per Epiſcopum erectione capellæ, & nominatis Capellanis, tenuerunt ſalarium illis teſtamento relictum perſoluere, etiam contempta ad fauorem Capellanorum ſuper illius præſtatione ſententia lata, ad tradita per Bald. *in l. pupillorum, in fin. C. de repud. hered.* quinimò lite per fratres ſuper deuolutione intenta, nouam caducitatem incurrendo, paſſi ſunt contra ſe etiam quartam ſententiam in iudicio reſtitutionis in integrum pronunciari, vnde cùm hodiè non agatur de declaratoria, & fratres ſint in poſſeſſione, ſitque moroſus tertius, qui tractat de auferendo bona à monaſterio, non intrant regulæ ordinariæ excuſationis, tantò autem minus, quòd non ſunt legitimæ. 3

Nam † prima, quæ fundatur in ſententia Gubernatoris Viterbij, ſuper falſitate teſtamenti lata, ex qua prætenditur, iuſtam ſuperueniſſe cauſſam non adimplendi voluntatem teſtatoris, tollitur tũ ex illius reuocatione ſubſequuta, quia non obſtante contumacia non exſequendi teſtatoris mandatum, perſeuerauerunt, Bald. *in l. ſi quis id quod, §. doli, de iuriſd. omn. iudic.* tum etiam quia fratribus ſubſtitutis nõ aliter vocatis nocere nõ potuit, Put. *deciſ. 92. lib. 3.* Achil. *deciſ. 3. de ſent.* 4

*de ſent.* tum denique quia cùm prætenſa falſitas concerneret A quoddam particulare legatum, non inducebat falſitatem in alio particulari legato vel diſpoſitione ſeparata, Bart. *in l. ſi ex falſis, num.* 12. & ibi Alex. *num.* 14. *C. de tranſact.* Gabr. *de maleſic. conclus.* 3. *num.* 16.

5 Pariter † ſecunda non releuat ſub prætextu, quòd camera bonorum poſſeſſionem acceperat, ſiquidem poſt eorum recuperationem vltra negligentiá adfuit perſeuerantia in proſequutione litis, Iaſ. *conſ.* 179. *nu.* 7. *lib.* 2. Nec placuit pro ex-
b cuſatione allegata paupertas [b] & impotẽtia, quia dato, quòd non eſt probata, Couar. *var. reſol. cap.* 6. *nu.* 2. cum traditis per Tiraq *de retract. lign.* §. 32. *gloſſ.* 1. *nu.* 94. nihilominùs ceſſat, ex qua ſolutio debuit fieri de bonis heredis ſeu hereditatis, & à teſtatore relictis. Minùs facit Bulla pœnitentiariæ reſpiciens reductionem legati, ſtante illius ſubreptione, *cap. ſedes, de reſcript.* Aym. *conſil.* 100. *num.* 11. vltimæ excuſationis fun- B datæ in ignorantia, ex quo teſtator non expreſſerat Capellanorum nomina, in alia deciſione reſponſum.

6 Et † ex præmiſſis concluſum, quòd licet verum ſit, quamlibet cauſſam etiam iniuſtam excuſare à mora, tamen neceſſarium eſſe, quòd aliquo modo ſit colorata, quia aliàs friuola non attenditur, Aret. *conſil.* 142. *nu.* 25. Vib. Decian. *conſil.* 8. *num.* 8. *lib.* 2.

## *ADDITIONES.*

a PRobari. Indubitabilis enim eſt cõcluſio, quòd nunquàm cauſſa ſeu credulitas iniuſta excuſat delinquentem, niſi probetur per allegantem, ſecundùm Bart. *in l.* 1. §. *non autem, ff. ſi is, qui teſtam. lib. eſſe. iuſ. fuer.* Corn. *conſ.* 280. *num.* 6. *verſ. ita* C *etiam, lib.* 4. Dec. *conſil.* 452. *nu.* 11. vbi pariter, quòd probandum eſt, cauſſam prædictam fuiſſe ante delictum. Quod & idem voluit Rolan. *conſ.* 57. *nu.* 13. *lib.* 1. Gomez. *in* §. *ex maleficiis, num.* 29. *Inſtit. de act.* Aym. *conſil.* 254. *num.* 4. Gabr. *lib.* 7. *concluſ.* 8. *nu.* 63. Clar. *in Pract.* §. *fin. quæſt.* 60. *verſic. ſed hic quæro,* Menoch. *de recuperand. poſſeſſion. remed.* 5. *num.* 60. Honded. *conſil.* 35. *nu.* 55.

Imò non ſufficit probare exſiſtentiam cauſſæ, ſed etiam neceſſe eſt probare, quòd quis ex illa cauſſa motus fuerit & crediderit non delinquere, aliter enim dolus pręſumitur, nec allegata cauſſa excuſabit, Iacob. Butri. *in l. plagij, la* 2. *colum.* 2. *verſ. non tamen apparet, quòd hoc crediderit, C. ad legem. Flaui. de plagiar.* vbi propterea dixit, neceſſe eſſe, eum, qui vult ſe excuſare ex credulitate ſiue iuſta ſiue iniuſta, probare aliquid, quod veriſimile ſit eum ſic credidiſſe, Gomez. *in* §. *ex maleficiis, poſt num.* 32. *Inſtit. de actionibus,* Alexan. *conſ.* 103. *num.* 13. *verſ. & dato quòd, lib.* 1. Curt. ſen. *conſ.* 55. *nu.* 12. Aym. *conſi.* 254. *num.* 4. *verſ. & ſi dicatur* Cagnol. *in l. quod te, n.* 5. *ff. ſi certi. petat.* Mayner. *in l. ferè in omnibus, n.* 20. *in fine ff. de reg. iur.* Tiraquel. qui alios refert, *de pœn. temperan. cauſ.* 43. *n.* 9. Clar. *in Pract. d. quæſt.* 60. *eod. verſic. ſed hic quæro,* poſt Alexan. & Blanch. *in locis per eum citatis,* Menoch. *de retinend. poſſeſſ. remed.* 3. *n.* 653. *& de recuperand. remed.* 9. *nu.* 46. Bertaz. *conſ.* 375. *poſt nu.* 15. *lib.* 2. Honded. *conſ.* 35. *num.* 56. *& ſeq & conſ.* 105. *nu.* 33. *& nu.* 37.

b *Paupertas.* Prima facie quiſque contrarium diceret, quòd ſufficiat allegari paupertatem, & ſic allegata præſumatur à iure, quia nudi naſcimur, ſed veritas eſt, quòd qui allegat paupertatem ſeu diuitias, & ſe in illis fundat, debet fundamenti ſui probationem deducere, vt hic in deciſione, & voluerunt Syluan. *conſil.* 69. *n.* 22. *lib.* 2. Tiraq. *de retract. lignag.* §. 32. *gloſſ.* 1. *n.* 94. Petr. à Plach. *in Epit. delictor. lib.* 1. *cap.* 39. *n.* 21. *verſi. & conueſtiri poſſet,* vbi aliis relatis teſtatur de receptiſſima opinione, de qua etiam Villalob. *in commun. opin. litera P. num.* 309. Franc. Hercul. *in tract. de negatiu. n.* 12. *&* 13. Steph. Lamberteng. *de contractibus eorum, &c. glo.* 1. *num.* 243. *&* 245. Rolan. *conſil.* 42. *num.* 23. *lib.* 2. Hippol. Rim. *conſ.* 329. *num.* 2. *lib.* 3.

Ad quam materiam, per quem ſcilicet, & etiam quomodo probanda ſit paupertas, vide Brun. *in tracta. de ceſſione bonorum, quæſt.* 26. *per totam,* latè Couar. *variar. reſolut. lib.* 2. *ca.* 6. *num.* 1. *& ſeqq.* Franc. Hercul. *in tracta. de negat. num.* 293. omninò Beninc. *in tracta. de paupertat. quæſtio.* 6. *per tot.* Alciat. *de præſump. reg.* 2. *præſump.* 26. *&* 27. Sebaſt. Med. *in tract. de caſibus fortuit. part.* 2. *quæſtio.* 4. *num.* 6. *& ſeqq.* Maſcard. *de probat. lib.* 3. *concluſ.* 1154.

*Fam. Cent. I. V. D. Galeſij.*

Farin. Conſil.

## MELLINI.

*Hiſpalen. Beneficiorum, Veneris* 6. *Martij* 1592.

### ARGVMENTVM.

Simonia an & quando inducatur ex correſpectiuitate mandatorum, & an etiam, & quando ſcientia Papæ purget vitium ſimoniæ.

### *SVMMARIA.*

*Simonia inducitur ex correſpectiuitate mandatorum factorum coram eodem Notario & teſtibus eadem die, num.* 1. *vbi de-* B *claratur.*

*Simonia excluditur per reſeruationem auctoritatis ſedis Apoſtolicæ, num.* 1.

*Simonia non inducitur per correſpectiuitatem, quando correſpectiuitas narratur Papæ, qui potuit ex narratione intelligere, quid inter partes actum fuerit, num.* 1.

*Simoniæ vitium purgat auctoritas Papæ, num.* 1.

*Simonia debet probari concludenter, num.* 2.

*Simonia in dubio non præſumitur, omniſque interpretatio facienda eſt, vt illa excludatur, nu.* 2.

*Delictum vt non præſumatur, omnis interpretatio facienda eſt, in addit. lit.* a.

*Simonia an inducatur per reſignationem beneficij cum reſeruatione penſionis, nu.* 2.

C *Confeſſio vt noceat confitenti, debet eſſe certa, non autem ambigua, num.* 3. *in fi.*

*Simoniæ vitium purgatur per ſcientiam Papæ, nu.* 4.

*Simonia ad hoc vt excludatur per ſcientiam Papæ, ſufficit, quòd factum narretur in Bullis, licèt non fuerit narratum in ſupplicatione, num.* 5.

*Simonia officialium Cancellariæ dicitur ſcientia Papæ, num.* 5.

### DECISIO LXXXVIII.

DVbitaui †, an eſſet iuſtificata gratia Ferdinandi, quæ 1 erat fundata in ſimonia conuentionali. Deducebatur autem à Ferdinando ſimonia inter Gaſparem & Dominicum ex correſpectiuitate mandatorum, quæ coram eodem Notario & teſtibus eadem die facta ſunt. Domini vnanimiter cenſuerunt, gratiam Ferdinandi non eſſe iuſtificatam, & D potiſſima ratio, quæ mouit Dominos, fuit, quia in mandatis reſeruatur auctoritas Apoſtolica, & ante obtentam gratiam iſta correſpectiuitas fuit ita narrata Papæ, quòd potuit intelligere quid actum eſſet inter partes, & nihilominùs ipſe conceſſit; ideò auctoritas Papæ purgat vitium ſimoniæ, *gloſſ. in cap. pridem, vbi not. de pact.* Hoſtienſ. *in cap.* 1. *circa princip. ne prælat. vices ſuas,* Ioan. Andr. *in cap.* 1. *de ſimon.* Archid. *in cap. nónne, ſub num.* 89. Caſſad. *deciſ.* 3. *n.* 7. *de renunc. & deciſ.* 2. *ſub num.* 3. *& ſeq. de ſimonia.*

Addebant † aliqui ex Dominis, quòd ſimonia debet pro- 2 bari concludenter, Alex. de Neuo *conſi.* 64. *n.* 2. Alciat. *reſponſ.* 2. *nu.* 40. *&* 41. Thom. 1. *lib.* 1. & in dubio ſumenda eſt interpretatio [a], quæ ſimoniam includit, Put. *deciſ.* 381. *nu.* 2. *lib.* 1. a Cùm igitur Gaſpar in reſignatione facta Dominico reſeruet ſibi penſionem 35. ſcutorum, ſumenda eſt potiùs interpre- E tatio, quòd reſeruatio à Gaſpare fuerit facta, non vt Dominicus ſuum beneficium reſignaret Franciſco Ortiz, ſed potiùs vt eximeret ſe ab onere illius beneficij, & penſionem liberam haberet.

Exiſtimabant † quoque Domini, gratiam non eſſe iuſti- 3 ficatam in ea parte, in qua narratur, Franciſcum fuiſſe filium Gaſparis, quia iſta narratiua aliunde non verificatur, quàm ex narratiua literarum ipſius Franciſci, & iſta narratiua eſt ambigua, quia Franciſcus non fatetur ſimpliciter ſe eſſe natum ex Gaſpare, ſed addit, *vel aliàs genitum,* Caſſad. *deciſ.* 7. *num.* 9. *de iure patron.* Miſcell. *deciſ.* 150. & confeſſio vt noceat, debet eſſe certa, non ambigua, *l. certum, ff. de confeſſ. c. per literas, de probat. l. generaliter, C. de non num. pec.*

Præterea † etiamſi confeſſio eſſet clara, Papa intellexit 4 huiuſmodi defectum, & ſcientia Papæ purgat vitium ſimoniæ, per præallegata.

5 Nec † obſtat, quòd mentio ipſius filiationis ſit facta in Bullis, & non in ſupplicatione, & reſignatio fuerit in ſupplicatione expreſſa, & non in Bullis, quia idem operatur in ſupplicatione quando eſt eadem gratia, quia licentia officialiũ Cancellariæ dicitur ſcientia Papæ, Innocen. *in c. cum dilecta, verb. conſcientia, de reſcri.* Caſſad. *deciſ. 2. num. 7. de vnion.* & fuit dictum in Cremonen. penſionis, 4. Iunij 1584.

### *ADDITIO.*

a *INterpretatio.* Sic & generaliter ad excluſionem cuiuſcumque delicti ſemper interpretationem eſſe capiẽdam, etiam per impropriationem verborum, voluit gloſſ. *in cap. ne quis arbitretur, in gloſſ. 1. ad finem. 22. quæſt. 2.* Marſi, *conſ. 2, nu. 9. verſ. & adduci poteſt*, refert hæc & ſequitur Gabr. *lib. 7. concluſ. 2. num. 10. & 15.* idem Marſil. *in rubr. ff. de fideiuſſor. num. 63.* Maſcard. *de probat. lib. 2 concluſ. 1003. num. 7.* Bertaz. *conſ. 76. num. 21.* vbi quòd verba ampliantur & reſtringuntur ad effectum excludendi præſumptionem delicti, per text. *in cap. cùm te, de teſt.* & ex Aym. *in conſ. 6. num. 126. & conſ. 9. num. 24.* cum aliis ibi per eum allegatis.

*Fam. Cent. I.V.D. Galeſij.*

## GIPTII.

*Meliten. Abbatiæ, die 27. Aprilis 1592.*

### ARGVMENTVM.

Agitur de confeſſione delicti facta in precibus, quando contra confitentem probet: necnon etiam de tacita confeſſione reſultante ex productione ſupplicationis ſeu breuis: quãdo confeſſio in iudicio ciuili facta probet in criminali: quid de confeſſione extraiudiciali geminata, an inducat plenam probationem, & alia nonnulla, de quibus in ſummario.

### *SVMMARIA.*

*Confeſſio facta in ſupplicatione & precibus plenè probat contra cõfitentem, num. 1. & in addit. lit. a, vbi, quando hoc verum ſit, & de materia.*

*Abſolutionem petens videtur fateri ſe ligatum, niſi abſolutionem ad cautelam petierit, vbi enim narratur factum, ex quo reſultat delictum diſpenſatione indigens, ſine dubio petens diſpenſationem ſeu abſolutionem, illud fatetur, num. 2. & in addit. lit. b, vbi de materia.*

*Supplican. eò magis fatetur delictum, quando vltra ſupplicationem facit expedire breue, illudque in actis producit, num. 3. & 4.*

*Mandatum preſumitur ex actu facto cum impenſa, num. 3.*

*Producens inſtrumentum & eo vtens, non poteſt contenta in eo impugnare, num. 4.*

*Geminatio actus magnam vim habet, & ſuſpicionem deceptionis excludit, num. 5.*

*Confeſſio extraiudicalis geminata plenè probat contra confitentem, num. 5. Quod an verum ſit, & de materia, in addit. litera c.*

*Confeſſio emanata in cauſſa criminali præiudicat in iudicio ciuiliter intentato, num. 6. & in addit. litera d, vbi de materia huius concluſionis.*

*Confeſſio qualificata poteſt diuidi, quando per talem diuiſionem actus non annullatur, num. 7.*

*Papa ſolus & non ordinarius ſuper irregularitate diſpenſat, nu. 8.*

*Extentio etiam à maioritate rationis non ſit in materia diſpenſationis, num. 9.*

## DECISIO LXXXIX.

1 IN alia † poſitione huius cauſſæ præſupponebatur, ſine veri præiudicio, Dn. Horatium Verderamum ante legitimam ætatem ad ſacros ordines promotum fuiſſe, & conſequenter contra iuris diſpoſitionem detinere Abbatiam, de qua agitur. Quapropter cùm de veritate præſupoſiti agendum eſſet, placuit DD. etiam ſtatuere, quòd cauſſa ſuper eiſdem poneretur ad effectum, vt informãtes faciliùs deducere poſſent quicquid velint, & dicta die vtraque parte informante concluſum fuit, ſtandum eſſe in deciſis ſub die 24. Ianuarij 1590. ex rationibus tunc in deciſione adductis, præſertim quia de mala Horatij promotione ad præfatos maiores ordines probabiliter dubitari nequit, ſiquidẽ ipſemet hoc explicitè fatetur in ſupplicatione felic. record. Sixto V. porrecta. Confeſſio in precibus [a], facta confitenti præiudicat, *vulgata l. cùm precum, C. de liberal. cauſ.* Felin. *in cap. cùm in iure, colum. fin. de offic. deleg.* cùm aliis per Gabriel. congeſtis *titu. de confeſſ. concluſ. 4.* Nec enim Horatij confeſſio pleniùs probat, quia ad illum actum abſolutio neceſſaria erat, Anton. de Butr. *in cap. illud, colum. 2. de præſumpt.* Aym. *conſ. 199. num. 12.*

2 Nec † ad rem pertinet, quòd petens abſolutionem [b], ſe ligatum fateri non videatur, Specul. *de probat. §. 3. num. 24. verſ. ſed nunquid,* Abb. *in cap. dilectus, nu. 39. circa med. de ordin. cognit.* quoniam id poſſet procedere, ſi ad cautelam abſolutio petita fuiſſet, *vt cap. ſolet, de ſenten. excommun. lib. 6.* & in iſtis terminis prædicti Doctores loquuntur, ſecus verò, vbi factum narratur, ex quo reſultat tale delictum, quod diſpenſatione indiget, *cap. venerabilem, & ibi gloſſ. in verbo, poſtulauit, de elect.* Abb. *in cap. exhibita, vbi glo. penul. de homicid.* quam ſingularem dicit Alexand. *in l. 1. in 2. notab. de noui oper. nunciat.* & tradunt ſcribentes *in l. decem, de verborum obligation.* cum aliis citatis, & fuit reſolutum in vna Cæſarauguſtana ſtatus Morata, coram bon. memor. Bubalo de anno 1586.

3 Prædicta † confeſſio ex pluribus coadiuuatur. Primò, ex expeditione Breuis ſuper dicta ſupplicatione, quæ cùm requireret impenſam, præſumitur facta de mandato eius, cuius intererat, Felin. *in cap. ſicut, colum. 9. verſ. fallit tertiò, de re iudic.* Caſſad. *deciſ. 3. num. 4. de procurat.*

4 Secundò †, ex productione eiuſdem Breuis coram Vicario Archiepiſcopi Rheginen. à quo petiit & obtinuit abſolutionem, & probant teſtes & iura per Illuſtriſſ. & Reuerendiſſimum D. Cardinalem producta: ideò, qui producit & vtitur aliquo inſtrumento, non poteſt contenta in eo impugnare, Lap. *alleg. 119. num. 3.* Afflict. *deciſ. 25. in fine,* Aym. *conſil. 80. num. 6.* & hanc opinionem amplexa fuit Rota in prædicta deciſ. Cæſarauguſt. ſtatus de Morata.

5 Tertiò †, ad huiuſmodi confeſſionem ſatis confert alia ſimilis ſupplicatio per Horatium ſuo ordinario exhibita, quo fit vt iſti actus geminati magnam vim habeant, Bart. *in l. Baliſta, ad Treb. cap. at ſi Chriſtus, de iureiur.* & ſuſpicionem deceptionis excludunt, *l. ſi mater, la 2. C. ad Velleian.* Aym. *conſ. 201. num. 42.* Hinc eſt, quòd iterata confeſſio etiam extraiudicialis [c], contra confitentem probat, ſecundùm Bar. *in l. cùm ſcimus, num. 7.* per illum text. *C. de agric. & cenſit. lib. 11.* Paul de Caſtr. *conſ. 151. num. 2. lib. 1.*

6 His † accedunt depoſitiones eiuſdem Horatij coram reuerendiſſ. Theſaurario, quæ prorſus tollunt illud refugium, quòd abſolutionem petens, non fateatur delictum, quia emanarunt poſtquàm eam obtinuit, & licèt proceſſerit in cauſſa criminali, nihilominùs præiudicat in iudicio ciuiliter intentato [d], Cagnol. poſt Bal. Alex. & alios *in l. 2 num. 128. C. de eden.* Ægid. *deciſ. 5.* Et reſolutum fuit in vna Beneuẽtan. Abbatiæ, coram me, de anno 1590. & nuper coram D. Decano in Lucan. canonicatus 28. Februarij præteriti.

7 Non † obſtat, quòd in dictis depoſitionibus Horatius aſſerat non indigere diſpenſatione, quia contrarium eſt verius, & dignoſcitur ex allegatis *in d. deciſ.* Quibus non ſatis reſpondetur, & eius confeſſio poteſt diuidi, cùm per illam actus non annulletur, vt firmauit Rota in vna Narricen. pecuniaria coram R.P.D. Pamphilio 28. Ianuarij 1585. & in alia Strigonien. Legati per Illuſtriſſimum Cardinalem Plactum 16. Octobris 1588.

8 Non † obſtant diſpenſationes ab eodem Horatio obtẽtæ, quia illa Archiepiſcopo eſt ſimplex abſolutio cenſuris, quæ reſpectu irregularitatis non releuat, quandoquidem ſolus Papa cum irregulari diſpenſat, vt probant iura aliàs in deciſione allegata.

9 Altera † diſpenſatio Papæ eſt reſtricta ad beneficia, quæ ſibi in poſterum conferuntur, quo verò ad obtenta ante diſpoſitionem nihil deponit. Et in hac materia, etiam ex maioritate rationis, non fit extentio, *capit. 1 de filiis præbyt. in 6.*

Non

10 Non † obſtant concluſiones Tridentinæ, *ſeſſ.24.cap.6.&* Nauar. *in loco citato*, quia deponuntur in foro conſcientiæ, non autem in contentioſo, in quo nos verſamur.

11 Ex † iſtis igitur & aliis ab informantibus pro Illuſtr. & Reuerend. D. meo Cardinali Aſcanio Columna bene deductis, dixerunt DD. non eſſe à dicta deciſione recedendum. Idcirco prouiſionem Notarij ad dictam Abbatiam S. Bartholomæi de iure non ſuſtineri.

## *ADDITIONES.*

a *COnfeſſio in precibus.* Vide ad hanc materiam D. meum Farinac. *in ſua Pract.crimin.part.1.titu.de inquiſitione,q.5. num.2.* vbi bene explicat, an & quando ſupplicans & veniam petens videatur fateri delictum, etiam quòd illud explicitè in ſupplicatione non fateatur, prout faſſus eſt ſupplicans in caſu præſentis deciſionis.

b *Petens abſolutionem.* Ad hanc eandem materiam, an ſcilicet & quando abſolutionem petens dicatur fateri delictum, propter quod quis eſt relegatus & excommunicatus, vide aliam diſtinctionem, quam relatis hinc inde contrariis ponit D. meus Farin. *in ſua Pract.crim.par.1.tit. de inquiſ. q.5x. num.26.*

c *Confeſſio etiam extraiudicialis.* Hæc concluſio Bartoli bene poteſt procedere in ciuilibus, in quibus non erit inconueniens dicere, quòd ex geminata extraiudiciali confeſſione quis condemnari poſſit, prout etiam voluerunt Roma. *in l. nuda ratio, poſt princip. ff. de donat.* Iaſon. *in §. in perſona, num.48. Inſtitut. de actionibus, & in l. ſi pacto nu.5. C. de pactis, & in l. ſed ſi poſſeſſori, §. fina. nu.8. ff. de iureiuran.* Felin. *in capit. olim, num.9. ad finem, verſic. & forte, extra de reſcript. & in cap. de hoc, num.3.* & ibi etiam Anan. *num.5. de ſimonia*, Tindar. *de teſtibus, lib.2. part.1. cap.6. nu.1.* Gabr. *lib.1. titu. de confeſſ. concluſ.3. nu.3.* idem Roman. *conſil.290. num.7.* & ibi Mandoſ. *in addition. litera G*, Maſcard. *de probat. lib.1. concluſ.350. nu.24. & concl.497. nu.16.* Verùm in criminalibus eſt valdè dubitabilis, nam licèt & in criminalibus illam procedere ſenſiſſe videantur Marſil. *in l. 1. num.40. C. de ſicar. & in l.1. §. quæſtioni, ante num.3. ff. de quæſtion.* Mant. *in cap. ſi clerici, num.32. de iudic.* Paris de Puteo, *in tract. ſindicatus, in verbo, tortus, cap.1. num.27. in fine*, Foller. *in Pract. crimin. in verbo, etſi confitebuntur, il 2. num.37.* Claud. Battandier. *reg. crimin.54. num.5.* Bertazz. *conſil.42. num.3.* Brunor. à Sole *in ſuo compendio, verſicul. confeſſio geminata extraiudicialis.*

Attamen quicquid præfati Doctores dicant, in criminalibus res non tranſit ſine difficultate, prout bene aduertit Diaz *reg.125. in 3. fallentia, verſic. ſed tu aduerte*, & poſt eum Maſcard. *dicta concluſ.350. eodem nu.24. verſicu. ſed Bartolus.* Et ego nunquàm vidi ex quauis extraiudiciali confeſſione geminata aliquem criminaliter condemnatum, ſed tantummodò tortum, & ita practicatur.

d *In iudicio ciuiliter intentato.* Adde pro hac eadem concluſione Purpura *in l. is apud quem, num 83. in fine, verſicul. & econtrà facta in criminali, C. de edendo*, Felin. *in cap. cauſſam quæ, nu.23. extra, de teſtib.* Vbi declarat hoc procedere inter eaſdem perſonas, vel quando iudex proceſſit ex officio, ſecus ſi inter alias perſonas, & quando criminale iudicium, inſtante accuſatore, intentatum fuit, Ioan. de Monte Sperell. *conſil.115.* quem vide in materia, Maſcard. *de probatio. lib.1. concluſ.351. num.3.* Et voluit Rota in vna Mediolanen. fructuum, coram R.P.D. Pamphilio Veneris 20. Iunij 1598. in fine deciſionis, & in alia coram Illuſtriſſ. D. Mantica in vna Turritana Tertiariæ, in qua pariter declarando reſoluit, quòd confeſſio facta inter reum & Fiſcum in iudicio criminali, non nocet eidem reo in iudicio ciuili à parte intentato, quia inter diuerſas perſonas.

*Famianus Centolinus V. I. D. Galeſij.*

## ILLVSTRISSIMI D. SERAPHINI Patriarchæ.

*Romana Secretariatus, Veneris 26. Iunij 1592.*

## ARGVMENTVM.

Diſcutitur magiſtraliter in hac deciſione, an & A quando bona dicantur Fiſco incorporata, ad effectum, vt reſtitutus generaliter ad bona, illa non recuperet, & eſt materia peregrina & non ita paſſim à Doctoribus tractata.

## *SVMMARIA.*

*Officium dicitur Fiſco incorporatum, quando à Principe fuit ſuppreſſum, & alicui collegio applicatum, nu.2.*

*Pecuniæ appellatio quandoque ſumitur in ſtricta ſignificatione, & quandoque in lata magis vniuerſali, nu.2.*

*Bona confiſcata & in tertium alienata dicuntur incorporata, nu.3.*

*Reſtitutus ſimpliciter non recuperat bona in alium alienata, niſi hoc expreſsè caueatur, nu.3 & in addit. lit.a, vbi de materia.*

B *Officiorum vrbis proprietas ſpectat ad Papam, nu.4.*

*Poſſeſſio probatur ex perceptione fructuum, num.4.*

*Bonorum incorporatio ad Fiſci fauorem ſatis arguitur ex ſequeſtro, nu.5. declara vt nu.9.*

*Pecuniæ appellatione ex vulgari vſu loquendi venit tantùm pecunia numerata, præſertim quando poſt verbum pecuniæ apponitur aliquod verbum, quod numerationem ſignificet, num.6.*

*Bona non dicuntur Fiſco incorporata, niſi fuerint à Fiſco poſſeſſa, aut inter eius bona deſcripta, nu.6.*

*Reſtitutus recuperat etiam bona in alium alienata per Fiſcum, non alienatione voluntaria, ſed neceſſaria, vtputà quia illi debebantur iure fideicommiſſi, vel alio iure, non obſtante quòd in reſtitutione adſit clauſula,* ſine præiudicio bonorum Fiſco incorporatorum, *nu.6.*

*Præmium ſignificat finalem cauſſam diſpoſitionis, n.7. & in addit. lit.c, vbi de materia.*

C *Mors ciuilis, oriens ex capitis diminutione, æquiparatur naturali, num.7.*

*Voluntas diſponentis adhuc colligitur ex errore, num.7.*

*Clauſula,* quorum tenores, *&c. non poteſt facere, vt in expeditione literarum apponantur contraria, nu.7. in fine.*

*Gratia & reſtitutio per viam iuſtitiæ conceſſa, trahitur ad omnia bona, etiam Fiſco applicata, & cuicunque acquiſita, niſi in ipſa gratia aut reſtitutione adſit, clauſula,* ſine præiudicio bonorum Fiſco incorporatorum, *num.8.*

*Sequeſtrum bonorum confiſcatorum quando habeat vim annotationis & non incorporationis, num.9.*

*Sequeſtrum, quod apponitur contra inuitum, non aufert dominium, nec poſſeſſionem, num.9.*

## DECISIO XC.

D FVit † dubitatum, nonnullis præſuppoſitis, an officium Secretariatus comprehendatur ſub clauſulis in commiſſionibus contentis, & præcipuè ſub clauſula, *quatenus dictum officium Secretariatus non comprehendatur ſub pecuniis diſtributis, ſeu bonis Cameræ Apoſtolicæ incorporatis, & non aliàs.* 1 Occaſionem dubio dedit, quia in hac cauſſa tres impetratæ fuerunt commiſſiones. Prima obtenta per D. Cæſarem, in qua committitur cauſſa recurſus & reclamationis aduersùs ſententiam Gubernatoris contra ipſum latam, in qua adeſt clauſula, *ſine præiudicio pecuniarum diſtributarum, & bonorum* Fiſco *incorporatorum.* Altera, qua idem D. Cæſar obtinuit ſibi aperiri os contra motum proprium felic. record. Gregorij XIII. ſuper ſuppreſſione Secretariatus officij, eiúſque applicatione collegio DD. Secretariorum, in qua adeſt clauſula, *ſine præiudicio pecuniarum diſtributarum, & bonorum Fiſco incorporatorum.* Tertia fuit obtenta à præfatis DD. Secretariis, auocatoria à camera, & commiſſa cauſſa in Rota cum clauſula, *quamuis dictum officium Secretariatus non comprehendatur ſub pecuniis diſtributis, ſeu bonis cameræ Apoſtolicæ incorporatis*, de quibus in dictis clauſulis, & non aliàs. Prætendebant itaque DD. Secretarij, præfatum officium ſub dictis clauſulis comprehendi, ac verè fuiſſe Fiſco & Cameræ Apoſtolicæ incorporatum, ex pluribus.

Et primò, quia † cùm Papa ſuppreſſerit dictum officium, 2
illúdque collegio Secretariorum applicauerit, in neceſſariũ antecedens, dicitur illud Fiſco incorporaſſe, *l. ſi quando, C. de bon. vacan. lib.10.* quia niſi priùs incorporaſſet, in collegium transferri non potuiſſet, *l. ſi filius, C. de donatio.* Bald. *in l. ſiquis, num.4. C. fin. regund.* Confirmatur, quòd ex quo fuit ſuppreſſus titulus officij, remanſerunt tantùm emolumenta ex

dicto officio prouenientia, quæ in pecunia numerata conſi- A
ſtunt, & idcirco cadit ſub exceptione illa pecuniarum diſtri-
butarum, ſeu capiamus pecunias in ſtricta ſignificatione,
*glo.in l.2.§.creduum.in verb.pecunia ff.ſi cert. petat.* ſiue in lata
& magis vniuerſali, iuxta tex. *in l. pecuniæ verbum, de verb. ſi-
gnif.* & Dec. *in d.§.creditum, nu.2.* Cuman. *conſil.162, num.2.*

3 Secundò † hoc idem confirmatur, ex quo Papa donando
ſeu alienando bona confiſcata dicitur priùs incorporaſſe, &
a ideò non veniunt in ſimplici reſtitutione [a], neque recupe-
rantur, niſi hoc caueatur expreſsè, vt per Angel. *in l.Gallus, §.
& quid ſi tantum.nu.14.* Aret. *nu.22. de liber. & poſtum.* Iaſ. *in l.
fina.num.16.de conſtit. Princip.* Card. *in cap. quia diligentia, in 2.
quæſt. de elect.* Felin. *in cap. inter quatuor, num. 4. de maiorit. &
obedien.*

4 Tertiò, quia † per huiuſmodi applicationem Fiſcus con-
ſequitur emolumentum, tam ratione proprietatis, cùm pro- B
prietas officiorum ſit Papæ, quàm ratione emolumento-
rum, cùm pluris valeant huiuſmodi officia propter hanc ap-
plicationem, & ita eſt in poſſeſſione huiuſmodi emolumen-
torum, vt per Bar. *in l.2.C.de acquir. & retin. poſſeſſ.* Dec. *conſil,
400. verſicu.2. & perceptione cum aliis.*

5 Quartò, quia † ad inſtantiam Fiſci factum fuit ſequeſtrũ,
& inhibitio, ne admitteretur ſucceſſor in dicto officio, nec
ampliùs ſoluerentur d. Cæſari fructus dicti officij, quod ſatis
arguit incorporationem, *d.l.ſi quando, & ibi gloſſ. in verbo,
ratione, C. de bon. vac. libro* 10.

6 His † tamen non obſtantibus, fuit per Dominos, nemine
contradicente, deciſum, dictum officium ſub præfatis clau-
ſulis non contineri. Nam, vt aliàs fuit in hac cauſſa deciſum,
ex vulgato vſu loquendi pecuniæ appellatione venit tãtùm
pecunia numerata. Rebuff. *in l.pecuniæ, de verborum ſignifica-* C
*tion.* maximè ſtante illo adiuncto diſtributarum, quod con-
uenire non poteſt officio, & quod fuit additum, *& bonorum
Fiſco incorporatorum*, quod oſtendit verbum, *pecuniarum*, non
in genere, ſed in ſpecie ſumptum fuiſſe, ad Bart. *in l.talis ſcri-
ptura, de legat.*1. Neque etiam venire poteſt appellatione *bo-
norum Fiſco incorporatum*, cum neque per Fiſcum poſſeſſum
fuerit, neque inter eius bona deſcriptum, Bar. *in l.1. §. eligi-
tur, ff. de ventre in poſſ. mitt.* ſed, quod præcipuum eſt, Papa non
habuit officium pro cõfiſcato, ſed illud applicauit collegio,
vt illi debitum ex diſpoſitione Innocentij VIII, quo caſu
quando fiſcus ſequuta confiſcatione bonorum tradit aliqua
bona debita ex præcedenti aliqua diſpoſitione, putà fidei-
commiſſo, iis quibus debentur, tunc illa bona non dicun-
tur confiſcata, neque Fiſco incorporata, eáque ſequuta reſti- D
tutione etiam cum clauſula, præterquàm ad bona in alium
b tranſlata, recuperantur per reſtitutum [b], vt tract. communi-
ter Doctores *in l. Gallus, §. & quid, ſi tantum*, vbi Alexand.
*num.13.* Iaſ. *num.74. de liber. & poſtum.* Natt. *conſ.471.numer.2.*
*Ægid. deciſio.743. & 744.* Roland. à Valle *conſilio 45.nu.25,
lib.4.*

7 Quòd † autem applicatum fuerit officium collegio, vti
illi debitũ, patet ex lectura Motus proprij, in eius procœmio,
ex quo, ſecũdùm omnes iuris concluſiones, colligitur etiam
c finalis [c] cauſſa, quare Gregorius voluerit declarare officium
hoc ſpectare ad collegium DD. Secretariorum, vt trad. Bart.
Bald. Angel. & Imol, *in l. vlt.* per illum text. iuncta gloſſ. *in
verbo, modus, in fine, de hered. inſtit.* cum plurib. cumulatis per
Tiraquell. *in tract. ceſſan. cauſ. limit.1. num* 64. ex quibus tolli-
tur, quod ex aduerſo dicitur, hanc fuiſſe cauſſam impulſi- E
uam. Nam Gregorius applicauit, quia opinatus fuit deberi
collegio, ſtante priuatione, & capitis diminutione, ex qua
oritur mors ciuilis, quæ naturali æquiparatur, maximè cùm
intellexerit vacare per ceſſum vel deceſſum, in quo licet de-
ceptus fuerit, tamen adhuc ex tali errore colligitur inten-
tio, aut, ſi hoc negetur, tollitur conſenſus, ita vt applica-
tio corruat ex defectu intentionis, non obſtante quòd adſit
clauſula, *quorum tenores*, quæ non poteſt facere, vt contra-
ria narratis in expeditione literarum opponantur, prout
aliàs reſolutum fuit in vna Cauen. coram Illuſtriſſimo Dn.
meo Lancellotto.

8 Et † ex his tollitur argumentum, quod ſumitur ex antece-
denti neceſſario: nam ad effectum applicationis ad antece-
dens, neceſſaria erat vacatio per mortem naturalem vel ci-
uilem, non autem incorporatio, cùm ſine facto hominis ſta-
tim poſt deceſſum Cæſaris deberetur officium collegio ex
A diſpoſitione Innocentij. VIII. vnde cùm reſtitutio hæc ſit
per viam iuſtitiæ non gratiæ, ea indiſtinctè trahitur ad om-
nia bona cuicunque acquiſita. Et etiam comprehendere Fiſ-
co applicata, niſi adeſſet clauſula ſupradicta, vt per Cuman.
in *§. & quid, ſi tantum*, vbi Iaſ *nu* 73.

Neque † obſtãt ſequeſtra, quæ emanarunt poſt ſuppreſ- 9
ſionem & applicationem officij, vnde non poſſunt habere
vim incorporationis, ſed annotationis tantùm ſine deſcri-
ptionis bonorum condemnati, *l.2. & fin. C. de requir. reis*, Ang.
*in tract. de ſequeſtr. ad finem*, vltra quòd ſequeſtrum, quod cõ-
tra inuitum apponitur, nõ aufert dominium, nec poſſeſſio-
nẽ, Bart. & alij *in l.intereſſe, ff. de acquir. poſſeſſ.* Abb. *in cap. exa-
minata, nu.14. de iudic.* Curt. *in tract. de ſequeſtr. quæſt.20.nu.71.*
Gramm. *deciſ.51.nu.2.*

Vltimò †, non obſtat cõſideratio illa vtilitatis Fiſco Prin- 10
B cipis prouenientis, quia de hac re non eſt habẽda ratio, cùm
veniat in conſequentiam quandam venditionis officiorum:
nos verò agimus de confiſcatione & incorporatione officij,
quæ cùm facta nõ fuerit, vtique non obſtant clauſulæ com-
miſſionum d. Cæſari, & ex his virtualiter ſublata ſunt om-
nia, quæ ex aduerſo deducta fuerunt, & ita concluſum.

## *ADDITIONES,*

*REſtitutione.* Reſtitutus & rebãnitus, an & quando recu- a
peret bona confiſcata, non facta mentione bonorum,
nemo eſt qui hanc materiam meliùs pertractet quàm D.
meus Farinac. *in ſua Pract. crim. par.1. quæſt. 6. nu. 28. & ſeqq.
pluribus*, & in ſpecie, an etiam eadem reſtitutio, ſeu gratia
trahatur ad bona in alium tranſlata & alienata, vide *ibid. nu.*
C *33. & ſeqq.* vbi ponitur regula negatiua cũ pluribus amplia-
tionibus & limitationibus.

*Reſtitutum.* Licèt in hac deciſione aſſeratur, communem b
eſſe Doctorum opinionem, quòd gratia ſeu reſtitutio tra-
hatur etiam ad bona penes tertiũ exiſtentia, & quæ ad eũ-
dẽ tertium peruenerũt ex alia diſpoſitione, quàm Principis
ſeu Fiſci, vide tamen Menoch. qui de communi contraria
opinione teſtatur, *in tract. de præſumpt. lib.5. præſũpt.46.n.9.
verſ. ſecunda fuit opinio*, cum qua etiam conſentiunt plures
alij, relati per eundem Dominum meum Farinac. *d. quæſt.
6. num. 36. in princ. & num.* 37. vbi articulum difficilem
exiſtimat, & pro reſolutione remittit ſe ad ſcripta per non-
nullos Modern. ibi per eum allegatos, ad quos etiam & te
remitto.

D *Finalis.* Ad idem quòd præfatio ſeu prœmium alicuius c
diſpoſitionis diſponentis mentem arguat, & cauſſam finalẽ
deſignet, & quòd præterea ſubſequentia verba ab ipſa præ-
fatione & procœmio interpretationẽ capiant, allegatur text.
*in l.fina. ff. de hæred. inſtitu. & in l.1. ff. ad Macedon.* Aym. *conſil.
301.nu.2.* Grat. *reſponſ.52.n.2. & 4. lib.2.* Aſin. *conſil. crim. diuerſ.
114.nu.8.tom.2.in folio*, Roland. *conſil.67.nu.70. & ſeqq. &
nu.84 lib.3.* Cephal. *conſil.94.nu.2.lib.1. & conſil.246.nu.39.lib.
2.* deciſ. Pedemont. *52.num.10. & ſeqq. & deciſ.59.num.5. & 6.*
Burſat. *conſil.345.nu.6.lib.4.* Apud quos plures alios concor-
dantes Doctores reperies, quamuis Sarmientus *ſelectarum
interpretationum lib.1.cap.12.nu.1. & 2.* dixerit, & probare ni-
tatur, leuiſſimum eſſe iſtud argumentum ſumptum à verbis
procœmij & præfationis.

*Fam. Cent. I.V, D. Galeſij.*

E

## MELLINI.

*Mediolanen. Pecuniaria, Mercurij 1. July 1592.*

### ARGVMENTVM.

Improbatur pactum, quòd, facta dilatione ad
ſoluẽdum, debitor teneatur creditori dare quin-
que pro centenario.

### *SVMMARIA.*

*Promiſsio ſolutionis damnorum & intereſſe propter dilationẽ tem-
poris inualida eſt, quando creditor dilationem nõ feciſſet abſque
ſolutione dicti intereſſe, nu.3.*

Dilati

*Dilatio temporis non recipit certam ſolutionem, num. 1.*
*Intereſſe certum taxari non poteſt pro tempore futuro, nu. 2.*
*Pactum de ſtando iuramento creditoris, ſuper damnis & intereſſe, valet, & intelligitur arbitrio boni viri, nec procedit, niſi prius verè conſtet de damno illato, nu. 3. & in addit. lit. a, vbi alia ad materiam huius pacti.*
*Statutum, quod credatur iuramento damnum paſſi, an valeat, & quando, & generaliter de materia in addit. lit. a.*

## DECISIO XCI.

1 FVit reſolutum †, contractum anni 1586. non poſſe ſuſti-
neri, ob eam potiſſimè rationem, quia continet promiſ-
ſionem ſolutionis damnorum in futurum, propter dilatio-
nem temporis, cui dilationi, vt in inſtrumento legitur, aliàs
B D. Andreas abſque ipſa promiſſione non conſenſiſſet, & di-
latio temporis nō recipit certam æſtimationem, Ioan. Andr.
*in cap. ſalubriter, de vſur.* cum aliis per Roland. à Vall. *conſil. 55.*
*num. 20. volum. 2.*
2 Tantò † magis, quia eſt taxatio intereſſe certa pro tem-
pore futuro, quod eſt illicitum, Bald. *in l. rogaſti, §. ſi tibi, ff. ſi*
*cert. petat.* Dec. *conſi. 119. num. 3. & conſi. 183. nu. 3.* & fuit plu-
ries reſolutum, in vna Romana ſocietatis, coram Illuſtriſſi-
mo Cardinali Lancelloto, ſecundum, coram Cotta Medio-
lanen. Cambiorum coram S.D.N. & aliàs ſæpiſſimè.
3 Nec † obſtat, quòd valet iſtud pactum de ſtando aſſertio-
a ni creditoris cum iuramento [a], quia Bart. & alij, quos refert
& ſequitur Cagnol. *in l. vnica, num. 114. C. de ſenten. quæ pro*
*eo, quod intereſt* infrà citati per informantes, pro D. Andrea
C loquuntur in ſimplici pacto non continente certum inter-
eſſe, & putant valere, quia intelligitur arbitrio boni viri, &
iuxta diſpoſitionem iuris, adeò quòd ſtante iſto pacto, non
ſtatur declarationi damnum paſſi, niſi conſtet verè de dam-
no illato, Natta *conſil. 450. num. 12.* Et fuit reſolutum 19.
menſis præteriti coram me in vna Romana Cambiorum
de Grandis. In caſu autem iſto excluditur arbitrium boni
viri, & non eſt neceſſaria probatio damni, quia pactum eſt
clarum, quòd præcedente iuramento damnum poſſit li-
quidari ab Andrea ad rationem quinque pro centenario,
ideò eſt illicitum.

### *ADDITIO.*

a IVramento. Regulare eſt, valere pactum quod de damnis
& intereſſe credatur iuramento damnum paſſi, ſecundum
D Bald. Alberic. Salicet. Iaſon. & communiter omnes, *in l. iuſiu-*
*randum, quod ex conuentione. ff. de iureiurand.* ſic & pariter va-
lere ſtatutum, quod damnum paſſi iuramento credatur ſu-
per illato damno, communiter omnes infraſcripti Doctores
admittunt. Verùm quando hæc procedant, & quando non,
ſi quis percipere voluerit, omiſſis aliorum antiquorum au-
ctoritatibus, adeat ampliantes, limitantes & declarantes, So-
cin. *reg. 480.* Roman. *ſing. 259.* Arnon. *ſing. 45.* Marſil. *ſing. 338.*
*357. & 957. & in tracta. de bannitis, in verbo, Villa, num. 30. &*
*ſeqq.* Cæpol. *conſil. ciuil. 29. & cautel. 210.* Firman. *in repert. in*
*verbo, damni illatio, num. 43.* Alexan. *conſil. 47. num. 7. & conſil.*
*130. incipiente, difficultas, lib. 1.* Grat. *reſponſ. 154. part. 2.* Tiraq.
*in tracta. res inter alios acta, fol. mihi 12. à tergo, verſicul. à quo non*
*longè abeſt, in parua impreſſione,* Ange. *de maleſ. in verbo, nec non*
*denuncia, num. 18.* Cagnol. *in l. curabit, nu. 56. C. de action. empt.*
E Plot. *de in lit. iuran. num. 456. 610. & ſeqq. & 830. ſecundùm an-*
*tiquam impreſſionem, & § 45. nu. 4. & 5. ſecundùm vltimam im-*
*preſſionem,* & latiùs in eius repertorio, *in verbo, damnum paſ-*
*ſi, &c. per plures verſiculos,* Phanuc. *in tract. de iureiurand. in li-*
*te, part. 2. in princip. ſub num. 21.* Boſſ. *in titu. de captura, num. 43.*
Anchar. Regien. *quæſt. 33. num. 16. part. 2.* Catell. Cotta *in me-*
*morial. in verſicul. ſtatuto ciuitatis Mediolani cautum reperitur,*
*fol. mihi 657. & ſequentib. aliàs 824. & ſequentib.* Viu. *opin. 787.*
Maſcard. *de probat. concluſ. 471. num. 241. libro 1. & concluſ. 934.*
*num. 35. & ſequentib. & concluſ. 1003. num. 48. & concluſ. 1039.*
*num. 8. & lib. 2* Caballin. *in tracta. de euictione, §. 3. q. 18. num.*
*156 & ſequent.* Franc. Turzan. *opin. 101. num. 4. in fine, & opin.*
*116.* Stracc. *in tracta. de mercatura, titul. de contract. mercat. n. 6.*
Clar. *in Pract. §. fina. quæſt. 82. verſicu. quæro nunquid ſtante, &c.*
Menoch. *de recuperan. poſſeſſ. remed. 15. num. 357.* Aym. *in Pract.*
*§. 32. cap. 30. fol. mihi 470. in nona præſertim ampliatione.* Rolād.
Farin. Conſil.
A *conſil. 87. lib. 4.* Franc. Marc. *deciſ. 456. part. 2.* Bonacoſſ. *in quæſt.*
*criminal. in titul. de dam. dat. verſ. 2. incipiente ſtante ſtatuto,* Sera-
phin. *de priuileg. iuramenti, priuil. 31. nu. 8. & ſeqq.* Anton. The-
ſaur. *deciſ. Pedemont. 68.*

*Famianus Centolinus V. I. D. Galeſij.*

## ILLVSTRISSIMI ET REVERENDISS. Dn. Arigoni Cardinalis.

*Burgen. Abbatia, 2. Aprilis 1593.*

### ARGVMENTVM.

Agitur in hac deciſione de nonnullis ſuſpicio-
B nibus falſitatis obiectis aduersùs ſupplicationem,
& concluditur, ex illis non diminui de fide dictæ
ſupplicationis.

### *SVMMARIA.*

*Falſitatis ſola ſuſpicio in ciuilibus habetur pro falſitate, num. 1.*
*Falſitas præſumitur ex additionibus in ſupplicatione repertis, numero 1.*
*Falſitas ſupplicationis præſumitur, quando in ſupplicatione non ſeruatur ſolitus Datariæ ſtylus, numero 1. in fine, & in addit. litera a, vbi generaliter, an & quando præſumatur falſitas ex diuerſitate ſtyli, & ex eo, quòd à ſolito recedatur, aut quid ſimile.*
C *Falſitatis ſuſpicio omnis excluditur in ſupplicatione, quamuis apoſtillata & caſſa, quando illa concordat cum regiſtro, num. 2. & ſeqq.*
*Falſitatis ſola poſſibilitas non facit præſumptionem contra eum, qui falſitatem committere potuit, quod declara, vt in nu. 3.*
*Falſitas ex additionibus & caſſationibus ſupplicationis non præſumitur in Datario, & aliis Datariæ officialibus, num. 3.*
*Datarius & officiales Datariæ habent ampliſſimam facultatem addendi & caſſandi ſupplicationes ſignatas, etiam poſtquàm peruenerunt ad regiſtrum, num. 3.*
*Falſitatem committere nemo præſumitur circa id, quod in nihilo ſibi erat proficuum, num. 5.*

## DECISIO XCII.

DVbitaui, an † ſupplicatio Gregorij ſuper Abbatia per 1
D eum obtenta ſit ſuſpecta de falſo, ad effectum de quo
agitur; & pro parte Antonij Ordones dicebatur, quòd in
ciuilibus ſola falſitatis ſuſpicio habetur pro falſitate, Ar-
chid. & Gemin. *in cap. in memoriam, 19. diſtinct.* Alexand. *in*
*conſi. 77. num. 6. lib. 1.* Dec. *in conſ. 443. num. 28.* & prætendeba-
tur, exſtare multas ſuſpiciones de falſo, & præcipuè circa
illas additiones, *ſiue per inhabilitatem, ſiue per ſimoniæ labem;*
& quia etiam non fuit in illius expeditione ſeruatus ſtylus
ſolitus [a] Datariæ, & circa nonnulla alia, de quibus per infor- a
mantes.
Nihilominùs † fuit reſolutum, huiuſmodi ſuſpiciones 2
nihil releuare, prout quoque fuit reſolutum de anno præ-
terito coram R.P.D. Giptio, & vnico fundamento fuit di-
ctum, omnia in contrarium deducta poſſe tolli; nam cùm
iſta ſupplicatio concordet cum regiſtro, & antequàm regi-
E ſtraretur, non perueniat ad manus principalis, licèt ali-
quando permittatur, vt illam poſſit videre, ceſſat prorſus
omnis ſuſpicio, quòd Gregorius commiſerit aliquam falſi-
tatem.
Et † in nulla conſideratione fuit habitum id, quod dice- 3
batur reſpectu officialium, & quòd potuerunt corrumpi
aliqui ex officialibus, in poſſe quorum exſiſtebat ſupplica-
tio, & quòd mediante illorum perſona, Gregorius commi-
ſerit falſitatem; quia hæc ſola poſſibilitas non ſufficit in hu-
iuſmodi materia, cùm Datarius & alij officiales habeant am-
pliſſimam facultatem caſſandi vel delendi, non ſolùm poſt-
quàm perueniret ad regiſtrum, vt poſt alios per Sarnen. *in*
*regul. de iur. quæſ. non toll. q. 20. ſub num. 3.* & ideò quicquid fuit
factum ab officialibus, cenſetur geſtum iuxta facultatem &
poteſtatem eorum, & non vt committerent falſitatem ad in-
ſtantiam Gregorij.

4 Vltra † quòd iſta prætenſa caſſatura circa valorem, & A
quòd antea eſſet expreſſus ad 24.& quòd poſteà fuerit alteratus & mutatus ad 1700. Domini dixerunt, ex inſpectione ſupplicationis,quæ fuit extenſa omnibus de anno præterito in alia poſitione iſtius cauſſæ non conſtare, & quamuis videantur impugnatæ literæ,tamen non ſequitur, quòd anteà valor expreſſus eſſet ducat.24.& aliquando impugnantur literæ circa valorem ab ipſis officialibus & Reuiſoribus, vt faciliùs illicò reperiri & videri poſſint.

5 Et circa † illas additiones, *ſiue per inhabilitatem.ſiue per ſimonia labem*, eſt potiùs præſumptio pro non falſitate, quia cùm Gregorius haberet in ſua gratia clauſulas generales, per quas comprehendebantur præfati modi vacandi, vnde ceſſare debet omnis præſumptio, quòd Gregorius voluerit
committere falſitatem circa id quod in nihilo ſibi erat pro- B
ficuum,vt poſt Marſil.*in conſ.77.col.2.& in conſ.15.*trad.Aym. *in conſ.75.num.17.*

Circa † expeditionem contra prætenſum ſtylum & ſolitum Datariæ, & cetera alia fuit reſponſum in deciſ. coram R.P.D. Giptio, à quibus reſponſionib. noluerunt Domini recedere, cùm nil noui releuans adducatur, & iudicarunt ſtandum eſſe in deciſis.

*ADDITIO.*

a STylus ſolitus. Quòd ex inſolito ſtylo ſcriptura redarguatur de falſitate,ex eo quòd recedés à ſolito ſuſpectus ſit, & alia ſimilia habentur per Aym. *conſil.28.num.5.* Mandell.
*conſil.90.in fine*,Menoch.*de arbitrar.quæſt.lib.2.caſ.187.num.45.* C
Cephal.*conſ.287.num.26*,Ioſeph. Ludou. *deciſ.Lucen.13.num. 22.* Decian. *conſ.100.num.19.lib.2.*Maſcard.*de probat.lib.2.concluſ.740.num.38.& conclu.1094.num.35.& 36.*vbi declarat hoc procedere,dummodò recedatur à ſolito in ſubſtantialibus, ſecus in non ſubſtantialibus, *& lib.3.concluſ.1341.num.28.& ſeqq.* vbi de ſubſcriptione contra ſolitum ſubſcribentis ſtylum. Et in ſimili faciunt quæ de præſumptione doli ſcripſit D.meus Farinac.*in ſua Pract.crimin.par.2.tit.de pœn.temperan. q.89.num.122.& ſeqq.*

*Fam.Centolinus V.I.D. Galeſij.*

ILLVSTRISSIMI D. SERAPHINI Patriarchæ.

*Burgen.Iuriſdictionis,Mercurij 5. Maij 1593.*

ARGVMENTVM.

Ex iuriſdictione alicui limitatiuè conceſſa procedendi in aliquibus delictis, aliis quibuſuis delictis excluſis & exceptis, non cenſetur conceſſa poteſtas contra non ſubditos turbantes ſuam iuriſdictionem.

*SVMMARIA.*

*Dictio*,quibuſuis,*eſt vniuerſalis,& omnia comprehendit, num.1*
*Omnia qui dicit,nihil excludit,num.1.*
*Iuriſdictio,quæ ob delictum acquiritur in non ſubditum, acquiritur ſine vlla limitatione,num.2.* E
*Turbantes iuriſdictionem iudicis, efficiuntur ſubditi illi iudici & illius iuriſdictioni,etiam quòd alias non eſſent ſubditi,num.3.*
*Delictum vnius particularis perſonæ non dicitur delictum collegij ſeu vniuerſitatis,nec illi præiudicare debet,num.4.*

DECISIO XCIII.

1 FVit † dubitatum,an R. D. Archiepiſcopus poſſit procedere ſolus contra Capitulares impedientes illum vti iuriſdictione ordinaria extra caſus & perſonas in concordia non comprehenſas.Et fuit per Dominos concluſum,nemine diſcrepante, non poſſe propter verba concordiæ, quæ ſunt valdè vniuerſalia, & comprehendunt omnes exceſſus tam graues,quàm leues:vtitur enim verbo,*quibuſuis*, glo.& Doct.*in cap.ſuſceptum, de reſcript.lib.6.* Rot. *deciſ.1.in nou.cod. titu.& in antiq.deciſ.43.*& qui omnia dicit, nihil excludit, *l. Iulianus,de legat 3.*

Neque † obſtant ex aduerſo allegata, nam in genere re- 2
ſponderi poteſt,ea loqui in caſibus, in quibus neque à iure, neque ab homine limitata reperitur iuriſdictio;nam ea quæ ob delictum acquiritur in non ſubditum,acquiritur ſine vlla limitatione,hæc verò iuriſdictio, quæ competit Archiepiſcopo in Capitulares, eſt limitata per concordiam; neque delictum facit,vt maiorem acquirat: cùm in omnibus delictis data ſit forma procedendi,quæ eſt ſeruanda.

Prætereà,quòd † quis acquirat iuriſdictionem contra tur- 3
bantem,id fit,vt poſſit impedimentum, quod præſtatur,remouere,quoties præſtatur à non ſubdito,quod à ſi ſubdito, debet in eum procedere iuxta iuriſdictionem quam habet, & ita procedunt omnia allegata.

Neque poteſt † prætendi ob delictum amiſſum priuilegium procedendi,iuxta formam concordiæ, quia delictum 4
vnius particularis non eſt delictum Capituli, de cuius præiudicio ageretur,ſi vellemus hoc caſu ei iuriſdictionem auferre; non enim debet delictum particularis Canonici inferre præiudicium iuri Capituli,cùm aliud ſit,quòd qui fiat vti à particulari,vel vti à Capitulo.Alex. *conſil.114. num.12. lib.4.*Plot.*in l.ſi quando,nu.832.C.vnde vi*,& ita concluſum.

ILLVSTRISSIMI D. SERAPHINI Patriarchæ.

*Auerſana beneficij,Lunæ 5.Iulij 1593.*

ARGVMENTVM.

Appellare an & quando liceat à ſententia lata in crimine ſimoniæ à mixto exſequutore,& an etiam mixtus exſequutor procedere debeat cum cognitione cauſſæ,& quomodo.

*SVMMARIA.*

*Exſequutor datus ad conferendũ beneficium in forma iuris per vacationem ob ſimoniam contractã,dicitur mixtus exſequutor,n.1.*
*Exſequutor mixtus tenetur aſſumere partes iudicis, & procedere cum cauſſæ cognitione,num.2.* D
*Exſequutor mixtus cenſetur deputatus per clauſulam vocato,&c. num.1.*
*Appellare licet à ſententia lata per exſequutorem mixtum, num.1*
*Exſequutoris mixti poteſtas eſt tantùm contra contradictores de facto,non autem contra contradictores de iure,num.1.*
*Exſequutor mixtus,ſi pendente tempore ad appellandum à ſua ſententia proceſſerit ad illius exſecutionem, dicitur attentare, & omnia per ipſum geſta ſunt nulla,num.1.in ſi.*
*Appellare regulariter non licet à ſententia ſimoniæ. declara, quia datur tantùm appellatio à ſententia collationis beneficij vacantis propter ſimoniam lata à mixto exſequutore;declara ſecundò, vt non detur appellatio,quando ſimoniacus eſt notorius,vel confeſſus,vel ſi eſt occultus, ſimonia eſt reſpectu ordinationis: ſecus quando eſt occultus,& ſimonia eſt ſuper beneficio,quia tunc datur appellatio,num.2.*
*Clauſula*,conſcientiam tuam oneramus,*appoſita in deputatione mixti exſequutoris ad conferendum beneficium propter ſimoniam,refertur tantùm ad idoneitatem prouiſi Apoſtolici,& non ad alia,num.3.*

DECISIO XCIV.

DOmini † concordes fuerunt, vt detur mandatum de 1
manutenendo Ioanni Andreæ, de cuius anteriori poſſeſſione conſtat, non obſtantibus turbationibus Michaëlis, cuius poſſeſſio eſt attentata, quia exſequutor datus ad conferendum in forma iuris per vacationem ob ſimoniam contractam, dicitur mixtus exſequutor, & tenebatur aſſumere partes iudicis,& procedere cum cauſſæ cognitione,*c.exhibita,de iudic.*Abb.& Felin.*in c.dudum, num.24. de præſumpt.* & fuit reſolutum in vna Neapolitana ſancti Andreæ, de menſe Februarij 1569.coram bon.mem. Finetto præſertim ſtante clauſula, *vocato*, Io. Andrea, *c. licèt*, vbi gl. *de præbend. in 6.*

*in 6.*Rot.*deciſ.30 de reſcript.in nou.*Felin.*vbi ſuprà nu.* 23.Et à A
ſententia illius licuit appellare, cùm non teneatur poſſeſſor
ad verbum mixti exſequutoris derelinquere ius ſuum, cùm
eius poteſtas ſit tantùm contra contradictores de facto, nō
autem contra contradictores de iure, Franch. *in c.1.nu.6.*&
Gemin.*num.11.de conceſſ.præben.in 6.* Staphil.*in tract.de liter.
grat.in tit.de vi & efficac. clauſ.§.competenter, nu.7.*Rebuff. *de
form.noui proc.in verbo.contradictores,*Put.*deciſ.271.lib.3.* Achil.
*4.de ſentent.excomm.*Et fuit dictum in cauſſa Piſcien.ſeu nul-
lius Capellaniæ de anno 1578.coram Sereniſſ.D.N.& ideò
cùm exſequutor pendente tempore ad appellandum pro-
ceſſerit, ad immiſſionem in poſſeſſionem, omnia geſta ſunt
nulla, & attentata & reuocanda, Lap.alleg.Mohedan.*deciſ.*
150.& fuit dictum in vna Nolana 3. Maij 1589. coram R.
P.D. meo Penia, & Ioannes Andreas, qui nunquàm habuit B
ſe pro ſpoliato, manutendus eſt.

2 Non obſtat, † quòd ſententia in crimine ſimoniæ lata,
non detur appellatio, quia à collatione datur, vt ſuprà di-
ctum eſt. Prætereà licèt à ſententia ſuper ſimonia non detur
appellatio, vt per Felin. *in c. ſicut, il 1.de ſimon.* Marant. *in
ſpecul. tit. & quando appellatur, num.* 298. tamen hoc intelli-
gendum eſt, quando ſimoniacus eſt notorius vel confeſſus,
vel ſi eſt occultus, ſimonia eſt reſpectu ordinationis, ſecus
quando eſt occultus, & ſimonia eſt ſuper beneficio: tunc
enim datur appellatio, ita declarat Ioan. de Anan.*in d. c. ſi-
cut, circa fin.*

3 Non † obſtant illa verba, *conſcientiam tuam oneramus*, quia
referuntur tantùm ad idoneitatem prouiſi Apoſtolici, & ita
concluſum.

## MELLINI.

*Corrimbrien. Decanatus, Veneris* 19. *Nouembris*. 1593.

## ARGVMENTVM.

Monitorium ad perſonaliter comparendum, crimine non ſpecificato, nullum eſt: pariter & ſententia contra contumacem ferri non poteſt, niſi plenè & legitimè delicto probato, reóque comparente, omnis contumacia reſoluitur.

## SVMMARIA.

*Monitorium ad perſonaliter comparendum, & ad ſe defendendum, ſine ſpecificatione criminum, nullum & inualidum eſt, nu.* D
*1. & in addition.lit.a, vbi de materia.*

*Monitorium emanatum à iudice delegato contra aliquem ad perſonaliter comparendum, non inſeria copia delegationis, nullum & inualidum eſt, nu.2. & in addit.lit.b, vbi de materia.*

*Sententia lata contra abſentem contumacem dicitur iniuſta, quando non eſt lata ex concludenti probationi delicti, nu.3. & in addit.lit.c, vbi declaratur materia.*

*Teſtis inimicus dicitur is, qui cauſſas inimicitiæ habet, nu.3.*

*Teſtes pro informatione Curiæ non probant delicta, etiam quòd contra contumacem procedatur, num.3. & in addit. lit. d, vbi de materia.*

*Teſtes examinati contra clericos à iudice laicò, & de mandato Principis ſecularis nihil probant, nu.3.in fin.*

*Sententia dicitur contumacialis, quādo iudex aliquem condemnat propter abſentiam, & quia ſe non defendit, in actiſque nō adeſt clara & concludens probatio delicti, nu.4. & in addit.lit.e, vbi* E
*de materia.*

*Sententia contumacialis per comparitionem reſoluitur, num. 4. & in addit.lit.f, vbi de materia.*

## DECISIO XCV.

1 DOmini † cōcorditer cenſuerunt, ſententiā latam con-
tra Decanum eſſe nullam & iniuſtam, & conſequēter
reuocandam Et fundamentum nullitatis fuit, quia Decanus
fuit monitus per edictum, vt perſonaliter compareret ad ſe
defendendum ſuper criminibus, de quibus volebat eum ac-
cuſare Promotor fiſcalis. Vnde cùm iſtud monitorū ſit in-
a certum, & generale ſine ſpecificatione criminum [a], ſenten-
tia eſt nulla, Rot.*deciſio.7.num.2. de re iudic.in nouis*, præſer-
tim cùm Decanus longè abeſt à loco, in quo erat citatus, *c.ſi
primates, q.2.*Abb.*in c.prætereà, ſub num.8.verſ. ego ſatis puto, de
dilatio.*

Aliqui † etiam exiſtimabant ſententiam eſſe nullam ex 2
alio capite, quia in monitorio non fuit inſerta copia facul-
tatis [b] tributæ Cardinali legato per Breue, neque ſubdele- b
gationis poſteà ab eo factæ, Angel.*conſi.8.ſub nu. 2. verſic.ſe-
cundò quia,*Put.*deciſ.1.de conſuetud.* maximè, quia erat proba-
ta abſentia Decani, & agebatur de graui eius præiudicio,
R oland.*à Vall.conſil.39.nu.22.cum ſeq.lib.1.*

Iniuſtitia † viſa eſt Dominis clara, quia delicta, quæ in 3
ſententia ſunt expreſſa, non probantur [c]. Nam de eis depo- c
nit ſolùm tertius teſtis examinatus in hoc iudicio, qui non
B probat, quia eſt vnicus, & quia affirmat, ſe odio proſequi
Decanū, propter cauſſas ab eo expreſſas, Tib.Decian. *reſpon.
72.num.21.lib.3.*alij verò teſtes, examinati pro informatione
Curiæ [d], non probant delicta, Bart.*in l.vlt.in fin.ff. de quæſt.* d
Abb. *in cap.graue, ſub num.9.verſi.& aduerte, de præben.* & fuit
reſolutum in cauſſa ciuitatis Caſtelli de Vitellis 16. De-
cembr.1577.coram R.P.D. Decano tantò magis, quia ſunt
examinati contra clericos à iudice laico, & de mandato Du-
cis de Alua. *c. at ſi clerici, de iudic.* Abb. *c.2. num.12. ne cleric.
vel monach.*

Addebant † Domini, quòd illa ſententia fuit contuma- 4
cialis [e], quia iudex priuauit Decanum propter eius abſentiā, e
& quoniam non ſe defendit, & in actis non adeſt clara &
concludens probatio delictorum, vt fuit dictum in dicta
cauſſa ciuitatis Caſtelli, & in cauſſa Romana Secretariatus:
ideò per comparitionem ipſius fuit reſoluta contumacia [f] & f
C debet ei reſtitui ſuus Decanatus Antonio collatus, Achil.*de-
ciſ.vnic. de abſolut.* & fuit reſolutum in cauſſa Romana, Ca-
nonicatus ſancti Angeli, 28.Februarij coram Cotta.

## ADDITIONES.

*SIne ſpecificatione criminum.* Quòd non valeat monitorium a
ad perſonaliter comparendum & ad ſe defendēdum, niſi
exprimatur delictum cum omnibus ſuis qualitatibus, à quo
monitus ſe defendere debeat, faciunt latiſſimè ſcripta per
D. meum Farinacium *in ſua Pract.crimin.part.1.tit. de inquiſit.
qu.1.nu.11.& ſeqq.* vbi firmata concluſione, quòd inquiſitio
debeat eſſe certa, ſpecifica & clara, continens in ſe omnes
delicti qualitates & circunſtantias, taliter, vt reo defenſio
non tollatur, & quòd proptereà non admittatur inquiſitio
obſcura, generalis & incerta, eam ampliat, limitat & declarat
D pluribus modis, pluréſque facit illationes, de quibus ibi per
eum, & magis in ſpecie, quòd prima citatio ſeu monito-
rium, quòd res abſenti tranſmittitur, debeat continere de-
lictum, de quo quis inquiritur, pariter & cum omnibus ſuis
qualitatibus ponit & declarat idem D. meus Farinac. *vbi ſ.
qu.11.nu.40.*Aduerte tamen, quòd quando reus non citatur
ad ſe defendendum ſuper delicto ſub pœna ipſius delicti,
ſed tanquam teſtis ad informādum Curiam ſub aliqua mul-
cta ſeu pœna pecuniaria, tunc non eſt neceſſe in ipſa cita-
tione exprimere delictum, de quo Curia informationem
quærit, ſed ſat eſt, quòd quis citetur ad informandum ſuper
nonnullis ad ipſam Curiam ſpectantibus, ſic enim paſſim &
vbique ſcrutatur & declarat Boſſ. *in titul. quomodo procedatur
per præcepta, nu.4.& ſeqq.*

*Inſerta copia facultatis.* Quando delegatus iudex citat ſeu b
monet aliquem ad perſonaliter comparendum, & ad ſe de-
fendendum ſuper aliquo delicto, an tunc teneatur in cita-
E tione ſeu monitorio inſerere copiam ſuæ delegationis; & an
in hoc ſit ei credendum, vide omninò Menoch. *conſil.* 100.
*num.71.& ſeqq.* & Decian. qui conſuluit *in eod. caſu in conſil.
18.num.156.& ſeqq.lib.1.*& quod de Cardinali legato ſeu de-
legato, vide D. meum Farin. *in ſuo tract. de teſtib.q.63.nu.55
& ſeqq.*

*Probantur.* Apertè ex iſta deciſione colligitur, ſententiam c
eſſe iniuſtam, ſi lata fuerit contra abſentem contumacem ex
non concludenti probatione, & hoc de iure bene poſſe pro-
cedere apertè etiam colligitur ex cumulatis per D. meum
Farin, *in ſua Pract.crimin.part.1.tit.de inquiſit.q.11.poſt.nu.16.
verſic.imò in caſu exſequutionis.* Sed certè quicquid ſit de iure,
tam de ſtylo, quàm vigore Bullarum Apoſtolicarum, in vrbe

& ſtatu eccleſiaſtico videtur ſufficere, quòd ipſa ſententia iuſtificetur ex legitimis præcedentibus ad inquirendum indiciis, prout alias tenuit Rota in vna Romana notariatus coram Orano ſub die 12. Februarij 1588. De qua deciſione mentionem facit idem D. meus Farinac. *vbi ſupr. d. nu. 16. verſi. primò tamen, & per tot. nu. 16.* vbi more ſuo latè difficultatem explicat.

d *Pro informatione Curiæ.* Ex hac eadem deciſione etiã colligitur, quòd teſtes pro informatione Curiæ, & parte non citata examinati, nec etiam probant delictum, quando proceditur contra abſentem & contumacem. De qua quidem concluſione ego valdè dubito, quia, prout bene deduxit D. meus Farin. *in ſua Pract. crim. par. 1. q. 11. nu. 105. & in tract. de teſtib. q. 72. nu.* 100 *& ſeqq. & nu.* 108. quando proceditur contra abſentem, recipiuntur teſtes, etiam parte non citata, & ex illis probatio reſultans, optimè ſubſequentem ſententiam & condemnationem iuſtificat. Nec facit contra Bart. allegatus in deciſione vnà cum Abb. loquuntur enim, quando reus comparet antè condemnationem, quia tunc verum eſt, quòd teſtes examinati pro informatione Curiæ, nec etiã faciunt indicium, niſi ad ipſius rei faciem confrontentur, aut ipſo citato repetantur, prout pariter declarat idem Dominus meus Farin. *d. q. 72. nu. 94. & nu.* 136. verùm ſi reus abſens citatus non comparet ante ſententiam & condemnationem, vix crederem teſtes pro Curiæ informatione examinatos, non probare delictum: prout videtur de mẽte huius deciſionis, & ſi rectè põderetur deciſio illa ciuitatis Caſtelli coram R. D. Seraphino ſub die 16. Decembris 1577. in hac eadem deciſione relata, & quam etiam ponit idem D. meus Farinac. *in ſua Pract. d. q.* 11. *poſt nu.* 92. non videtur ex ea probari, quòd ex teſtib. informatiuis non probetur delictum generaliter, ſed quando ſolùm deponunt de auditu, & hoc non propter defectum citationis, ſed quia teſtimonium de auditu non eſt cõcludens teſtimonium. Cogita, quia per me dicta ſunt etiam conformia communi ſtylo, & conſuetudini ſubſelliorum criminalium, in quibus nunquàm vidi citare abſentes contumaces ad videndum examinari teſtes, nec etiam eos comparẽtes poſt condemnationem vnquàm vidi citatos ad videndum repeti dictos teſtes.

e *Contumacialis.* Sententia quando dicatur contumacialis, & quando ob delictum lata, nullus eſt, qui latiùs difficultatem, explicet, quàm Dominus meus Farinac. *in ſua Pract. crim. part. 1. tit. de inquiſit. d. q. 11. nu.* 91. *& ſeqq.*

f *Reſoluta contumacia.* An & quando per comparitionem contumacialis ſententia reſoluatur; comparenſque recuperet bona confiſcata, vide pariter Dominum meum Farinacium *in ſua Pract. crim. d. quæſt.* 11. *numer.* 83. *& pluribus ſeqq.*

*Fam. Cent. I. V. D. Galeſij.*

## PAMPHILII DECANI meritiſſimi.

*Romana Cenſus, die 29. Decembris 1593.*

### ARGVMENTVM.

Vſura an ſit, exigere fructus cẽſus poſt illius reſolutionem, & an cẽſus dicatur reſolutus ob non adimpletas illius conditiones, & relaxatum mandatum, ob non adimplementum.

### SVMMARIA.

*Intereſſe ob retardatam ſolutionem quando debeatur, num. 1.*

*Fructus cenſus extincti & reſoluti quando debeantur ob retardatam ſolutionem, num. 1.*

*Fructus cenſus non debentur poſt illius reſolutionem ob non adimpletas conditiones, & poſt relaxationem mandati pro reſtitutione ſortis principalis, nu. 2.*

*Cenſus ſi durat, non poteſt illius emptor repetere ſortem principalem, num. 3.*

*Venditor cenſus poteſt quandocunque illum redimere, emptor autem non poteſt, etiam quod de hoc non adſit pactum in inſtrumento, num. 3.*

A *Cenſus dicitur reſolutus & exſtinctus, ſtatim, quòd emptor pro reſtitutione ſortis principalis obtinuit mandatum, nu. 4. & in addit. litera a, vbi declaratur.*

*Factum iudicis reputatur factum partis, nu. 4. in fi.*

*Cenſus dicitur exſtinctus & reſolutus in totum, quando emptor recipit aliquas pecunias ad computum ſortis principalis, nu. 5.*

*Cenſus non poteſt exſtingui pro parte, parte inuita, nu. 5.*

*Contractus dicitur reſolutus ex veriſimili mente contrahentium, num. 5.*

*Promiſſio ſolutionis fructuum cenſus poſt illius exſtinctionem, non valet, num. 6.*

### DECISIO XCVI.

B FVit † reſolutum, non deberi fructus D. Magdalenæ: quia 1
aut illos prætendit ratione intereſſe ob retardatam ſolutionem, & tunc non debentur, quia non concurrunt requiſita, per Caſtr. *in l. 3. ff. de eo, quod certo loco,* quem ſequitur Rota, vt per Mohed. *deciſ. 102. & deciſ. 208. in manuſcrip. & in impreſſis deciſ. 1. & deciſ. 3. tit. de vſuris.*

Aut verò † eoſdem fructus prætendit ratione cenſus, & 2
minùs debentur: quia à die, quo ob non impletas conditiones Magdalena ſuſcepit mandatum pro reſtitutione ſortis principalis, ipſa ſors ceſſit in debitum, ita vt vltra eam non poſſint peti aliqui fructus citra vitium vſuræ, *cap. plerunque, cum ſeq. 14. q. 3.* Lauren. de Rodulph. *in tract. de vſur. q. 1. nu. 1.* Couar. *var. reſol. lib. 3. c. 1. nu. 1.*

Hæc enim † ad inuicem ſe non compatiuntur, quod cen- 3
ſus duret, & ſit in arbitrio emptoris, repetere ſortem prin-
C cipalem, quando velit: quia licèt venditori cenſus ſit permiſſa illius redemptoris, iuxta conſtitutiones Martini, Calixti & Pij, emptori tamen eſt omninò prohibita, cùm aliàs eſſet certus de lucro, Sot. *de iuſt. & iur. lib. 6. quæſt. 5. art. 3. in 1. concl.* late Conrad. *de contract. lib. q. 84. in 5. concl.* Couar. *var. reſolut. lib. 3. c. 1. nu. 4.* etiam quòd pactum non ſit deductum in ſtipulatione, dummodò emptor aliunde ſit ſecurus, ſumm. Anton. *p. 2. c. ... nu. 8. §. 14. in fi.*

Et ideò †, cùm poſt relaxatum mandatum [a] fuerit in fa- 4
cultate Magdalenæ repetere pecuniam quando vellet, ſta- a
tim fuit cenſus reſolutus, etiam quòd non concurrat actus retrouenditionis, quia res deuenit ad caſum, à quo incipere non potuit, maximè ſtante mandato iudicis, cuius factum reputatur factum partis, *l. ſi ob cauſſam, C. de euiction.*

Et in caſu † noſtro ceſſat difficultas, ex quo Magdalena 5
D accepit etiam pecunias ad computum ſortis principalis, ex quo conſtat, ipſam voluiſſe extinguere cenſum, non ſolùm pro rata pecuniarum habitarum, ſed etiam pro tota ſumma: cùm aliàs parte inuita non potuiſſet cenſus exſtingui pro parte, *ad l. tutor, §. Lucius, ff. de vſuris,* Iaſ. poſt alios *in l. quidam, ſub num. 4. ff. ſi cert. pet.* vltra quòd concurrit relaxatio mandati pro tota ſumma, quæ facit, vt ex veriſimili mente iudicis & Magdalenæ contractus habitus fuerit pro indiuiſo, & in totum reſolutus, *ad l. Pedius ff. de arbitr.* Bart. *in l. 1. Græcè, §. illud, ſub nu. 4. ff. de fideiuſſ.* Alciat. *in l. 1. §. ſed ſi mihi, in repet. ſub nu. 6. ff. de verb. oblig.* Pariſ. *conſ.* 12. *nu.* 74. *lib.* 2. Aym. *conſ.* 170. *nu.* 6.

Nec aliquid facit †, quòd Marius promiſerit ſoluere fru- 6
ctus pro duobus tertiis, quoniam eius promiſſio, ſtantibus ſupradictis, fuit inualida, maximè cùm ſit facta poſt transla-
E tum onus cenſus pro illicitis habendis fructibus.

### ADDITIO.

MAndatum. Ad declarationem huius deciſionis, vide a
infra aliam deciſionem coram R. P. D. Litta in vna Romana Saluiani interdicti, Veneris 23. Iun. 1600.

*Famianus Centolinus I. V. D. Galeſij.*

## ILLVSTRISSIMI ET REVERENDISS. D. Arigoni Cardinalis.

*Senogallien. fideicommiſſi, 9. Maij 1594.*

### ARGVMENTVM.

Subſtitutus in caſu, in quo heres commiſerit aliquod homicidium aut delictum aliud ſimile

vel

vel diſſimile, non poteſt ex hac ſubſtitutione ſuccedere ex alio delicto, quàm ex illo, pro quo veniat confiſcatio bonorum, non autem pro delicto, pro quo pœna tantùm pecuniaria imponitur, & per comparitionem contumacis, ſentẽtia propter contumaciam lata bene reſoluitur.

*SVMMARIA.*

*Subſtitutus in caſu, in quo heres cõmiſerit homicidium, aut aliquod delictum ſimile vel diſſimile, non cenſetur vocatus in caſu, quo dictus heres quodcunque committat delictum, ſed tantùm, quãdo commiſerit delictum grauius ipſo homicidio, & pro quo veniat confiſcatio bonorum, aliàs ſecus, num. 1.*

B *Simile dicitur, vbi adeſt eadem ratio, & ſequitur idem effectus, aliàs ſecus, num. 1.*

*Delictum diſſimile dicitur, quando vnum eſt grauius altero, nu. 1. in fin.*

*Teſtamenti vna pars aliam declarat, num. 2.*

*Teſtator poteſt in caſu delicti hereditatem alteri deferre, eamque ab herede auferre, vt in caſu, quo heres gratiam obtinuit, bona ad ipſum reuertantur, num. 2. in fin.*

*Subſtitutus in caſu delicti per heredem commiſſi, non admittitur ad hereditatem ex eo ſolùm, quòd heres fuerit in contumaciam pro delicto condemnatus, num 9. & in addit. lit. a.*

*Condemnatus in contumaciam, an dicatur condemnatus ex maleficio, num. 3.*

*Sententia contumacialis per comparitionem reſoluitur cum omnibus inde ſequutis, num. 3.*

## DECISIO XCVII.

1 PRæſuppoſito † teſtamẽto q. Ioannis Benedicti de Theobaldutiis, & quibuſdam ſententiis condemnatoriis latis contra Theobaldutium, & multis aliis, propoſui dubium; An propter dictas ſententias poſſit prætendi aliquod fideicommiſſum. Et omnes Domini concorditer dixerunt, non poſſe, cùm ſententia lata Senis eſſet pro leui delicto abſque confiſcatione bonorum, & pro quo, iuxta formam ſtatutorum, imponebatur modica pœna pecuniaria. Et licèt teſtator ſubſtituerit in euentum, in quem heredes ſui vel alter eorum aliquid in futurum patrauerint, vel patrauerit homicidium, vel aliquod delictum ſimile vel diſſimile, &c. nihilominùs per huiuſmodi verba, *ſimile vel diſſimile*, non conſiderauit quodcunque etiam minimum delictum, ſed tantùm graue, quòd eſſet ſimile homicidio, ratione cuius bona eſſent confiſcanda: nam vbi eſt eadem ratio, & ſequitur idem effectus, dicitur ſimile, aliàs non, Bald. Ang. Imol. *in l. qui liberis, in prin. ff. de vulg. & pupil.* Pariſ. *in conſ. 107. num 62. vol. 3.* & conſiderauit diſſimile, nempe, quòd eſſet grauius, ad trad. poſt Guliel. de Cun. per Felin. *in c. paſtoralis, num. 2. verſ. tertiò, facit, de reſcript.* & facit etiam quia huiuſmodi pœnæ & ſubſtitutiones in caſum delicti fiunt per teſtatores, ad euitandas confiſcationes.

2 Et hoc † confirmabant Domini, quia in eodem teſtamẽto, in verbis præcedentibus, teſtator fecerat mentionem de legitima vnius ex ſuis filiis confiſcata ex cauſſa homicidij: vnde poſteà faciendo mentionem de delicto, & in talem caſum ſubſtituendo, dicẽdum eſt intellexiſſe de delicto graui, propter quod bona eſſent confiſcanda: cùm vna pars teſtamenti declaret aliam, & qualis fuerit voluntas teſtatoris: & eò maximè eſt ita dicendum, quia, prout aliqui ex Dominis conſiderabant, teſtator in euentum, in quem Franciſcus alter filius bãnitus propter homicidium eſſet rehabilitatus, & obtinuiſſet gratiam, voluit illũ inſtituere heredem, quod non feciſſet, ſi abhorruiſſet ſolùm delicta.

3 Dixerunt etiam †, quòd nec per ſententiam latam in vrbe poteſt prætendi fideicommiſſum, quia fuit lata in contu-

a maciam [a], & omiſſo an bannitus ex contumacia dicatur cõdemnatus ex maleficio, vt poſt alios per Alexan. *in l. ſi mora, ſub num. 13. ff. ſolut. matrim.* tamen per comparitionem dicta ſententia vnà cum omnibus inde ſequutis euanuit, Felin. *in c. ex literis, num. 16.* vbi etiam Dec. *num. 12. de cõſtit.* Achil. *in deciſ. vnic. in titu. de abſolut.* Et fuit reſolutum coram bon. memor. Cotta in cauſſa Romana canonicatus ſancti Angeli, &

A coram R. P. D. Decano, in cauſſa Romana Secretariatus.

*ADDITIO.*

a COntumaciam. Hanc concluſionem ego putarem veriſſimam, quando iam non eſſet lapſus annus conceſſus condemnatis ab Apoſtolicis conſtitutionib. ad comparendum, ſed ſi lapſus fuiſſet annus, tũc omninò ſubſtitutum fore admittendum arbitrarer; cùm vigore earundem conſtitutionum ſententia & condemnatio faciat rem notoriam & rem iudicatam inducat, & abſque vlla prorſus exceptione in omnibus & per omnia ſit exſequutioni demandanda.

*Famianus Centolinus V. I. D. Galeſij.*

## ILLVSTRISSIMI D. SERAPHINI Patriarchæ.

*Romana pecuniaria, die 14. Nouembris 1594.*

## ARGVMENTVM.

Agitur de quodam fideiuſſore in vna ſocietate officij, qui pro ſua cautela, ex quo principalis debitor, pro quo fideiuſſerat, non erat nominatus, habuerat ab eodem debitore priuatam apocham ſub nomine confeſſati mutui eiuſdem quãtitatis pecuniarum contentarum in dicta ſocietate: ſed cùm dictas pecunias rehabuiſſet ad effectum exſtinguendi ſocietatem, & propterea apocham prædictam reſtituiſſet, volebat tamen iterum exigere ſummam in ſocietate contentam, & ab ipſo ſolutam, eò quia fuerit erogata pro ſeruitio eiuſdem debitoris. Hinc fuit dubitatum, an pecunia contenta in dicta apocha, ſit eadem, de qua in ſocietate? Materia, licèt prima parte ciuilis appareat, habet tamen annexum crimen, exigendi ſcilicet iterum debitum iam exactum, & ideò hæc deciſio inter alias criminales materias ſapienter fuit hìc poſita.

*SVMMARIA.*

D *Identitas cauſſæ facit præſumere identitatem pecuniarum, num. 2.*

*Vicinitas actuum inducit correſpectiuitatem, num. 3.*

*Identitas pecuniarum ſolutarum facit præſumere identitatem cauſſæ, num. 4.*

*Confeſſio facta in apocha priuata ſeu chirographo, plenè probat contra ſcribentem ad fauorem eius, cui ſcribitur, num. 5.*

*Veriſimilitudo facit præſumere identitatem pecuniarum, num. 6.*

*Pluralitas ſummarum non præſumitur, concurrente præſertim idẽtitate perſonarum, num. 7.*

*Solutio præſumitur facta de iiſdem pecuniis, de quibus anteà fuit actum, num. 7.*

*Identitas pecuniarum & cauſſæ an præſumatur, num. 10.*

## DECISIO XCVIII.

E FActum † eſt tale. Sub die 5. Nouembris 1590. R. P. Abbas Lippomanus & D. Pompeius Canſauus acceperunt ad ſocietatem officij à R. P. D. Barberino ſcuta 1550. auri ad Iulios 12. pro ſcuto, & D. Iacobus Spinola, qui tunc erat familiaris Excellentiſſimi Domini Marci Antonij Columnæ, recognouit bonam fidem, & fuit perfecta dicta ſocietas per totum diem ſeptimum eiuſdem menſis. Deinde die 15. ſeq. fuit ſoluta Illuſtriſſimis Dom. de Sfortia ſũma ſcut. 1200. debita ipſis per dictum Excellentiſſimum Dominum Marcum Antonium per manus Domini Alexandri Doni, de mandato ipſius Spinolæ, & die 16. ſequenti fuit ipſi conſignata ſchedula ſubſcripta, de qua agitur, dicti Marci Antonij, quæ tamen fuerat confecta ſub die 14. eiuſdem menſis, in qua confitetur, ſe eſſe verùm & legitimum debitorem 1

Domini

Domini Iacobi Spinolæ in ſumma ſcutorum 1885. mone- A
tæ per tot ab eo accommodatis, gratis & amore, pro ſatis-
faciendo Illuſtriſſimis Cardinali Sfortiæ & Domino Ma-
rio eius patruo, & aliis ſuis ſeruitiis, quam promiſit. Verùm
ex plurib. partitis ſolutis dicto Domino Iacobo apparet, ipſi
fuiſſe ſatisfactum de ſumma contẽta in dicta ſchedula, quæ
etiam per eum fuit reſtituta Excellentiſſimo Domino Mar-
1 co Antonio, ſed ſocietas illa contracta cum Domino Bar-
berino nunquàm fuit extincta, & propterea fuit corãm. A.
C. agitatum pro exſtinctione contra Iacobum, qui præten-
dens, dictam ſocietatem fuiſſe factam ad commodum pro
neceſſitatibus Dom. Marci Antonij, allegauit illum teneri
ad eius exſtinctionẽ, cùm ex illa fuerint ſatisfacti Domini
de Sfortia. Et ex aduerſo fuit replicatum, eſſe illas eaſdẽ pe-
cunias, ad quarum ſolutionem ſe per apocham obligaue- B
rat, quas cùm ſemel ſoluerit, non teneri ampliùs ad aliquam
exſtinctionem ſocietatis. In contrarium verò affirmatum
fuit per Iacobum, illas pecunias contentas in ſchedula eſſe
diuerſas ab illis, quæ fuerint ſolutæ Dominis Sfortiis, fuit
dubitatum, an pecuniæ ſolutæ Illuſtriſſimis Dominis de
Sfortia ſint comprehenſæ in apocha mutui ad effectum, de
quo agitur? Et cauſa per me propoſita, fuit per Dominos
concluſum pro affirmatiua, eas comprehendi in dicta apo-
cha ex pluribus.

2 Primò, quia † in dicta apocha diſertè exprimitur cauſſa accepti mutui, nempe pro ſatisfaciendo Dominis de Sfortia: vnde ex identitate cauſſæ dicendum eſt, fuiſſe eaſdem pecunias ſolutas Sfortiis per Iacobum, *Soci. conſi. 129. num. 5. & 10. lib. 4. Alex. conſ. 54. numer. 2. lib. 7. Aym. conſ. 198. num. 2.*

3 Secundò † comprobatur ex actuum vicinitate, quia die 15. fuit facta ſolutio, & die ſequenti fuit conſignata apocha, quæ priùs 14. fuerat conſcripta, & ſic omnia fuerunt inuicem correſpectiua, *Dec. in l. poſitas, num. 3. de pact. Alex. conſ. 53. in fin. lib. 2. Aym. conſi. 153. num. 8. & conſi. 202. num. 41.* C

4 Tertiò facit †, quòd quantitas ſummarum optimè conuenit, quia ſumma 1550. D. auri in auro reducta ad ſcutum monetæ cum expenſis proxenetarum & notarij conſtituunt ſummam ſcutorum 1885. monetæ, vt in facto deducitur.

5 Quartò †, quia idemmet Iacobus in chirographo ſcripto ad Lippoman. confitetur, pecunias contentas in apocha, eſſe pecunias ſocietatis, vnà cum expenſis rogati notarij, quæ confeſſio eſt ſatis clara, *ad c. per tuas, de probat.* Ægid. *deciſ. 684.*

6 Quintò †, concurrit veriſimilitudo, nam ſatis eſt conſonum veritati, quòd cum Iacobus ceperit iſtas pecunias ad D ſocietatem pro vſu dicti Marci Antonij, voluit quoque ſibi eſſe cautum, ne remaneret in damno occaſione recognitionis bonæ fidei per eum factæ, cùm in iſta ſocietate non fuerit nominatus neque obligatus Dominus Marcus Antonius, & non agebatur de modica ſumma, ſed valdè magna, inſpectis facultatibus ipſius Spinolæ.

7 Vltimò †, pluralitas ſummarum non præſumitur, Iaſ. *cõſi. 70. nu. 2. & conſi. 71. num. 1. lib. 9.* Aym. *conſilio 158. num. 13. & conſi. 202. num. 42.* maximè cùm concurrat identitas perſonarum & cauſſa, ex qua fieri debebat ſolutio, quæ facit vt præſumatur eadem quantitas, licèt de ea oſtendãtur diuerſæ ſcripturæ, Socin. *d. conſil. 129. num. 5. & 10. lib. 4. cum ceteris ſuprà allegatis*, & præſumitur facta ſolutio de iiſdẽ pecuniis, de quibus actum fuerat, *l. qui in aliena, de acquir. hered. l. quadã mulier, de rei vend.* Alciat. *d. reg. 2. præſumpt. 24.* Bald. *in auth. hoc ius porrectum, num. 8. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Rip. *in l. ſi ventum, §. eorum ratio, nu. 11. de priuil. cred.* Menoch. *de arbitr. caſ. 432. num. 38. & de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 5. num. 9.* Deciſ. Ianuen. *91. nu. 4.* E

8 Atque ex his † facilè tolluntur deducta per Iacobũ: namque illum ipſe ponderat in apocha fuiſſe ei datam licentiam capiendi pecunias ad ſocietatem, & quouis alio modo, fuit dictum in capitulo generali, quæ appoſita fuerat pro maiori cautela, ſi ſibi de mutuo nõ fuiſſet ſatisfactum: quod fortaſſe voluit contrahere hoc pacto Iacobus, non aſſignando commodum vel incõmodum ſocietatis ipſi D. Marco Antonio, quia fortè ſperabat fieri poſſe, vt ipſe lucraretur ſocietatem ſine aliquo ſuo diſpendio: cùm interim fructus ſoluerentur per Dominum Marcum Antonium, qui dederat Bãcho in pignus quaſdam gemmas pro reſolutione fructuum, quæ ſolutio per eum fiebat, ea contemplatione, quia A pecuniæ pro eius ſeruitiis erogatæ fuerant. Et eſt magnum argumentum veritatis, quòd poſt reſolutionem pecuniarum contentarum in apochã, fuit reſtituta apocha, & ſimul etiam gemmæ, & tamen ſocietas non fuerat exſtincta, quod ſignum eſt remanſiſſe ad commodum & incommodum Iacobi.

Neque obſtat † confeſſio D. Marci Antonij Conteſtabi- 9
lis, quia cùm ſocietas fuiſſet cœpta pro eius ſeruitio, bene dixit, quòd eius onus ad ipſum ſpectabat, prout verè ſpectabat, antequàm eſſet ſatisfactum Iacobo, quod oſtendut verba illa dicta ad aurem Lippomano.

Poſtremò †, bene facit pro hac opinione, quam omnes 10
Domini amplexi ſunt, text. *in l. ſi ita fuero, ff. de nouat.* & doctr. Bart. *in l. triticum, de verb. oblig.* & ita concluſum, pe- B cunias ſolutas Dominis Sfortiis contineri in apocha, de qua agitur.

## ILLVSTRISSIMI D. SERAPHINI Patriarchæ.

*Carthaginen. portionis, Lunæ 14. Nouembris 1594.*

### ARGVMENTVM.

Recurſus ad Curiam ſecularem præſumitur factus ad inſtantiam eius, de cuius intereſſe agitur: & in hoc creditur ſimplici copiæ: & ſi quis recurrendo ad ſeculares iudices impediuerit ſe C citari, habetur pro citato: & an & quando exſequutio citationis per notarium præſentatæ faciat fidem ſine teſtibus.

### SVMMARIA.

*Recurſus ad Curiam ſecularem, omniaque inde ſequuta præſumũtur facta ad inſtantiam partis intereſſe habentis, num. 1.*

*Recurſus ad Curiam ſecularem recipit interpretationem cõtra partem recurrentem, num. 1.*

*Recurſus ſecularis ſimplici copiæ fides datur, nu. 1.*

*Impediens quo minus citetur, habetur pro citato, nu. 3. in fin.*

*Citationis exſequutio vt fidem faciat, requirit teſtium adhibitionem, num. 2.*

D *Citationis notitia ſupplet illius nullitatem, & facit, vt iudex poſſit credere illius relationi, num. 4. & ibi in addit. litera a, vbi etiam, an per comparitionem citati inualida citatio reconualideτur.*

### DECISIO XCIX.

Domini † receſſerunt à reſolutione facta, & cenſuerunt, ſatis conſtare de citatione validè exſequuta. 1
Primò, quia ex ſcripturis productis, quæ habentur in ſummario numero primo, conſtat de ablatione proceſſus tam originalis, quàm compulſati, & eius tranſportatione ad conſilium Regium, quæ præſumitur facta ad inſtantiam partis intereſſe habentis, ad notata per Bart. *in l. fin. q.* quare in odium eorum, qui ſimili recurſu vtuntur, fit omnis interpretatio ad fauorem alterius partis, ita vt etiam copiæ ſimplici ſoleat fides adhiberi, Bald. *in l. publicati, q. 8. in fin. C. de teſtamen.* Iaſ. *in authent. ſi quis in aliquo, in 7. fallent. C. de edend.* Dec. *conſil. 36. colum. 2. verſic. non obſtat*, & exſtat Peregr. *deciſ. 159. lib. 2.* & facit, quòd impediens, quo minùs citetur auxilio conſilij Regij vel aliàs, habetur pro citato, *c. quoniam frequẽter, §. porrò*, vbi gloſſ. *in verbo, impedit, vt lit. nõ conteſt.* Card. *in Clemen. cauſſam, q. 13. de elect.* cum aliis per Tiraquell. *de retract. lignag. §. 1. glo. 10. nu. 102. & §. 2. glo. 1. num. 9.*

Non obſtat †, quòd in ſummario proceſſus, quod exhi- 2
bitum fuit, vbi adeſt exſequutio citationis, non reperiantur adhibiti teſtes, vt requiritur, *capit. quoniam contra, de probat.* Speculat. *in tit. de citat, §. ſequitur, nu. 9. deciſ. 5. lib. 3.* quia ex exhibitione proceſſus vltimò facta apparet, quòd qui confecit ſummarium, ſolitus fuit mittere teſtes, qui nihilominùs in dicto proceſſu in pluribus actibus interfuiſſe leguntur.

Non

3 Non obſtat †, quòd neque in dicto proceſſu reperitur iſta citatio, quia ex atteſtatione notarij conſtat, per eum non fuiſſe appoſitã, quia inſtrumẽtum citationis à notario emanatum, in cuius dorſo ſolet exſequutio deſcribi, erat vitiatum, & ſublatum ſigillum, ideò ex eo non poteſt probari iſte defectus teſtium.

4 Accedit †, quòd ex deductis in facto apparet, Andream
a habuiſſe notitiam citationis [a], quæ facit vt ſuſtineatur proceſſus, ad Romanum *conſ*.410, *nu*.2. Felin. *in cap. cum contigat, nu*.8. *de reſcript*. & ſaltem præbet occaſionẽ, vt iudex potuerit iure arbitrari, credendum eſſe relationi etiam ſine teſtibus, vt poſt Franc. & alios tradit Tiraq. *de retract. lignag*. §. 8. *gloſſ*.11.*nu*.10. *& ſeq*. & ita concluſum.

### *ADDITIO.*

C*Itationis*. Quia notitia citationis iam ad citatum peruenta, ſuppleat eiuſdem citationis nullitatem, allegatur etiam Felin. *in cap. gratum, n*. 4. *de offic. delegat*. plenè exornat Decian. *conſ*.18.*nu*.98. *& ſeqq. lib*.1. & de materia vide declarantes Gabriel. *tit. de citat. concluſio*. 3. & Ioſeph. Ludouic. *concluſ*.5. *verſic. animaduertendo in omnibus, &c. & omnibus ſequentib*. & in ſpecie, quomodo iſto caſu probetur ſcientia, vltra præallegatos vide Veſtr. *in Pract. lib* 4. *cap*.3. *nu*.8. *& lib*.3. *cap*.6.*nu*.11, *videlicet in addit*. per Grauar & Vant. *in tract. de nullitat. tit. qualiter ſentent. & proceſſ. nulli ſanari poſsint, n*.122. *& ſequentib, fol. mihi* 289. Et magis in ſpecie, quòd citatio facta ad domum afficiat citatum non aliter, ac ſi perſonaliter fuiſſet facta, quando ipſe citatus dictæ citationis notitiam habuit, trad. Rolãd. *conſ*.47.*nu*.22. *& ſeq. lib*.2. vbi infert, quòd fictus contumax ad ſententiã citatus habetur pro vero contumace, ſi citationis notitiam habuit, & propterea appellat à die latæ ſententiæ. quod & idem ſcripſit Lancellot. *de attent. c*.12. *limit*.50, *nu* 154. *& ſeqq*. & Ioſeph. Ludouic. *d. conſ*. 5. *verſ. & iſta ſcientia*, vbi declarat.

Et multò magis citationis nullitas conualidatur, ſi ipſe citatus vltra notitiam citationis compareat in iudicio, eidem citationi reſpondendo, ſecundùm Felin. *in d. c. gratum, eod. nu*.4. *de offic. deleg*. cum aliis relatis per Veſtr. *in Pract. libr*. 4.*c*.3.*nu*.8. Gabr. *in tit. de citat. d. concluſ*.3. Ioan. Bapt. Villalob. *in commun. opin. verbo, citatio, nu*.56. Mynſing. *obſeru*. 18. *centur*. 2. *& obſeruat*.90. *centur*.3. *& obſerua*.54. *cent*.4. Rolan. *conſil*.9. *nu*.36. *lib*.1.

*Fam. Cent. I. V. D. Galeſij.*

### ORANI.

*Burgen. Iuriſdictionis, Veneris* 16. *Decemb*. 1594.

### ARGVMENTVM.

Cognitio cauſſarum criminalium & matrimonialium, an ſpectet ad Abbatem habentem iura Epiſcopalia: an verò ad ipſum Epiſcopum, iuxta decretum ſacri Concilij Tridentini *ſeſſ*. 24. *cap*.20. *de refor*. Et hinc bene deducitur, Abbatem Epiſcopalia iura habentem, non eſſe inferiorem Epiſcopo, nec ratione dignitatis, nec ratione poteſtatis.

### *SVMMARIA.*

*Abbas habens iura Epiſcopalia, & proprium territorium, habet cognitionem cauſſarum matrimonialium & criminalium, nec comprehenditur in decreto Concilij Tridentini ſeſſ*. 24. *cap*.20. de reform. *nu*.1.

*Abbas habens iura Epiſcopalia, non dicitur eſſe de inferiorib. Prælatis Epiſcopo, nu*.2. *&* 4.

A *Abbas in locis plene iure ſibi ſubiectis habet iuriſdictionem Epiſcopalem, vel quaſi, locáque ſibi ſubdita dicuntur extra iuriſdictionem Epiſcopi, & faciunt territorium ſeparatum, nu*.3.

*Prælati ſeculares dicuntur Decanus & Archidiaconus, nu*.4.

*Prælati inferiores ſubſunt Epiſcopo, & illis cum Epiſcopo cumulatiuè competit iuriſdictio, nu*.4.

*Abbas in locis ſibi ſubditis cum territorio ſuo exempto à iuriſdictione Epiſcopi, habet iuriſdictionem priuatiuè ad Epiſcopum, num*.4. *in fi*.

*Abbas habens iura Epiſcopalia, habet cognitionem cauſſarum criminalium & matrimonialium, etiam quoad ſeculares, nu*.5.

### DECISIO C.

FVit reſolutum †, cognitione cauſſarum matrimonialium & criminalium pertinere ad Abbatem ſancti Ioannis immediatè cum ſuis ſubditis ſedi Apoſtolicę ſubiectum; quia, vt aliàs in vna Salamantina iuriſdictionis, coram bon. memoriæ D. Cardinali Aldobrandino fuit dictum, quando Abbas habet iura Epiſcopalia, & proprium territorium, nec eſt dignitas in Cathedrali Eccleſia, non comprehendi- 1
B tur in decreto Concilij Tridentini *ſeſſ*.24.*cap*.20. *de reformat*. quod loquitur de Decanis, Archidiaconis, & aliis Prælatis ſecularibus.

Neque enim † poteſt dari inter eos aliqua ſimilitudo, non 2 quidem reſpectu dignitatis, cùm Abbas non dicatur eſſe de inferioribus, vt eſt text, *in cap. ſi quis deinceps*, 16.*q*.7. Lap. *alleg*.84.*num*.11. Franc. *in c*.2. *ſub n*.5. *de præben. lib*.6. & ibi Prob. ad Monach. *num*.48. Sarnen. *ad reg. de annal. q*.11.*nu*.4.

Nec etiam † reſpectu facultatis, quia Abbas in locis ple- 3 no iure ſibi ſubiectis habet iuriſdictionem Epiſcopalem, vel quaſi, *cap. in ſimilis, de ſtat. Monach. c. Abbates, ante finem, de priuileg. lib*.6. Gloſſ. *Clement*.1. *in verbo, propriis, de rebus Eccleſiæ non alienand*. Anton. de Butr. *c. cùm & plantare*, §. *in Eccleſiis, de priuileg*. Aretin. *conſil*.63. *num*. 4. Dec. *in cap. cùm te*, 1. *not. verſi. & concludo, de reſcript*. Locaque ſibi ſubdita dicuntur
C extra iuriſdictionem Epiſcopi & faciunt territorium ſeparatum, Gemin. *in c. cùm Epiſcopus, num*.4. *eod. lib*.6. *& in cap*.2. *num*.19. *de conſt. eod. lib*.

Neque † etiam ratione alicuius qualitatis, cùm decretum 4 loquatur de Prælatis ſecularibus, vt ſunt Decanus & Archidiaconus, *cap*.1. *& tot. tit. de offic. Archid*. Felin. *in c. ex parte Decani, de reſcript*. Rot. *deciſ*.17. *de conceſ. præben. in nou*. & alij inferiores, qui regulariter ſubſunt Epiſcopo, Franc. *in cap. Romanam*, §. *ab Archidiaconis, in* 1. *not. de appell. lib*.6. Et quibus cum eo cumulatiuè competit iuriſdictio, Abb. *in cap. cùm ab Eccleſiarum, num*.9. *de offic. ordin*. Felin. *in c. auditis, colum*.5. *de præſcript*. Idem Abb. *in c. paſtoralis, nu*.6. & ibi Felin. *colum*.1. *de offin. ordin*.

Ex quibus † ceſſat id, quod pro parte Archiepiſcopi fuit 5
D deductum, quòd ſcilicet cognitio cauſſarum competens Abbati, reſtringi debeat ad cauſſas ſuorum ſubditorum regularium, non autem ſecularium; cùm iſtud non poſſet quadrare cauſſis matrimonialibus, quæ inter Regulares non excitantur, vltra quod intentio Concilij, Abbati & aliis exceptis Regularibus præiudicium inferre, ſed hoc omne relinquere diſpoſitioni iuris communis deberet.

### LITTÆ.

*Aretina Confidentia*, 23. *Ianuar*. 1595.

### ARGVMENTVM.

Declaratur imprimis, an vera ſit, & quomodo
E intelligenda illa concluſio, quòd ſcilicet ſimonia probetur coniecturis: ac deinde plures enarrantur coniecturæ ſimoniam excludentes.

### *SVMMARIA.*

*Simonia vt dicatur probata, requiritur plena & concludens probatio, etiam quòd ciuiliter agatur, num*.1.

*Simonia licèt per coniecturas probari poſſit, hoc tamen intelligitur, dummodò coniecturæ ſint adeò vrgentes, vt reum de crimine conuincant, num*.2.

*Scientia certa & ſpecifica requiritur ad hoc, vt quis conuincatur de crimine & puniatur, num*.2.

*Credens honeſto viro circa concernentia eius effectum, non dicitur in culpa, num*.3. *& in addit. lit*. b, *vbi de materia*.

*Veriſimile quod magis eſt, excludit minùs veriſimile, num*.4.

Clàm

*Clàm & in occulto aliquid faciens, præſumitur in mala fide, econtrà autem ex actu palàm geſto bona fides agentis arguitur, nu. 5. & in addit. lit. b, vbi etiam, quando actus dicatur geſtus palàm ſeu clàm.*

*Confitens liberè id, de quo interrogatur, præſumitur non eſſe in delicto, nu. 6. & in addit. litera c.*

*Simonia excluditur ex reſeruatione beneplaciti Apoſtolici, nu. 7.*

*Precedentia declarant ſequentia, nu. 7.*

*Simonia non committitur ſine animo illam committendi, nu. 7.*

*Furtum ſine animo furandi non committitur, nu. 7.*

*Præſumptio ſeu coniectura fortior tollit debiliorem, nu. 8.*

*Præſumptiones & coniecturæ plures ſuperant pauciores, nu. 8.*

*Præſumptiones ſeu coniecturæ plures iunguntur ſimul ad faciendum plenam probationem, nu. 8.*

*Simonia excluditur ex præſumptionibus & coniecturis, nu. 8.*

*Simoniæ vitium impedit acquiſitionem, etiam quoad ignorantem, num. 9. vbi hoc declaratur.*

*Animus & intentio hominis non minùs facto quàm verbis declaratur, nu. 10.*

*Simoniam non eſſe commiſſam, in dubio iudicandum eſt, nu. 10.*

*Abſoluendus in dubio potiùs eſt reus, quàm condemnandus, nu. 10.*

*Delicti præſumptio excluſiua magis potens eſt quàm excluſiua, num. 10.*

## DECISIO CI.

1 DOmini † pro maiori parte tenuerunt, ſimoniam non fuiſſe probatam in caſu & ad effectum, de quo agitur, & moti fuerunt, quia ad probandum huiuſmodi crimen, etſi ciuiliter agatur, requiritur probatio plena & concludẽs, Abb. *in cap. veniens, nu. 4.* vbi Dec. *nu. 8. de teſt.* Alciat. *conſil. 2. nu. 41. tom.* 1. Nat, *conſi, 249. in fin, verſi. quia reſpondeo, lib.* 2. Ita ſæpe tenuit Rota, & præſertim in illa Firmana Capellaniæ 7. Maij 1582. coram S.D.N. tunc Rotæ Auditore, & in illa Calaguritana Confidentiæ, 25. Iunij 1592. coram R.P.D. Pamphilio. Tales autem probationes non afferuntur aduerſùs D. Æmilium: ideò, &c.

2 Nec refert †, quod etiam per coniecturas probari poteſt ſecundùm Butr. & alios *in cap. ſicut, de ſimonia*, quia hæc opinio procedit, vbi ſigna & coniecturæ, quæ deducuntur, ſint adeò vrgentes, quæ reũ ipſum de tali crimine omninò conuincant, ad conſi. Alexan. de Neuo 64. pluries per Rotã Canonizatum. Quæ autem adducuntur aduerſùs Æmilium nõ ſunt tales, imò vnica videtur coniectura, & admodùm debilis, vt meritò inſufficiẽs reputata, vti fundata ſuper præſum- D pta ſcientia illius clauſulæ additæ à reuiſore in ſupplicatione ſignata per Papam, attenta ſcilicet Marij paupertate, & deſumpta ex eo, quòd in actum præſtationis magni conſenſus Æmilius ipſe potuit eſſe certus de contentis in ipſa ſupplicatione, ad text. *in l. non eſt ferendus, ff. de tranſactio.* ſiquidẽ, quia cùm etiam poſſibile ſit, Æmilium talem conſenſum præſtitiſſe abſque eo, quòd legerit ſupplicationem, non poteſt ideò ex ſola præſtatione conſenſus inferri concludẽter ad certam & ſpecificam ſcientiam dicti Decreti in ipſa ſupplicatione appoſiti, qualis requiritur ad effectum, vt quis conuincatur de tali crimine, & pœna eius innodetur, Put. *deciſ. 147. lib.* 1. Mohed. *deciſ. 4. de probat.* Quod enim eſſe & nõ eſſe poteſt, pro cõſtanti poni nõ debet, *l. non hoc, C. vnde cogn.* cum vulg. præſertim cùm pro ignorantia dicti Decreti, & excuſatione ipſius Æmilij, plura hoc in caſu concurrant. E

3 Primum eſt †, quòd ex actis conſtat, ab expeditore dictæ ſupplicationis Æmilio per literas fuiſſe ſignificatum generaliter, quòd ſupplicatio dictæ reſignationis fuerat per Papam admiſſa & ſignata, iuxta votũ ipſius reſignatarij, quod erat, vt de licentia Papæ poſſit pro reſignante, cui reſeruabatur penſio, certas expenſas illum tangentes ſoluere, quo fit vt meritò in culpa dici non poſſit Æmilius, dum credi-
a dit honeſto viro [a], circa illud, quod concernebat officium eius, gloſ. *in l. Titio cui fundus, ff. de condit. & demonſt. & in c. capientes in princ. in verbo, notitia, de electio. in Sexto* cum aliis per Decian. *conſil. 29. nu. 19. lib.* 1.

4 Secundum eſt †, quòd ſupplicatio reperitur ſcripta Gallicè & ſatis obſcurè, quo fit, vt veriſimile ſit, Æmilium eam non legiſſe, vnde meritò id, quod magis veriſimile, hoc in caſu attendi debet, *l. ſemper in ſtipulationibus, ff. de reg. iur. l. in obſcuris, eod. tit.*

A Tertium eſt †, quòd ſi Æmilius notitiam habuiſſet, non 5
ita palàm, prout ſoluit, ſed in occulto & clãculum ſoluiſſet,
quod quidem bonam fidem arguit [b] in eo, *l. non exiſtimo, ff.* b
*de admin. tutor.* Et bene facit text. *in l. vlt. ff. de rit. nupt.* vbi Bart. in ſummario dicit, quòd ſi actus prohibitus celebretur palàm, poteſt quis prætextu ignorãtiæ excuſari, ſecus ſi clàm & in abſcondito.

6 Quartum eſt †, quia carceratus Æmilius occaſione prætenſi delicti eſt interrogatus, an Marius reſignans eſſet pauper, reſpondit, non eſſe pauperem, quòd ſi dictum decretum non ignoraſſet, vtique ſic non reſpondiſſet, cùm proprium
hominis ſit, ea, quæ ſibi proficua ſunt, liberè fateri [c], cũ dif- c
ficultate autem ea, quæ ſibi nocua eſſe cognoſcit, ſed potiùs dixiſſet eum pauperem eſſe, maximè cùm paupertas & diui- B tiæ ex conditione perſonarum & modo facultatum variæ æſtimentur.

7 Quintum eſt †, quòd in præcedenti pactione de ſoluendis prædictis expenſis, pro reſignante reſeruatur beneplacitum Papæ, quæ reſeruatio licitam non tantùm reddit ipſam pactionem ad congeſta per Modern. *de reſignat. lib. 14. q. 5. n. 9. & ſeq. tit.* 2. ſed etiam ſimul non leue argumentũ præbet, quòd Æmilius non habuerit animum committendi aliquo modo tale crimen: ſolent námque ex præcedẽtibus, quæ ſequuntur, declarari, *l. ſi ſeruus plurium, in fi. ff. de legat.* 1. Caſſad. *deciſ. 24. n. 74. ſuper reg.* & indubitati iuris eſt, ſine animo non committi ſimoniam, ſicut de furto dicitur, quòd ſine affectu furandi non committitur furtum, *l. furtum, ff. de vſucap. & §. ſi tamen, Inſtit. eod. tit.*

8 Sextum † & vltimũ eſt, quòd ſtatim factus certus Æmi- C lius de dicto decreto, repetiit, & cum effectu conſequutus eſt omne, quod pro Mario reſignante ſoluerat: quæ omnia quin ſaltem vnita iuſtificent ignorantiam dicti decreti, & excludant vnicam illam coniecturam ſcientiæ, deſumptam ex ſola præſtatione magni conſenſus ſuper ipſa ſupplicatione, præſertim ad effectum de quo agitur, negari non poteſt, tum quia fortior coniectura debiliorem vincit, *c. afferte, de præſumpt.* & plures pauciores ſuperant, gloſſ. *in l. diuus, ff. de in integr. reſtit.* cum aliis per Ang. *in conſil. 134. incipiente, diſſoluto matrimonio, prope fin.* tum etiam, quia abſurdum non eſt, vt plures coniecturæ ſimul iungantur, ad faciendum plenam probationem, gl. *in c. tertio loco, in cap. cùm cauſſam, de probat. glo. in c. illud, de præſumpt.* cum aliis per Barbat. *conſil. 27. nu. 2. & ſeq. lib.* 1.

9 Nec obſtat †, quòd ignorantia, etiamſi ſit probabilis, im- D pediat acquiſitionem ex titulo ſimoniaco, *c. nobis, de ſimonia*, quia reſpondetur, quòd ſi Æmilius propter iuſtam ignorantiam excuſatur à crimine ſimoniæ, & tale delictum ex ſcriptis verè non poteſt dici ab eo vel alio commiſſum: meritò igitur ceſſat obiectum, quod procedit duntaxat, eo pro conſtanti præſuppoſito, quòd commiſſa fuerit ſimonia ab aliquo, & eo mediante beneficium fuerit obtentum, *arg. l. mancipia, C. de ſeru. fug. & l. Lucius Titius, ff. de fideicom. liber.*

10 Neque obſtat †, quòd poſt ſentẽtiam dicti decreti Æmilius fuerit adeptus poſſeſſionem beneficij: quia reſpõdetur, quòd imò ex tali actu, iuncta maximè repetitione eius, quod indebitè ſoluerat pro Mario, arguitur, ſuæ intentionis nunquàm fuiſſe committere ſimoniam, cùm facto non minùs quàm verbis declaratur hominis intentio, *vulgata l. Paulus,* E *ff. rem rat. hab.* & in ſenſum ſenſati hominis cadere non debeat, accuſatum de ſimonia, pendente iudicio ſimoniæ, actũ facere voluiſſe. Et ſupradictam opinionẽ, quòd ſcilicet non ſit probata ſimonia ad effectum, de quo agitur, eò libentiùs amplexi ſunt Domini, quòd ſic excluditur præſumptio delicti: iuxta text. *in l. merito, ff. pro ſoc.* & reus ipſe conſtituitur in ſtatum abſolutionis, prout ſemper in dubio recti iudicis partes eſſe debent, Angel. *in l. dedit, nu. 1. ff. qui ſatiſd. cogan.* per tex. *in l. fauorabiliores, ff. de reg. iur.*

## *ADDITIONES.*

a CRedidit honeſto viro. Ad hãc materiã, an ſcilicet & quando credẽs viro fide digno excuſetur, & non præſumatur in dolo, vide omninò Dominum meum Farinacium *in ſua Pract. crim. part. 2. tit. de pœn. temperan. q. 90. num. 109. & ſeqq.* vbi facit regulã in affirmatiuam cum ſeptẽ ampliationibus

tibus & octo limitationibus. Et quod attinet ad concluſionem hic propoſitam, quòd ſcilicet credens honeſto viro excuſetur etiam à culpa, adde Gabr. *lib.7.concluſ.8.nu.38. & ſeq.* vbi quòd excuſatur à culpa lata, ex Alber. Alexand. & Barbat. *in locis per eum relatis*, quamuis Dec. *in l.iuris ignorantia, colum.fin.verſic.non obſtat gloſſ.C. qui admitti*, contrarium dixerit. Verùm quòd talis credulitas non excuſat à culpa, leui, voluerũt Fulgoſ. Alex. Felin. & Claud. *in locis relatis* per eundem Gabriel. *d.concl.8.nu.54.* quos pariter aufert & ſequitur Maſcard. *de probationib.lib.2.concluſio.647.num.8.*

b *Bonam fidem arguit.* Ad hæc vide omninò declarantem Dom. meum Farinacium *in ſua Pract.crimin.part.2.tit.de pœn. temperan.quæſt.89.nu.130.& ſeq.* vbi præſertim *n.134.& ſeqq.* in ſpecie ponit plures caſus, in quibus actus dicitur factus quandoque palam, & quandoque clandeſtinè.

c *Liberè fateri.* Et propterea ſponte & liberè confitens delictum, de quo quis interrogatur, non ſolùm mitiùs punitur, ad text. *in cap.non dicatis, 12.qu.1. & in c.qui admiſit, 15.qu.8.* cum aliis per Tiraquel. *de pœn.cauſ.30.num.1.& ſequentib.* & latiùs per Dominum meum Farinacium *in ſua Pract.crimin. part.2.tit.de pœn. temperan. q.81. num. 172. & ſeqq.* vbi ad ſaturitatem hanc materiam declarat, verùm etiam ſine dolo deliquiſſe præſumitur, prout bene comprobat Franc. Becc. *conſil.96. num.15.* quem refert & ſequitur Bertaz. *conſil.193. num.14.*

*Fam. Cent. I. V. D. Galeſij.*

## ORANI.

*Cuſentina prætenſæ confidentiæ, Lunæ 4. Februarij 1595.*

### ARGVMENTVM.

Singularis eſt iſta deciſio in materia ſimoniæ & confidentiæ, in qua plura eliguntur in ſummariis explicata, & præcipuè diſcutitur: An per receptionem fructuum beneficij reſignati per reſignantem poſt reſignationem inducatur aliqua ſimonia vel confidentia?

### *SVMMARIA.*

*Confidentia vigore Bullæ Pij V. inducitur, quando quis recipit beneficium ex reſignatione, vt eiuſdem fructus vel eorum partem aliis concedat, vel penſionem ſoluat, num.1. declara, vt num.2. & ſeqq.*

*Confidentiarum cauſſæ cognitio de inueterato ſtylo ſpectat ad Tribunal Rotæ, num.1. in fin.*

*Simonia vel confidentia non committitur, niſi actus, ex quibus illa inducitur, fuerint tractati & conuenti ante reſignationem, num.2.*

*Beneficiatus poteſt liberè de fructibus beneficij diſponere, n.3. etiam in vtilitatem illius qui beneficium reſignauerit, dummodò ante reſignationem id actum non ſit, num.3.*

*Confidentia non inducitur ex eo, quòd reſignatarius de fructibus beneficij reſignati aliquid contribuat reſignanti ex charitate tantùm, & non ex conuentione, num.3.*

*Simonia vel confidentia non inducitur ex ſola conceſſione fructuum aut penſione ſolutionis, niſi ab initio animus hoc faciendi adfuerit, num.4.*

*Vt, aduerbium habet naturam qualificandi factum, num.4.*

*Eleemoſynam facere prohibemur, vt videamur ab hominibus, n.4.*

*Simoniæ ſeu confidentiæ probatio plena non reſultat ex eo, quòd reſignans poſt perfectam renunciationem percipiat fructus beneficij reſignati; ſed inde tantùm elicitur præſumptio, quæ aliis concurrentibus coniecturis, de quibus in eadem Bulla, facit plenam probationem, n.5. Non concurrentibus autem dictis coniecturis, probatio ſimoniæ non dicitur concludens, nu.6.*

*Simonia ſeu confidentia non inducitur ex conuentione facta poſt reſignationem beneficij.*

*Simoniæ ſeu confidentiæ vitium ceſſat, quando accedit conſenſus Papæ nu.7. & nu.9. vbi, An ſufficiat probare Papæ conſenſum & ſcientiam per teſtes, an verò requiratur ſcriptura.*

*Principis aſſertioni de geſtis coram ſe & in ſui præſentia creditur, num.7.*

A *Conſtitutio ſeu diſpoſitio qualificata non procedit ceſſante qualitate, num.10. in fi. & num.13.*

*Poſſeſſor beneficij facit fructus ſuos, quouſque beneficium poſſidet, num.12.*

*Simonia ſeu confidentia non committitur ex reſeruatione fructuum decurſorum ante reſignationem, num.12.*

*Simonia ad hoc vt ceſſet ex ſcientia Papæ, neceſſe eſt vt Papa habuerit notitiam omnium qualitatum illam inducentium, nu.13.*

*Qualitates vbi plures debent concurrere in aliqua diſpoſitione tunc illa diſpoſitio locum non habet, deficiente vna ex dictis qualitatibus, num.13.*

*Epiſtolæ ſeu literæ alicuius fidem faciunt contra ſcribentem, non contra tertium, nu.16.*

*Simonia an inducatur ex pacto, quòd reſignatarius pro ſecuritate*
B *penſionis ſibi reſeruatæ poſſit exigere partem fructuum beneficij reſignati, num.18.*

*Fructus beneficij non ſapiunt ſpiritualitatem, ſed temporalitatem, num.18.*

*Fructus præbendæ poſſunt vendi & permutari, num.18.*

*Simonia eſt, vendere ſeu permutare ſpiritualia, num.18.*

*Fructus beneficij poſſunt à beneficiato ſuis creditoribus in ſatisfactionem debiti aſſignari, num.18.*

*Penſio reſeruata ſuper fructibus ſolui debet de fructibus, ſuper quibus reſeruata eſt, num.18.*

*Penſionarius habet hypothecam ſuper fructibus beneficij, ſuper quibus reſeruata eſt penſio, num.18.*

## DECISIO CII.

C CVm † à felic. record. Sixto Papa V. Reuerendiſſimus Dominus Fantinus Archiepiſcopus Cuſentinus, de menſe Maij anni 1585. obtinuiſſet renunciationem regiminis & adminiſtrationis Archiepiſcopatus admitti, & de illo Dom. Syluio Paſſerino prouideri accepto in recompenſam Prioratu S. Gabrielis Cremonen. ac vna penſione ſibi duorum millium, & altera quingentorum quinquagintaquinque ad commodum Domini Angeli ſui nepotis ſuper fructibus dictæ Eccleſiæ reſeruata, accedit quòd poſt perfectã reſignationem compertum eſt publico inſtrumento 2. menſis Iulij ſequentis inter eos fuiſſe conuentum, quòd fructus hinc inde dimiſſorum beneficiorum quilibet dicto anno 1588. ſuos faceret datis ad eum finem mandatis procuræ: quorum effectu ſubſequuto, quia magnificus D. procurator fiſci prętendebat, in renunciatione huiuſmodi vitium ſimoniæ vel confidentiæ interueniſſe, factumq; locum extrauagantiſel. mem. Pij Papæ V. ſuper confidentiis, in qua inter
D certos caſus hic conſtituitur, quãdo quis recipit beneficium ex reſignatione, vt eiuſdem fructus vel eorum partem aliis concedat vel pẽſionem ſoluat. Hinc ſumpta occaſione cauſſa contra eundem Dominum Fantinum coram iudice confidentiarum introducta, & illius coniunctim cum eodem fiſco cognitione mihi delegata, iuxta inueteratum ſtatuti tribunalis Rotæ inſtitutum; dubitaui, ſtantibus hinc inde deductis, an conſtaret in præfata renunciatione crimen ſimoniæ vel confidentiæ fuiſſe commiſſum. 1

Pro huius † reſolutionis dilucidatione fuit animaduerſum, quòd cùm dicta extrauagans duas partes habeat; quarum prima duos caſus continet, ex quorum altero confidentiæ crimen inducitur, alia coniecturas complectitur, quibus concurrentibus confidentia commiſſa conuincitur, neque ex verbis illius, neque ex mente per conceſſionem factam reſignanti fructuum vel eorum partis recepti beneficij aut etiam pẽſionis ſolutionem argui poſſe ſimpliciter commiſ-
E ſam fuiſſe ſimoniam vel confidentiam, ſed ita demùm, ſi receptio beneficij facta ſit ea intentione, vt hæc fiant. Nam ſi poſtquàm beneficium, fuerit aliquis aſſequutus ſponte aut ex aliqua cauſſa iuſta, fructus aut eorum partem reſignanti aut alteri concedat, non committit ſimoniam vel confidentiam, *c. Artaldus*, ibi, *antequàm eligeretur*, 8.*q.*3. Glo. *cap.quàm pio, in verbo, poſtmodùm*, 1.*q.*2. Ioann. And. Abb. Felin. & Dec. *in cap.veniens, el 1. de teſtib.* Abb. *in cap.cùm M. num.24. de conſtitut.* Dec. *conſil.* 118. *num.*4. Pariſ. *conſil.30.num.21.lib.4.* Nat. *conſil.299.num.11.* Sarnen. *ad reg.de trienna. quæſt.12. verſicul. ſecundò principaliter*, Put. *deciſ.171.n.9.lib.2.* Mohed. *deciſ.166. incipien.permutatio.* 2

Et aliàs † dicẽdo ſequeretur abſurdum, quòd beneficiatus 3

de fructibus beneficij non poſſit liberè diſponere, quod eſt contra gl.*cap.præſenti,in verbo,noſtrarum, de offic.ordin. in Sexto*,Imol.*in cap.ceterùm,de donat, & c.fin.de pecul. cler.* & quod nec etiam poſſet reſignanti ex fructibus beneficij reſignati ſubueniri,quod eſt contra charitatem.

4 Quamobrem † ſola fructuum conceſſio aut penſionis ſolutio,non inducet ſimoniam vel confidentiam, ſed animus ab initio hoc faciendi, quod ſatis innuit aduerbium adiectũ diſpoſitioni extrauag. (*Vt*) cuius natura eſt, qualificare factum, *l.Pomponius*,& ibi Bartol,*num.19.ff.de negot.geſt.* Huic enim non abſimile eſt, quod habetur in Euangelio *apud Matth.c.5.& 6.*vbi prohibemur eleemoſynam facere, vt videamur ab hominibus.Neque tamẽ ideò damnatur eleemoſyna,quæ inter bona opera connumeratur,ſed tunc demùm ſi facta ſit ea intentione,vt ab hominibus videamur.

5 Quando † igitur extrauagans Pij V. deſcendit ad coniecturas,quibus confidentia probatur,& inter eas hanc ponit, ſi reſignans poſt perfectam renunciationem percipit fructus beneficij renunciati, non concludit neceſſariò ex ea conuinci commiſſum delictum ſimoniæ,ex qua plurib.aliis coniecturis concurrentibus vult delicti commiſſi reſultare probationem; etenim ſi ſola perceptio fructuum poſt reſignationem perfectam à reſignante factam, ſimoniam vel confidentiam induceret, abſque eo, quod id in intentione partium fuiſſet, vtique non eſſet coniectura, ſed confidentia vera ac probata.

6 His itaque † præmiſſis,deſcendendo ad caſum quæſtionis controuerſæ,fuit per DD.reſolutum,non probari in renunciatione Archiepiſcopatus intrare diſpoſitionẽ præfatæ extrauagantis, neque in conſequentiam fuiſſe commiſſam ſimoniam aut confidentiam. De prima enim illius parte non controuertitur;circa verò ſecundam,etiamſi in confeſſo ſit, apud partes poſt abſolutam reſignationem,reſignantes percepiſſe fructus anni 1585.beneficiorum renunciatorum; tamen ad inducendam ſimoniam vel confidẽtiam, vt dictum eſt non ſufficit,niſi probetur, nedum hoc fuiſſe ab initio tacitè vel expreſsè inter partes actum, & quidem ſine licentia Papæ, ſed etiam aliorum detur concurrentia coniecturarum; hodiè autem ne vnum quidem interueniſſe ſic demõſtratur; aut enim volumus, quòd perceptio fructuum ſucceſſerit ex conuentione facta poſt reſignationem,& cùm,vt ſuprà oſtenſum eſt, huiuſmodi pacto ius commune non aduerſetur, neque extrauagans Pij Papæ V, ex illo ſimpliciter crimen arguat,non poteſt prætendi ſimonia vel confidẽtia, *gl.cap.cum M.in verbo,nihil perciperent*, & ibi Anch. *de conſtit.* Ferret.*conſ.393.n.*8. Idque eò minùs ſtante ſubſiſtentia cauſſæ ita conueniendi,quæ ex dictis teſtium colligitur,cùm ſcilicet propter retardatam expeditionem hinc inde dimiſſorum beneficiorum fructus Prioratus ab Affectuariis Domini Paſſerini fuiſſent ex parte collecti.

7 Aut verò † perceptio præfata emanauit ex conuentione renunciationis præcedente,& eo caſu,quia Papæ conſenſus & auctoritas acceſſit,ceſſauit vitium confidentiæ vel ſimoniæ, Abb.*in c.cùm pridem,in fin.de pact.*Caſſad.*deciſ.2.de ſimon. & deciſ.3.nu.4.de renunc.*Pariſ.*conſ.3.nu,3.lib,4.* Quòd autem cùm ſcientia & conſenſu Papæ ita conuentum fuerit, concludenter probat Sereniſſimus magnus Hetruriæ Dux, cui tanquàm de re à ſe in præſentia Principis geſta creditur,*cap. nobiliſſimus,97.diſt.* Alex.*conſ.106.num.19. lib.2.* cum adductis per Maſcard. *de prob. concl.3.nu.14.*Put,*deciſ.2.nu.4.lib.1*, Caputaq.*deciſ.95.par.5.*Et ipſius dictum coadiuuant duo teſtes deponentes de auditu à quondam Cardinali Cæſio,qui pro admiſſione iſtius reſignationis cum Sereniſſim. magno Duce apud Papam interceſſerat.

8 Quibus † accedit veriſimilis Papæ ſciẽtia,quæ ex hoc arguitur,quòd ſolutio penſionis de menſe Maij 1585.reſeruata in annum ſequentem,vt in ſchedula conſiſtoriali legitur, fuit delata.Et ſuſpicionem confidentiæ remouet,quòd cùm renunciatio Archiepiſcopatus fuerit libera, non cadat imaginatio cur d. Fantinus potiùs inhærere voluerit fructibus Archiepiſcopatus dimiſſi,quàm fructibus Prioratus & penſionis aſſecuti. Præſertim ſi, prout informantes pro Fiſco dicebant, Prioratus cum penſionibus longè ſuperarent Archiepiſcopatus prouentus.

9 Porrò † præmiſſis firmatis,facilis videbatur DD.ad allegata in contrariũ reſponſio;dum enim dicebatur,ſcientiam Papæ per viam diſpenſationis aduersùs prohibitiones extrauagantis acceſſiſſe, & ideò illam ſcripturis nõ autem teſtibus eſſe comprobandam,ad Oldrad.*conſi.325*,cum allegatis,fuit reſponſum, non tractari de materia diſpenſationis, ſed gratiæ;& nihilominùs, quatenus ageretur de diſpenſatione illius, probationem ex ſtylo Rotæ per teſtes deduci, atteſtatur Socin.*conſ.60.nu.14.lib.1.*

Dum † etiam ſubiungebatur,perceptionem fructuũ non tantummodò tanquàm ſimoniacam eſſe reprobatam, ſed etiã per extrauagantem prohibitam, & propterea ſimplicẽ ſcientiam Papæ propter clauſulas illius derogatorias ad ſequentes diſpoſitiones non ſuffragari, fuit dictum, in extrauaganti nullam contineri nouam prohibitionẽ perceptionis fructuum per reſignantem,quando Papæ roboratur cõſenſu, minùs etiam illi inſertas aliquas clauſulas derogatorias,ſed ſolùm in ea diſponi, quòd per talem perceptionem, ſi fiat de facto, ſit judicandum commiſſam fuiſſe confidentiam.Cùm ergo perceptio fructuum fuerit facta cum licentia Papæ,non poteſt dici facta de facto:deficiente autẽ qualitate illa facti, ſequitur, quòd non intrat extrauagantis diſpoſitio,Bart.*in l.1.ff.ne quid in loco publ.*Alex.*conſ.161.in prin. lib.5.cum ſimilibus.* 10

Similiter † excluſio conſenſus de ſcientia Papæ deſumpta ex verbis inſtrumenti 2. Iulij 1585. rogati, vbi reſeruatur beneplacitum Papæ,ex facto tollitur, nã reſeruatio beneplaciti non reſpicit perceptionem fructuum, ſed materiã extinctionis penſionis ducentorum florenorum aureorum reſeruatæ ſuper fructibus Prioratus Cremonen. ex quo in caſum annullationis illius,D.Fantinus conſenſit in diminutionem pro dicta rata penſionis ſibi ſuper fructibus Eccleſiæ Cuſentin. reſeruatæ, ſaluo tamen beneplacito Papæ, quatenus opus ſit. 11

Minùs etiam † viſum fuit obſtare, quod dicebatur aliter apparere inter D. Fantinum & Paſſerinum eſſe conuentum, quam fides & depoſitio Sereniſſ. magni Ducis loquantur, cùm illæ reſtringant ſe ad fructus anni 1585.Inſtrumentum autem facultatem tribuat D. Paſſerino percipiendi fructus non ſolùm annorum præteritorum, ſed etiam anni 1586. Quoniam certum eſt, quòd quamdiu Paſſerinus Prioratum Cremonenſem poſſedit, tamdiu fructus illius ſuos fecit,ad Put, *deciſ.228.lib.2.* Igitur quando in præfato inſtrumento præſeruatum ſibi fuit ius & actio ad fructus ante reſignationem decurſos,& in exactos recuperandos,non commiſſa fuit ſimonia vel confidentia,quia factum fuit, quod ius commune dictabat,Gemin,*conſil.84.nu.17.* Dec.*conſ.118.nu.5.*Put.*deciſ.234.lib.3.*Donatio verò fructuum eiuſdem Prioratus anni 1586. per clauſulam immediatè ſequentem declaratur, dummodò illorum exactio ſit & eſſe intelligatur de fructibus anni 1585. 12

Haud † quoque probatum DD. fuit, quòd adſcribatur, omnes qualitates & circunſtãtias conuentionum non fuiſſe Papæ expoſitas, & ideò data in eo ignorantia alicuius pactionis præcedentis, reliquarum ſcientiam nihil operari, ad trad.per Pariſ. *conſil.143.nu.24. & ſeq.lib.4.*Nam cum taciturnitas fundetur in mandato per Paſſerinum die 16.Maij 1585. atque ita per biduum poſt reſignationem Prioratus dato, non poteſt ex illo præſumpto formari confidentia, quæ verbis & intentioni extrauagantis correſpõdeat:ſiquidem illa omninò requirit,quòd mandatum huiuſmodi fuerit datum poſt renunciationem perfectam,poſt captam per ſucceſſorem poſſeſſionem, & denique poſt illius publicationem factam; proinde tunc temporis nec foret expedita ſuper reſignatione Prioratus ſupplicatio, neque præſtitus conſenſus,neque per Dominum Fantinum capta illius poſſeſſio,potuit per Dominum Paſſerinum,tanquam illius dominum, dari hoc mandatum abſque eo, quòd pœna extrauagantis incurreretur: vbi enim qualitates alicuius diſpoſitionis non verificantur,ceſſat illius diſpoſitio, Pariſ. *conſil.49.n.19. & ſeq.lib.3.* Et quando ad coniecturam capiendam neceſſarium eſt plurium qualitatum concurſus, non ſufficit quòd vnius detur exſiſtentia, *l.ſi heredi plures,ff.de condit.inſtit.*Quare etiam,quòd per renũciationem ius ita abdicatum fuiſſet à Paſſerino, vt non eſſet locus pœnitentiæ,tamen ex quo nec publicata fuerat, neque vigore illius capta poſſeſſio, fruſtrà mandata accuſatori taciturnitas, cùm inanis & ſuperflua facta fuiſſet Papæ expoſitio. 13

Nec †

14 Nec † dicatur fuiſſe ideò neceſſarium, ex quo in illius exſequutionem per Dominum Paſſerinum percepti fuerunt fructus Prioratus anni 1585. quia contrarium de facto patet: nam fructus fuerunt à D. Iulio Peſagno collecti: mandatum autem Procure fuit in perſonam Sebaſtiani Lucatelli datum, & in eo expreſſè reuocatus Paſſerinus aliàs procurator deputatus.

15 Coniecturæ † verò, quæ vel ad coadiuuandum prænarratam præſumptionem confidentiæ adducebantur, partim tãquam in facto minùs veræ, partim etiam vti extrauagantis diſpoſitioni non conformes, fuerunt reiectæ. Prima enim deſumpta ex *d. extrauaganti*, §. *ſi vel ſola procuratoris conſtitutione*, non iuſtificatur in facto. Nam quamuis D. Fantinus fateatur in ſuis conſtitutis, ſe pecuniis ad ſocietatem per Paſſerinum acceptis fideiuſſorem acceſſiſſe: non tamẽ propterea fatetur, quòd literarum Archiepiſcopatus renunciati expeditioni ſe ingeſſit, nec quòd inſimul, prout in d. §. requiritur, expenſas expeditionis de ſuo fecerit; parum equidem ad hoc conuincendum facit, quòd mortuo Paſſerino Neapoli à Reuerendiſſimo Domino Nuntio ſcuta 354. euicerit ſub prætextu, quòd impẽſa fuiſſent in vſum expeditionis literarum, quia cùm in extinctione fortis principalis dictæ ſocietatis obtinuiſſet à creditore ſibi iura & actiones aduersùs bona Paſſerini cedi, vtique ex iure ceſſo agendo & probando pecunias iuribus Cameræ perſoluendis deſeruiuiſſe, non faſſus eſt ſe in præfata expeditione intromiſiſſe, multò autem minùs ſe impenſam de ſuo expeditionis feciſſe.

16 Altera † coniectura fundata in literis Paſſerini, in quibus habetur, quòd D. Fantinus tam fructus Archiepiſcopatus quàm Prioratus percepit, tollitur ex contraria veritate facti, prout bene ſcribentes in facto deducunt, vltra quòd literæ huiuſmodi nullum præiudicium Dom. Fantino inferre potuerint, *l. epiſtola, in prin. de pact.* Bald. *in l. non epiſtolis, verſic. ſecundo caſu, C. de prob.* Rip. *in l. admonendi, num.* 141. *ff. de iureiur.*

17 Tertia † conſiderata in verba inſtrumenti 2. Iulij rogati, quibus D. Fantinus ceſſit, conceſſit & donauit ſupellectilia & bona mobilia exſiſtentia in dicto Prioratu, dummodò ad ad vſum Eccleſiæ vel cultum diuinum non eſſent deſtinata, nullius eſt momenti, quia non conſtat, res donatas pertinuiſſe ad Prioratum, cùm donatio non loquatur de rebus Prioratus, ſed de rebus in Prioratu exſiſtentibus, & ad hoc, vt intret extrauagans, debent conuenire illius verba, quæ de donatione rei ad beneficium reſignatum pertinentis loquuntur.

18 Poſtremò † ad id, quod dicebatur in eodem inſtrumento inter Dominum Fantinum & Paſſerinum interueniſſe pactum ſimoniacum, ex quo D Fantino pro ſecuritate penſionis fuit conceſſa facultas exigendi certam partem fructuum Archiepiſcopatus, ad ſum. Ang. *in verbo ſimonia, el 2. ſub num.* 25. fuit reſponſum, in inſtrumento non apparere factam aliquam conuentionem ſuper iure percipiendi fructus, ſed certos & determinatos fructus loco penſionis fuiſſe aſſignatos, qui cùm non ſapiant ſpiritualitatem, ſed in mera temporalitate conſiſtant, Roma. *conſil.* 328. *num.* 8. propterea tam percepti quàm percipiendi ſine vitio ſimoniæ in conuentionem deduci poſſunt, Arch. *in cap. ſed ad hoc,* 10. *q.* 1. & ibi Præpoſ. idem Præpoſ. *in c.* 1. *nu.* 1. *in fin.* 1. *q.* 3. Gig. *de penſ. q.* 97. *num.* 2. Et hinc eſt, quod præbendæ, prout in mera temporalitate conſiſtunt, vendi poſſunt, Caputaq. *deciſ.* 2?7. *lib.* 3. & corũ permutatio admittitur, quę aliàs, ſi ſpirituales ſeu ſpiritualitati annexæ haberentur, ſimonia eſſet, Innoc. *in c. quaſitum, verſic. aliàs autem, de rer. permut.* Card. *conſi.* 136. *nu.* 4. *verſi. & ſecundum*, & redditus beneficij poſſunt creditoribus pro ſatisfactione debiti aſſignari, Abb. *in c. peruenit, num.* 12. *de fideiuſſor.* multò magis igitur pro ſoluenda penſione, quæ de fructibus ſolui debet, & ſuper quibus eſt impoſita, Dec. *conſi.* 155. *num.* 3. Bero. *conſ.* 17. *num.* 8. *lib.* 1. Gig. *conſi.* 134 *nu.* 9. *& conſ.* 136. *num.* 6. Maximè cùm penſionarius capere poſſit fructus beneficij, ſuper quo penſio eſt impoſita vigore hypothecæ, quæ ſibi ſuper illis competit, Roma. *conſil.* 388. *num.* 3. Euerard. *conſ.* 147. *num.* 4. Nat. *conſ.* 141. *poſt numero* 6. *& conſ.* 496. *lib.* 8. Nam ſi ineſt de iure, quòd penſionarius poſſet habere fructus beneficij pro ſatisfactione ſuæ penſionis, poteſt etiam in pactum deduci, nec intrat ſimonia, Dec. qui alios citat, *conſi.* 118. *poſt n.* 5. *verſi.* 3. *principaliter.* Nec

A propterea obſtat fundamentum Ang. *in d. §. ſimonia, el 2.* quia loquitur, quando fit pactum ſuper iure exigendi aliquid ſpirituale, quod in fructibus ceſſat, vt ſuprà dictum eſt, & ita deciſum.

## MELLINI I.

*Comen. Iuris patronatus, Lunæ 6. Martij 1595.*

## ARGVMENTVM.

Simonia ad hoc vt probetur ex ſcriptura priuata, qualis debeat eſſe: & quomodo recognoſcenda talis ſcriptura: & an & quando ſimoniacæ B conuentiones inter certas perſonas initę noceant etiam tertio ignoranti.

## SVMMARIA.

*Scriptura priuata ad hoc vt probet, debet habere ſubſcriptionem trium teſtium, & alia requiſita, de quibus remiſſiuè, nu.* 1. *& in addit. lit.* a.

*Teſtes recognoſcentes ſchedulam priuatam, debent dicere ſe vidiſſe illam ſcribere, nec ſufficit ſi dicant quod notam habeant manum ſcribentis, nu.* 2. *& in addit. lit.* b, *vbi de materia.*

*Comparatio literarum nullam facit fidem, quando non eſt facta per peritos, & cum ſcriptura non authentica, num.* 3. *& in addit. lit.* c, *vbi de materia.*

C *Obſeruantia ſubſecuta poſt conuentiones nullam inducit interpretationem, quando eſt æquiuoca, & non conformis præcedentibus conuentionibus, num.* 4. *& in addit. lit.* d, *vbi de materia.*

*Simoniaca præſentatio vnius non reddit aliorum præſentationes ſimoniacas in præiudicium præſentati, qui ſimoniæ nullam habebat ſcientiam, nu.* 5. *& nu.* 6. *vbi de materia.*

*Tertius ſubſcribens ſe nomine alicuius, & de illius mandato, in aliqua ſcriptura, non probat mandatum, niſi de eo aliunde appareat, nu.* 5. *in fin.*

*Simoniaca præſentatio non ſuſtinetur ex ignorantia præſentati, nu.* 6. *vbi declaratur.*

*Eligere verbum, importat idem quod præſentare, num.* 8.

## DECISIO CIII.

1 Domini † reſoluerunt ſcripturas, in quibus continen-
D tur, conuentiones non eſſe in forma probanti nec re-
leuare. Quantum ad primam partẽ dubij moti fuerunt, quia
non habent ſubſcriptiones trium teſtium, nec alia requiſi-
ta [a], *l. ſcripturas, C. qui pot. in pign. hab.* quæ concurrere debent a
ad effectum probationis ſimoniæ, prout fuit reſolutum 10.
Decembris 1593. coram R. P. D. Blanchetto.

2 Addebant etiam †, quòd non ſunt bene recognitæ, quia in
recognitione ſchedularum priuatarum non ſufficit, quòd
teſtes dicunt ſe habere notam manum, ſed requiritur, quòd
fuerint præſentes, & viderint ſcribere [b], vt fuit reſolutum in b
cauſſa Auenionen. fideicommiſſ. 26 Iunij 1583. coram bon.
me. D. de Rubeis, & in cauſſa Barchionen. matrimonij, 31.
Ianuarij 1575. coram D. Epiſcopo Oricolen.

3 Non obſtat †, quòd primus teſtis recognoſcit ſuam apocham manu ſua ſcriptam, quia non recognoſcit ſubſcriptio-
E nes aliorum, nec dicit, quòd vidit eos ſcribere, prout etiam
nec obſtat comparatio, quia non probatur, quòd teſtes ſint
periti [c], nec quòd ſit facta cum aliqua ſcriptura authentica, c
*Doctores in l. comparationes, C. de fid. inſtrum.* Moder. *de atteent.*
*c.* 114. *num.* 20. *cum ſeq.*

4 Non obſt. † obſeruantia [d], quia eſt æquiuoca, cùm po-
tuerit naſci ex præſentatione licita, ideò non poteſt ſeruire d
pro interpretatione, præſertim cùm ſit omninò conformis
conuentionibus præcedentibus.

5 Quantùm † ad releuantiam, moti fuerunt DD. quia præſentationes Floramundi, Ioan. Iacobi & Nicolai ſunt validæ, cùm Floramundus & Ioan. Iacob. non interuenerint in iſtis conuentionibus, & licèt Nicolaus Fr. Ioan. Iacobi promittit de rato pro ſe & fratribus, tamen non probatur neque ſcientia neque ratificatio ipſorum; Nicolaus autẽ præſentauit 45. dieb. ante initas iſtas conuentiones, ideò etiamſi

præſentatio Catharinæ eſſet ſimoniaca,non reddit præſentationes ipſorum ſimoniacas in præiudicium præſentati,qui nullam ſcientiam habuit iſtarum conuentionum, Innoc. *in c.in illa,de elect.*& viſa eſt Dominis ceſſare omnis difficultas, quia Catharina,quæ præſentauit, non ſubſcripſit iſtas conuentiones, & probatur quòd Aloyſius , qui ſubſcripſit eius nomine,haberet ab ea mandatum,& licèt ipſe affirmet ſubſcripſiſſe de mandato Catharinæ , tamen iſta aſſertio non probat mandatum,ſed debent de eo deponere teſtes , quòd fuerunt præſentes , Imol. *in c.2.num.8.*& ibi Felin.*num.5.de fid.inſtr.*Couarr.*Pract.quæſt.c.22.num.2.*

6 Non obſt.† quòd præſentatio ſimoniaca non ſuſtineatur ex ignorãtia præſentati, quia vltra quòd ceſſat ſimonia cùm Catharina,quæ præſentauit,non ſubſcripſerit iſtas conuentiones,neque probetur , mandatum Aloyſij , ſufficit , quòd præſentationes aliorum ſint validæ ad effectum,vt ſuſtineatur præſentatio in fauorem præſentati ignorantis.

7 Non obſt. † quòd Nicolaus elegit & non præſentauit, quia iſtud verbum importat præſentationem, quando ſit electio vigore iuris patronatus,*c.querelam,de electio.*Rot.*deciſ.27.de conceſſ.præben.*

## *ADDITIONES.*

a REquiſita.* Ad hoc, vt ſcriptura priuata probet , multa requiruntur,de quibus ſi ſeriatim diſcutere vellẽ,lõgiori ſermone , & non aditione , opus eſſet. Remitto igitur lectorem ad tradita per text. & ibi Docto. *in l.ſcripturas , in fin.C.qui potior.in pignore habeantur*,Bart.*in l.nuda,ff. de donat.* Iaſ.& alij omnes Doctor.*in l.admonendi,ff.de iureiur.* Marſ.*in rubr.de probat.num.267.& ſeqq.*Felin.*in c.2.de fid.inſtrum.*Lanfran.*in c.quoniam contra,in rub.de inſtrum.productione, num.53. & ſeqq.de prob.* Afflict.*deciſ.85.104.& 181.*Boër.*deciſ.105.num.1. & ſeq.& dec.172 num.18.& dec.295.num.15.*Papien.*in Pract.in forma oppoſitionis contr.inſtrum.*Gl.*& maximè*,& gloſſ.*quod negante*,Soc.*conſ.33.num.5.& conſ.41.num.* 101. *& conſ.62. nu.6. lib.1.*Tiraq.*de retract.conuention.§.1.gl.7.num.43.& plurib ſeqq.* Foller.*in Pract.cenſuali,in rubr.Quæ quidem exſequutio, nu.160. & ſeqq.pag.mihi 366.*Aym.*conſ.73.in tract.de antiq.tempor.part.1.ſect.Viſis de verbis enunciatiuis an probent, nu.1.& ſeqq.& ſect. quartò limitatur dicta concluſio pariter,num* 1. *& ſeqq.in diſcurſu*,& ferè per totam illam primam partem etiam in diſcurſu, Grat.*reſponſ.*122.*&* 123 Couar.*variar.reſolut.lib.2.c.11.num.4. & Pract.quæſt.c.22.per totum.*Rub.Alexandrin.*conſ.14.num.1. & ſeq.*Nou.*reg.185.& 195.& reg.207.*Viui,*opin.889.num.1.& ſeqq.omnib.*Pract.Conrad.*tit.de probat.num.14 & ſeqq.*Neguſan.*de pignorib.in 2.membro 5.partis,num.47.& ſeqq.*Menoch.*de præſum.lib.3.præſum.66 num.1.& ſeqq* Rolan.*conſ.80,num.7. & ſeqq & num.13.lib.3.& conſ.26.num.14.lib.1.*Hector Æmil. *in tract.de teſtib.in verbo,teſtis apocham deponens , num.* 191. *& ſeqq.*Villalob *in comun.opinio.litera S,num.*114. Paul.Granut. *theorem.15.num.19.& ſeqq.*Hercul.*de negatiua,num.16.* Apud quos omnes latiſſimè pertractatam habebis materiam priuatæ ſcripturæ,cum multis contingentibus quæſtionibus.

b *Scribere.* Teſtes ſuper recognitione ſcripturæ an pro ratione eorum dicti debeant deponere,quòd viderunt ſcribere ; an verò ſufficiat dicere , quòd ſcribentis notam habent manum,videas de hac materia Afflict.*deciſ.*181.*nu.7.* Gram. *deciſ.106.num,33.& ſeq.& deciſ.84.num.1.& deciſ.103.nu.14.* Alex.*conſ.123.num.5.lib.1.*Rub.Alex.*conſ.14. num.1.* Aym.*de antiq.tempor.part.1.ſect.quæritur etiam in hac materia, num.59. & ſeqq.& num 75. & ſeq.* Couar. *pract.quæſt.c.22.num.1.*Rol. *conſ.84.num 12.lib.3.*Monticell.*in repert.teſtium , pag.410.col. 1.& 2. & pag 411 col.1.* Rota *diuerſ.deciſ.124.num.3. part.2.* Paul.Granut,*theorem.15.num.1. & ſeqq.per tot.in diſcurſu lib.1.* vbi latè.

c *Periti.*Comparatio literarum quomodo ſit facienda , & facta quantùm probet,& aliam ad materiam videas Afflict. *deciſ.181.num.4.* Marſil.*in rubr, de prob. ſub num.267. & ſeqq.* Pariſ. *in pluribus conſiliis , de quibus in eius repertorio,in verbo, comparatio,*Aym.*de antiq,tempo.par.1.ſect,quæritur etiam in hac materia,num,56.& ſeqq.& num,63.ſeqq.& nu.72.& ſeqq.* Roland.*conſ.26.num.1,& ſeqq.num.9.& ſeqq.num.17.& num.25. lib.1.*Cepha.*conſ.141.num.1, & num.10. & ſeqq,lib.1.* Couar. *pract.quæſt.cap.22.ſub num.7,*Pract.Conrad.*rub. de probat. nu. 18.& ſeqq.*Viui.*opin.113.*vbi latè Menoch.*de arbitr. quæſt. lib.*

A *2.caſu 114.num.12.& ſeqq.& num.34.*Vulpell.*conſ.135.*Deciſio Treuiſan.52. *lib.2.* Ludou. Peruſ.*7.part.1.*Borgnin. *deciſ. 27.num.62.par.2.*Franc.Zunt,*in ſuo conſ.pro vxore,num.166.& ſeqq.*Paul.Granut.*theorem.15.num.2.in fin.& ſequentib.*

Quid autem & quantùm probet comparatio literarum in criminalibus,& particulariter ; an faciat indicium ad torturam,vide Rip.*in l.admonendi,num.100.ff.de iureiuran.*Dec.*conſ. 615.num.3.poſt med.*Aym.*de antiq.tempor.par.1. d.ſect. quæritur etiam in hac materia,num.72.fol.mihi* 85.Franc.Marc.*deciſ.935. par.2.*Vulpell.*conſ.135.num.14.cum allegatis per eum,Maſcard. de probat.lib.2.concluſ.626. num.29. & concluſ.740.num.10.& ſeqq.*Deciſ. Treuiſan.*52.num....*

*Obſeruantia.* Obſeruantia ſubſequuta eſt optima legum, d ſtaturorum & omnium aliorum actuum interpres , quod quando verum ſit,& de materia,vide latè ampliantem , declarantem B & inferentem Ioſephum Ludou. *concluſ.* 38. *per totam.*

*Fam.Cent.I.V.D.Galeſij.*

## MELLINI

*Militen.Canonicatus,Lunæ 6.Martij 1595.*

### ARGVMENTVM.

Simonia an ſit & quando,ſi Epiſcopus in collatione alicuius beneficij alteri reſeruat penſionẽ, ſeu in ipſo beneficio aliquod onus imponit.

### *SVMMARIA.*

C *Epiſcopus poteſt ex iuſta cauſſa in collatione beneficij alteri reſeruare aliquam penſionem,num.1,4.& ſeq.*

*Simonia non inducitur ex actu licito,num.1.*

*Epiſcopus poteſt conferendo beneficium reſeruare penſionem alicui, qui ſacris literis incumbat & ſtudeat,num.2.*

*Eccleſia tam particularis quàm vniuerſalis ad ſui regimen indiget viris literatis,num.2.*

*Epiſcopus ex iuſta cauſſa poteſt contra Canones diſpenſare, num.2. vbi exemplificatur hæc iuſta cauſſa.*

*Epiſcopus poteſt ſtatuere vt quilibet Canonicus conferat alicui pauperi ſcholari ſtudenti certam pecuniarum quantitatem ſingulis annis in ſubſidium,num.2.in fin.*

*Simoniaca non eſt collatio beneficij facta per Epiſcopum cum reſeruatione penſionis,etiam ſine iuſta cauſſa,ſed bene eſt nulla,nu.3. Si verò ex iuſta cauſſa , & tunc eadem collatio nec nulla nec ſimoniaca eſt,num.1.& per totum.*

D *Simonia debet concludenter probari,num.3.*

*Simonia vt non ſit commiſſa , ſemper ſumenda eſt interpretatio, num.3.*

*Epiſcopus non poteſt imponere onus beneficio tempore vacationis illius,ſed bene ante vel poſt vacationem, num.4.vbi declaratur.*

*Epiſcopus poteſt reſeruare penſionem in actu collationis beneficij, num.4.in fin,*

*Beneficia debent conferri ſine diminutione,num.5.*

*Penſionis reſeruatio facta per Epiſcopum in perſonam ab Epiſcopo nominandam,eſt ſimoniaca,ſecus ſi in perſonam certam,& ſpecificatam,num.6.*

## DECISIO CIV.

FVit † reſolutum,non probari ſimoniam neque confidẽtiam. Quantùm ad ſimoniam,principale fundamentum 1
E Dominorum fuit,quòd Epiſcopus ex iuſta cauſſa poteſt reſeruare penſionem ad fauorem alicuius,Anchar. *conſil.* 279. Abb.*in cap.conquerente,numer.5.de cleric.non reſid.*Felin.*in cap. ad audientiam , numer. 4.& 5.de reſcript.* Dec. *in cap.ex parte, numero 15.de offic.deleg. & conſil. 142. numero 3.* Rumin. *conſil. 298. numero 26.* Gig. *de penſ. quæſtion. 6. numero 3. & 4.* Ideò ſi Epiſcopus reſeruauerit penſionem Blaſio ex iuſta cauſſa , ex iſto actu licito non poteſt induci ſimonia . Mohed. *deciſ.* 224.Put.*deciſ.* 17. *libro 2.*Aym. *conſil.* 145 . *num.* 4. & in terminis tradunt Dec. *in conſil.* 436. *num.* 12. Rim.ſen. *conſ.91.num.21.& 24.*& ſentit Imol.*in d.c.ad audientiam,nu.5. de reſcript.*

Cauſſa † autem,qua motus fuit Epiſcopus,viſa eſt Dominis 2

nis iuſta.quia Blaſius erat trigenarius Militen. & pauper, & in vrbe ſacris literis operam dabat, quæ cauſſa reſpicit vtilitatem non ſolùm illius particularis Eccleſiæ, ſed etiam vniuerſalis, quæ ad ſui regimen viris literatis maximè indiget, *c.cùm ex eo,de elect.in 6.c.licèt verbis,& cap.de multa,de præben.* & iſta cauſſa eſt adeò fauorabilis, vt Epiſcopus poſſit etiam contra Canones diſpenſare, Abb.*in d.cap.licèt vobis,num.1.de præben.*Roman.*conſ.325.nu.8.* & maiori parte Capituli etiam contradicente, poteſt ſtatuere, vt quilibet Canonicus conferat alicui pauperi ſcholari ſtudenti certam quantitatem ſingulis annis in ſubſidium, Abb.*in c.vlt.nu.2.de his, quæ fiunt à maiori parte capituli*,Bolog.*in auth.habita, nu.387. C. ne fil.pro patr.*Henric.Boyc.*in tract. de Synod.Epiſc.in 3.part.concl.17.in 9.*Cotrel.*art.1.*Rebuff.*de priuil.ſcholar.priuil.42.*

3 Præterea dicebant † Domini, quòd etiamſi cauſſa non iuſtificaretur, penſio eſſet nulla, ſed non eſſet ſimoniaca collatio; quia cùm Epiſcopus exprimat, ſe reſeruaſſe penſionem Blaſio ex iuſta cauſſa, & poſſit eſſe, quòd verè adſit, licèt non probetur cauſſa, ceſſat ſimonia, quia ſimonia debet probari concludenter, Alex.de Neuo *conſ.64.n.2.* & in dubio, quando poteſt adeſſe, vel non adeſſe, ſumitur interpretatio, quæ eam excudit, Put.*deciſ.381.lib.1.*Mohed.*deciſ.224.*

4 Non † obſtant multa ſimilia, quæ adducuntur per informantes pro Ioanne, quòd quando Epiſcopus poteſt imponere onus beneficio, non poteſt imponere quando beneficium vacat, ſed antè, vel poſteà, quia non poſſunt procedere in iſtis terminis, cùm penſio non reſeruetur ante vacationem, neque poſt prouiſionem; ideò, vt inquit Dec. *in d.c. ex parte, num.15.* poteſt reſeruare penſionem in actu collationis.

5 Non obſtat †, quòd beneficia debent conferri ſine diminutione, quia, vt dicit Abb.*in d.c.conquerente,n.5.* hoc eſt verum, quando penſio non reſeruatur ex iuſta cauſſa, aliàs adimeretur in totum poteſtas Epiſcopis reſeruandi penſiones ex iuſta cauſſa.

6 Quantùm ad † confidentiam, moti fuerunt Domini, quia Bulla ſanctæ mem. Pij V. loquitur de collatione facta cum conditione, quòd prouiſus contra iuris communis ordinationem ſoluat penſionem alicui, quem poſteà Epiſcopus nominauerit; ideò non poteſt habere locum in iſto caſu, cùm penſio ſit reſeruata pro certa perſona, & ex rationabili cauſſa, vt fuit reſolutum in cauſſa Brixien. confidentiæ, 5. Iunij, coram R.P.D.meo Penia.

## ORANI.

*Burgen.Iuriſdictionis S.Ioannis,Veneris 28.Aprilis 1595.*

## ARGVMENTVM.

Iuriſdictionis criminalis quaſi poſſeſſio ex quibus actibus iuſtificetur, & probetur? Declaratúrque illa regula: Quòd Epiſcopus præſumatur habere iuriſdictionem in ſua diœceſi, quomodo & quando procedat, & quando non?

## SVMMARIA.

*Epiſcopus de iure communi habet iuriſdictionem in ſua diœceſi, nu.2. vbi hoc declaratur quomodo procedat.*

*Abbas habens iura Epiſcopalia, exercet iuriſdictionem pro ſuo territorio, etiam poſito intra limites diœceſis Epiſcopalis, nu.2.*

*Abbas habens territorium proprium, vel pleno iure ſibi ſubiectum, poteſt in dicto territorio iuriſdictionem exercere, nu.2.*

*Delinquens in loco diœceſis exempto à iuriſdictione Epiſcopi, non poteſt puniri ſecundùm ſtatuta Epiſcopi illius diœceſis, num.3.*

*Statuta Epiſcopi non ligant delinquentem extra territorium & diœceſin, nu.2.*

*Diœceſis loca habentia dominum ſeparatum, non dicuntur eſſe de diœceſi, num.2.in fin.*

*Exemptionis priuilegia quænam fuerunt reuocata à Concilio Tridentino, num.3.*

*Iuriſdictionis quaſi poſſeſſio non acquiritur effectu non ſequuto, num.4.*

*Iuriſdictio non probatur per actus, qui vel ſint clandeſtini, & ſine ſcientia eius, de cuius præiudicio agitur, facti; vel quando fuit ab illis appellatum & proteſtatum, num.4.*

*Iuriſdictio non probatur ex actibus factis poſt litem motam, numero 5.*

*Teſtes examinati ſine citatione partis dicuntur nulliter examinati, num.5.*



## DECISIO CV.

DOmini † pro maiori parte tenuerunt, D. Abbati ſancti Ioannis dandum eſſe mandatum de manutenendo reſpectu cognitionis cauſſarum criminalium viſitationis Eccleſiæ, & illi ſubditorum & redditionis computorum fabricæ inter Eccleſiaſticas perſonas & ſubditos Eccleſiæ ſancti Ioannis cum ſitis adiacentibus & pendentibus: nam fundatam habet intentionem. Primò in donatione Imperatoris facta Reuerendo Andelimo tunc Abbati ſancti Ioannis, & confirmata ab Epiſcopo Burgen. continente verba priuatiua iuriſdictionis ad omnes alios. Secundò in priuilegio Sixti IV. quod eidem concedit facultatem quoſcunque clericos, etiam dictæ Eccleſiæ filios patrimoniales, ſi eorum demerita exegerint, ſuſpendendi, excommunicandi, priuandi, aut alia pœna temporali ſeu perpetua puniendi. Tertiò, in laudo ad ſui fauorem publicato, & à Papa Paulo III. confirmato, in qua pariter eidem adiudicatur dicta Eccleſia pleno iure cũ declaratione, quòd correctio & viſitatio, ac ſubiectio beneficiatorum ad ipſum pertineat. De cuius quidem obſeruantia ſatis liquet cùm ex viſitationibus, tum ex regulis & conſtitutionibus Abbatum, ad quarum normam clerici ſimpliciter vixerunt. Quartò, in ſententiis & literis exſequutorialibus Reginæ Ioannæ & Audientiæ Valliſoleti in quibus habetur, Eccleſiam ſancti Ioannis pleno iure ad Monaſterium pertinere, & collationem beneficiorum ac punitionem clericorum ad Priorem dicti Monaſterij ſpectare. Quinto, in Decreto officialium Burgenſium de ordine tunc Epiſcopi facto, per quod fuit facta reuocatio & annullatio omnium proceſſuum, cenſurarum & actuum fulminatorum contra Abbates, Monachos, Beneficiatos, & Parrochianos dictæ Eccleſiæ. Vltimò in teſtibus de omnibus concludenter deponentibus, & in ſententia de anno 1570. contra Lucam de Arze beneficiatum lata, in qua ſuſpenſus legitur ab exercitio ordinum per tempus decem annorum, & recluſus in Monaſterium cum impoſitione aliarum pœnarum, quæ etiam exequutioni fuit demandata. Ex quibus abſque tergiuerſatione conſtat de ipſius quaſi poſſeſſione iuris communis aſſiſtentiam habente, *cap.1.c.in ſingulis, de ſtat. Monach.* Dec.*in c.eam te, 1.not.de reſcript.* 1

Nihilque † ad rem pertinet, quòd Archiepiſcopus in iure communi fundat intentionem in ſua diœceſi, quia ſtantibus præmiſſis, non poteſt dici ſua diœceſis, ſed propria Abbatis, etiam quòd admitteretur, ſitam eſſe intra limites ſuæ diœceſis, Gemin.*in cap.cùm Epiſcopus, nu.4. de offic.ordin.lib.6.* quod quidem procedit, ſiue, vt fuit reſolutum, ſuſtineatur, Abbatem habere territorium proprium, vel pleno iure ſibi ſubiectum: à pari enim procedunt, gloſſ.*Clement.1.in verbo, aut earum parte, de for.compet.*Cald.*conſil.13.de iudic.*Vnde Io.Andr. Gemin.Franc.& alij, *in cap.vt animarum, §. ſtatuto, de conſtitu. lib.6.*concluſerunt, committentem delictum in loco diœceſis exempto, non poſſe puniri ſecundùm ſtatutum Epiſcopi illius diœceſis, cùm locus exemptus ſit extra ſuam iuriſdictionem, *cap.1.& ibi glo.de priuileg.lib.6.* Et non ſecus, ac ſtatutum Epiſcopi non ligat aliquem extra territorium, ita nec delinquentem in diœceſi, loco tamen exempto, Ioan.Andr. poſt Hoſtien. *in c.nimis, de iureiuran.* quia, vt ibi inquit Abb. loca, quæ ſunt de diœceſi, habentia dominium ſeparatum, non dicuntur eſſe de diœceſi, ſequitur Card. *in Clemen.2.§.1. q.4.de priuileg.* 2

Nec † dicatur, priuilegia exemptionis fuiſſe reuocata per Concilium, quia iſta non ſunt ſimplicia priuilegia, ſed confirmationes ſeparationis territorij factæ per Imperatorem ex confirmatione Epiſcopi, quæ non ſunt reuocatæ per Concilium, dum loquitur de ordinariis, quibus ſubſunt inferiores, Dec.*d.cap.ad noſtram, nu.14.de appellatio.* 3

Minùs † habenda eſt ratio prætenſi actus poſſeſſorij facti ab Archiepiſcopo per monitorium emanatũ de anno 1572. ſuper exhibitione libri computorum, quia cùm non appa- 4

reat habuiſſe effectum,& in incorporalibus ſine effectu non datur acquiſitio quaſi poſſeſſionis, Cald. *conſil.12.de iur.patron.* Rip. *in c.cum Eccleſia,num.50.de cauſſ.poſſeſſ.& prop.* multò autem minùs iſto caſu, quo Abbas reclamauit & proteſtatus fuit, Roma. *conſil.369.ſub num.9.* nam vulgare eſt, ad acquirendum ſtatum quaſi poſſeſſionis, requiri ſcientiam & patientiam eius, de cuius præiudicio agitur: vltra quod actus iſte cauſſam dedit liti, quia ab eo fuit appellatum, & cauſſa in Rota commiſſa: ceteri verò actus poſſeſſorij facilè remouentur, cùm vel percutiant tempus poſt litem motam, vel ſaltem ſint clandeſtini abſque ſcientia Abbatis facti, Bald. *in l.poſt ſententiam, nu.7.C.de ſenten.& interloc.omn.iudic.*

5 Non † obſtant teſtes inducti ad probandũ quaſi poſſeſſionem Archiepiſcopi, quia deponunt de actibus poſt litem motam factis, & nulliter fuerunt examinati abſque partis citatione. Minùs releuat quod dicitur, quaſi poſſeſſionem Abbatis fuiſſe acquiſitam tempore litis motæ, ex quo illa per beneficiatos fuit de anno 1518. & per parrochianos de anno 1524. contra Abbatem introducta, quoniam iſtæ lites non fuerunt cum Archiepiſcopo,& certum eſt, per laudum confirmatum,ac ſententiam ad fauorem Abbatis latam fuiſſe extinctas, vt bene hîc per informantes, qui omnibus ex aduerſo adductis accuratè reſpondent.

## CORDVBE.

*Toletana Primitiarum, 17. May 1595.*

### ARGVMENTVM.

Falſitas, quando ciuiliter agitur de tollendo fidem ſcripturæ, præſumptionibus probatur, & falſitatis non modica oritur præſumptio ex additionibus & apoſtillis in margine deſcriptis, præſertim diuerſo atramento, ac ex interlineationibus & caſſationibus,niſi fuerint ab eodem Notario ſubſcriptæ & approbatæ.

### *SVMMARIA.*

*Sententia non dicitur notoriè iniuſta, quando iniuſtitia eſt aliquo modo velata, num.1.*

*Falſitatis ſuſpicio habetur pro falſitate, quando agitur ciuiliter ad informandam probationem, num.2.*

*Falſitatis præſumptiones, etiam leues, ſufficiunt ad tollendum fidem ſcripturæ, nu.2.& in additio.lit.* a, *vbi de materia.*

*Falſitatis præſumptio oritur ex additionibus & emendationibus, in ſubſtantialibus, diuerſo atramento ſcriptis, nu.3. vbi etiam quid ſi huiuſmodi emendationes & additiones fuerint ſubſcriptæ & approbatæ à Notario.& num.5.*

*Falſitatis præſumptio oritur ex interlineaturis à latere, & non in corpore inſtrumenti repertis, num. 3. vbi etiam declaratur hæc concluſio,& num.5.*

*Officiali deputato ad aliquod officium creditur in ſpectantibus ad eius officium, num.4.*

*Probationum materia tota eſt repoſita in arbitrio iudicis, qui non debet illud regulare ex ſua mera voluntate, ſed ſecundùm iuris regulas, nu.5.& in addit.litera* b, *vbi de materia.*

### DECISIO CVI.

1 DVbitaui †, an proceſſus de partibus ſit ita ſuſpectus de falſitate, vt non ſit ei danda fides, vt hoc oſtendatur, iudices Toletanos potuiſſe non adhibere fidem teſtibus in illo ſcriptis, propter ſuſpiciones, quæ apparent, & conſequenter eorum ſententiæ valeant ſuſtineri, ita vt non poſſint dici notoriè iniuſtæ. Et pro parte D. Prioris multa fuerunt deducta ad ſaluandas dictas ſententias. Primò, quòd dici non poteſt iniuſtitia notoria, quando eſt aliquo modo velata, Felin. *in cap.inter cetera,num.7.de re iud.* Dec. *in c.ex parte, el 2.num.46.de offi.deleg.* Philip.Franc. *in c.dilecto,nu.142.verſ.intellige præfata,& nu.155.de appellat.* Corn. *conſ.10.colum.2.verſ.& ſi fortè alij,lib.4.*

2 Secundò, falſitatis † ſuſpicio, quoad infirmandam probationem, habetur pro falſitate, quando agitur ciuiliter. Fuit celebre dictum Archid. *in c.in memoriam,num. 19.* Docto.& ibi Domini allegando text. *in l. iubemus, C. de probat.* Natt. *conſ. 315.num. 14.* Rimin. ſen. *conſ. 145.num.9.* leues præſumptiones a ſufficiunt, Aym. *conſ. 134.num.34.& 40.* Ergo multò magis quando ſolùm tractatur, vt ſcripturis fides non adhibeatur. a

In † propoſito autem ex relatione peritorum apparent plurimæ falſitates,& quidem emendationes in ſubſtantialibus, diuerſo atramento & interlineaturæ à latere,& non in corpore inſtrumenti, quo caſu ſcriptura non habet ſolemnitates proceſſus vel inſtrumenti, Bald. *in l.noſtram,nu.2.C.de teſtam.* Paris de Put. *de reaſſumpt.inſtr.rubr.33.in fine.* Et conſequenter non poſſunt probari dicta teſtium, quia non conſtat de quo tempore dictæ emendationes fuerunt appoſitæ, & tamen debebant eſſe eodem contextu, vt adeſſet ſolemnitas requiſita. Quo caſu ſubſcriptio notarij, quæ regulariter ſufficit in ſimilibus, Dec. *conſi.447.nu.9.& 10.* cum aliis allegatis, iuxta diſtinctionem Bald. *in d.l.noſtram,* procederet, ſi emendationes eſſent incorporatæ in inſtrumento, non à latere vel interlineatæ, vel ſaltem Notarius in ſubſcriptione de illis mentionem feciſſet, Prac.Papien. *in forma oppoſit.contra inſtrumen.verſic. tum,* quia præterquàm quòd proceſſus ipſe non fuit ſubſcriptus à Notario adiuncto, ſed ſolùm à recuſato, quod fieri debebat ex ſtylo Hiſpaniæ, quem tradit Auilez. *in cap.Prætorem,cap.35.nu.4.& c.ibidem aſcendamus, 2 par.c.25.nu.8.& c.15.nu.4.5.& 6.* 3

Quibus † non obſtantibus, Domini negatiuam ſententiam amplexi ſunt. Nam cùm agatur in præſenti de reuocatione ſententiarum latarum aduersùs ſententias de partibus declaratas per Rotam notoriè iniuſtas, in quibus primitiæ adiudicabantur Priori priuatiuè quoad beneficiatos, iniuſtitia ex actis ipſis de partibus bene deducebatur, ſtante reſolutione priùs per Dominos facta ad fauorem ipſorum beneficiatorum, quòd ſcilicet eis debitæ eſſent dictæ primitiæ, ſeu pars illarum vti adiuuantes Rectorem in adminiſtratione ſacramentorum, & quia conſtabat, beneficiatos ipſos eſſe in poſſeſſione leuandi dictas primitias, nó tantùm ex diſpoſitione teſtium, de quibus in proceſſu, cuius fides nunc in dubium reuocatur, ſed principaliter ex atteſtatione viſitatoris de anno 1519. expreſsè affirmantis ſe reperiiſſe, quòd beneficiati nó ſolùm percipiunt maſſam beneficij, ſed etiam maiorem partem primitiarum, cui tanquàm perſonæ ad hoc deputatæ ſtatur, *l. apparitores,* vbi Io. de Platea. *C.de apparitor.præf ann.lib.12.* Et fuit reſolutum 22. Aprilis 1587. in hac cauſſa, quæ atteſtatio non continebatur in proceſſu, de cuius fide controuertitur. 4

Neque † doctrinæ ex aduerſo deductæ intrant in propoſito, cùm omnia caſſata & interlineata cóprobata ſine ſubſcriptione Notarij, cuius perſona non fuit omninò ſuſpecta Priori, vt iam fuit reſolutum: perſona autẽ iudicis, quæ hos teſtes recepit, fuit ab ipſo Priore approbata,& adſunt quinque teſtes bene probantes intentionem beneficiatorũ, quorum dicta non reperiuntur apoſtillata, neque caſſata aut interlineata, neque in aliquo diſcordant ab originali proceſſu ſubſcripto ab vtroque Notario, ex quibus dicti iudices non potuerunt non adhibere fidem teſtibus in proceſſu deſcriptis. Nam etſi tota materia probationum repoſita ſit in arbitrium iudicis b, vt fuit dictum coram Sanctiſſimo, tunc Rotæ Auditore, *deciſio.diuerſ.238.nu.22.parte 1.* Dec. *conſi.94.nu.1.& alibi,* ſæpe tamen hoc arbitrium, non ſecus ac in alio quouis, non debet regulari ex mera voluntate illius, ſed ſecundùm regula iuris, Bald. *in l.2. §. voluntatem, in fine, ff. ſolut matrim.* Menoch. *de arbitrar. iudic.lib.1.caſ.65.& 67.* 5 b

### *ADDITIONES.*

a LEues præſumptiones. Hæc concluſio ſic ſimpliciter intellecta non tranſit ſine difficultate, quia quòd imò in caſu, in quo ad probandum falſitatem admittuntur præſumptiones, illæ non ſufficiant leues, ſed eſſe debeant graues & violentæ, ſuaderi videtur ex traditis per Bald. *in conſil. 402. quæritur, numer. 2. in fine, & num. 8. lib.5.* Gabr. *conſil. 180.num.1.& ſeqq.lib.1.* Menoch. *de præſumpt.lib.1.quæſt. 99. poſt.nu.11.& num.19.* Caputaq. *deciſ.3.nu.4.p. 2.* Et facit generalis concluſio, quòd in omni caſu, de quo præſumptiua admittitur

admittitur probatio, leues præſumptiones non ſufficiunt, ex allegatis per Dec. *in conſ. 189. num. 15.* cum aliis, de quibus per D. meum Farin *in ſua Pract. crim. par. 2. quæſt. 86. nu. 11. & ſeqq.*

b *Arbitrium iudicis.* Probationes omnes iudicis arbitrarias eſſe, communiter dicunt & ſcribunt Doctor. & probatur hæc communis concluſio *in l. 3. §. tu magis, & in l. ob carmen, §. fin. ff. de teſtibus, & in l. quingenta ff. de probat.* per quæ iura ſic voluerunt Bart. & alij *in l. admonẽdi, ff. de iureiuran.* Dec. *conſ. 565. num. 8. & conſ. 697. num. 7.* Boër. *deciſ. 107. num. 8.* Mandell. *conſ. 99 num. 5. & ſequentib. lib. 1.* Pract. Corrad. *lib. 1. cap. 9. §. 2. de offic. prætor. in ciuilib. cauſ. rubr. de probat. num. 21. & ſeqq.* Grammat. *deciſio. 39 nu. 47.* Franc. Hercul. *in tract. de negatiu. num. 314.* Vbi ampliat, etiam in arbitrio, Menoch. *de arbitrar. quæſt. lib. 2. caſ. 90. num. 2.* Sarmient. *ſelectar. interpr. lib. 1. cap. 1. num. 12. verſic. illud certum eſt,* Hieron. Laurent. *deciſio Aueniomen. 91. num. 8.* Cephal. *conſ. 287. num. 45. & ſeq. lib. 1.*

Et propterea iudicem poſſe dare fidem teſtibus non plenè deponentibus, & econtrà minùs credere perfectis probationibus teſtium ſeu inſtrumentorum, ſi ita ſibi viſum fuerit, ſcriptum reliquerunt Gram. Mandell. Cephal. & Menoch. *in locis præcitatis,* Curt. iun. *conſ. 52. num. 8.* Villalob. *in communi opin. litera P, num. 313.* Stephan. Lamberteng. *in tract. de contractibus eorum, &c. gloſ. 12. num. 36.* Maſcard. *de probationib. lib. 1. concluſio. 320. num. 20.* & faciunt tradita per Monticell. *in repertorio teſtium fol. 439. colum. 1. verſ. 1. 2. & 3. & col. 2. verſ. ſecundo.*

Quod vltimum intelligas procedere, dummodò iudex ad ſic credendum vel non credendum moueatur ex aliqua rationabili cauſſa, aliàs ſecus, ſecundùm Gram. *d. deciſ. 34. num. 47.* Hercul. *de negatiu. num. 315.* Pract. Corrad. *vbi ſuprà, num. 22.* Menoch. *d. caſ. 90. num. 5. & de recuper. poſſeſſ. remed. 13. num. 342. & ſeq.* Contard. *de momentan. poſſeſſ. limitat. 9. nu. 60.* Sarmient. *vbi ſuprà, lib. 1. cap. 1. num. 12. eod. verſ. illud certum eſt,* Stephan. Lamberteng. *d. gloſ. 12. num. 18.* Tiraq. *de pœn. in præfatione, num. 65.* Monticell. *d. fol. 439. colum. 2. verſ. 3. & final. & fol. 440. column. 1. verſ...* apud quos etiam reperies, iudicem iſto caſu, ad hoc ne in ſyndicatu teneatur, debere in proceſſu exprimere cauſſas & coniecturas, quibus ſic mouetur ad credendum, vel non credendum, vt ſuprà.

*Fam. Cent. I. V. D. Galeſij.*

## ILLVSTRISSIMI ET REVERENDISS. D. Blanchetti Cardinalis.

*Abulen. Matrimonij, Veneris 28. Maij 1595.*

### ARGVMENTVM.

Promittens ducere in vxorem aliquam mulierem, an & quando cogi poſſit ad contrahendum cum ipſa matrimonium: & quid, ſi promiſſio hæc non fuerit iurata, vel fuerit emiſſa inter coniunctos, inter quos matrimonium eſſe non poterat.

### *SVMMARIA.*

*Sponſalia contrahens per verba de futuro cum iuramento, quandoque per cenſuras compellitur ab Eccleſia ad illa contrahenda per verba de præſenti, num. 1. Declara, vt num. 2.*

*Matrimonium contrahere promittentes per verba de futuro, coguntur ab Eccleſia ad illud contrahendum per verba de præſenti, etiam medio cenſurarum, num. 1. vbi tamen alterius ex coniugibus induratus & renitens animus dignoſcitur, is potiùs abſoluitur quàm cogitur, num. 2. vbi præſertim, quando ſic renitens allegat aliquam iuſtam cauſſam.*

*Matrimonium conſenſus debet eſſe omninò liber, num. 2. in fine.*

*Matrimonium contrahere cogi non poteſt quis ex præcedente promiſſione de illud contrahendo non iurata, num. 3.*

*Matrimonium contractum inter conſanguineos ſub conditione, ſi* fuerit diſpenſatum, *non ſuſtinetur, num. 4.*

*Malum maius vt euitetur, quandoque minus toleratur, num. 5.*

### DECISIO CVII.

1 IN † cauſſa Abulen. matrimonij; An Antonius ſit cogendus contrahere matrimonium cum Catharina in caſu & ad effectum de quo agitur, quamuis Eccleſia quandoque conſueuerit medio cenſurarum compellere eos, qui ſponſalia per verba de futuro cum iuramento contraxerunt ad illa per verba de præſenti contrahenda, *cap. ex literis, il 2. cap. requiſiuit, de ſponſalibus,* & ibi Doctor. omnes. Ferret. *conſ. 171. in princip. part. 1* Gabr. *conſ. 159. par. 8.* Et fuit reſolutum in cauſſa Valentina matrimonij, coram S.D.N. & in alia Romana matrimonij, coram R.P.D. meo Orano.

2 Semper † tamen, vbi alterius ex coniugibus induratum animum cognouit, renitentem abſoluere potiùs conſueuit, quam cogere, *glo. in d. cap. ex literis, in verbo, compellas,* & ibi Abb. Antiq. Card. *num. 30.* Ant. de Butr. *num. 11.* Ferret. *d. conſ. 171. num. 6.* præcipuè ſi ſubſit aliqua iuſta cauſſa, vt tradunt Doctores præfati, & ſeruauit Rota in dictis cauſſis, & in alia Hiſpalen. matrimonij coram bo. mem. D. de Rubeis, tum quia talia matrimonia infelices exitus habere plerunq; cõſueuerunt, *d. c. requiſiuit, de ſponſalibus,* tum etiam, ne propter violenter obtentum conſenſum paretur laqueus perpetuæ fornicationis, Fortun. Garz. *in cap. 1. num. 3. verſ. vnde ratione, de pact.* Cùm enim in matrimoniis debeat conſenſus omninò liber eſſe, *cap. cùm locum, & cap. requiſiuit, de ſponſal.* nulla auctoritate humana, tali libertate deficiente, matrimonium conſtitui poteſt, Petr. de Victor. *in ſuis relect. 7. relect. par. 1. num. 7.*

3 Quod † multò magis procedit, quando ſponſalia non ſunt iuramento vallata, *glo. fin. cap. de illis, il 1. de ſponſ. impub. & alij poſt* Abb. *ibi, num. 7. glo. in c. 1. de ſponſ.* Sot. *in 4. Sent. diſt. 27. q. 2. art. 5. verſ. quintus caſus eſt,* ſumma Ang *in verbo, ſponſalia, num. 21.* Armill. *eod. verbo, num. 7.* Sylu. *eod. verb. num. 10. verſ. pro quo facit.*

4 Ex † quibus, etſi ſatis conſtet Antonium, in caſu de quo agitur, non cogendum ad contrahendum matrimonium cum Catharina, tamen alia & euidentiori ratione per Dominos fuit reſolutum, huiuſmodi coactioni non eſſe locum, cùm enim ſint tertio & quarto conſanguinitatis gradu coniuncti, & contraxerunt ſponſalia, ſi ſecum fuiſſet diſpenſatum, prædicta ſponſalia non tenuerunt, *l. inter ſtipulantem, §. ſacra, ff. de verbor. oblig.* Innoc. *in c. ſuper eo, de condit. app.* & ibi Abb. *num. 8.* Ioan. Andr. *ibi, col. 2. verſ. idem ſi dicatur.* Card. *n. 2.* Henric. Boyc. *in c. ſi conditiones, num. 2. eod. tit.* Præpoſ. *in d. c. ſup. eod. num. 5.* Aſten. *2. par. lib. 8. tit. 3. art. 2. q. 3.* Tabien. *in verbo, ſponſalia, num. 7.* & de communi teſtantur Andr. *in 4. ſentent. tit. de ſponſal. q. 10.* Dom. Sot. *ſuprà eodem, diſtin. 29 q. 2 art. 1. verſ. nouam autem,* & Petrus de Victor. *vbi ſupra, in princip. 1. par. verſ. in contrarium,* ideò requiritur nouus conſenſus, Couarru. *in 2. par. epitom. 14. in prin. num. 10.* Ad cuius præſtationem, ſi in ſupradictis caſibus, vir ſeu mulier cogi non poſsũt minùs in hoc, in quo conſenſus ab initio præſtitus nullam omninò habuit iuris ſubſiſtentiam: Papa enim, vt dicunt prædicti Doctores, diſpenſando non ratum habet quod geſtum, ſed tantùm contrahendi licentiam impartitur.

5 Non † obſtat detrimentum, quod Catharinæ inde euenire poteſt, quia ad malum maius, de quo veriſimiliter poteſt dubitari, euitandum, minus quandoque Eccleſia tolerare conſueuit, *d. c. requiſiuit,* Palat. Rub. *in repet. cap. per veſtras, §. 18. n. 16.* Reliqua ex ſupradictis ſunt ſublata, & ita fuit deciſũ.

## IVSTI.

*Aſſiſien. Canonicatus, 5. Iunij 1595.*

### ARGVMENTVM.

Papæ aſſertioni in motu proprio, quod ſibi conſtat de crimine adulterij ſtatur, concurrente præſertim confeſſione adulteræ & teſtium depoſitionibus, & ſi appellans intra terminum iuris non redierit pro Apoſtolis, ſententia dicitur tranſire in iudicatum.

### *SVMMARIA.*

*Appellans ſi intra terminum iuris ſibi datum pro Apoſtolis non redierit, facit tranſire ſententiam in rem iudicatam, nu. 1. & in addit. lit. a, vbi de materia.*

*Appellans ſi non commiſit cauſſam infra biennium, ſententia contra ipſum lata tranſit in iudicatum, nu. 1.*

*Apoſtolos petens ſi terminum iuris habuerit, debet pro illorum reſponſione redire infra triginta dies, nu. 1. & in addit. lit.* b, *vbi an iſti dies triginta currant à die ſententiæ, an verò à die appellationis.*

*Fatalia non currunt ſubſequuta tranſactione, declara, vt nu. 2.*

*Adulterium probatur ex confeſſione adulteræ, & depoſitionibus teſtium, nu. 3.*

*Papæ aſſertioni de crimine alicuius creditur, nu. 3. concurrentibus tamen adminiculis, de quibus ibid.*

*Papa præſumitur motus ex rationabili cauſſa, nu. 3.*

## DECISIO CVIII.

1 SEntentia † A.C. lata anno 1575. tranſiuit in rem iudica-
tam, de qua conſtare deciſum fuit, cùm, licèt fuerit ap-
a pellatum, attamen Laurentius non rediit[a] pro Apoſtolis,
poſtquàm habuit primum terminum iuris, à quo numeran-
b tur triginta dies [b], *l. iudicibus, C. de appellat. c. ab eo, de appellat.
in Sexto*, vbi habetur, quòd qui non rediit, cenſetur appella-
tioni renunciaſſe. Præterea non cõmiſit cauſſam infra bien-
nium, & hoc modo etiam inducitur res iudicata, *authentic. ei
qui, C. de temp. appell. Clemen. ſi appellatio, de appellat.* Dec. *conſil.*
436. Et dictum fuit coram R.P.D. meo Litta in vna Roma-
na pecuniaria, 17. Maij proximè præteriti.

2 Non † obſtant nullitates & iniuſtitia, quæ opponitur ad-
uerſùs ſententiam commiſſarij, quia de ea non tractatur, ſed
de ſententia auditoris Cameræ, quia pronunciatũ fuit, Mo-
tum proprium Pij V. non eſſe ſubreptitium. Prout nec etiam
obſtat concordia, quæ etſi impediat curſum temporis, *Clem.
quamdiu de appellat.* nihilominùs deberet conſtare de con-
cordia ante rem iudicatam, quia nullibi dicitur, quòd reſti-
tuat aduerſùs eam: quinimò ex actis conſtat de contrario.
Nam ſententia Auditoris Cameræ lata fuit anno 1575. ſed
cauſſa fuit commiſſa in Rota anno 1579. quo anno de men-
ſe Maij fuit facta vel tractata concordia, & ſic poſt rem iu-
dicatam, & de paupertate, quæ impedit rem iudicatam, nul-
libi conſtat.

3 De † notoria autem iniuſtitia ſententia Auditoris Came-
ræ dici non poteſt, cùm fundetur in confeſſione adulteræ,
in dictis teſtiũ & in aliis. & adſit præterea motus proprius
Pij, V. vbi dicit, ſatis apertè & clare ſibi conſtitiſſe de dicti
Laurentij crimine, & Papa præſumitur motus ex cauſſa ra-
tionabili, Abb. *in cap. cùm veniſſent*, cum ibi allegatis, *ſub nu.
8. de iudic*, præſertim cùm ad ſententiam commiſſarij non ſe
referat, ſed aſſerat ſibi conſtitiſſe, vnde non obſtant quæ di-
cuntur aduersùs rem iudicatam.

### ADDITIONES.

a NOn rediit. Regulariter ſi appellans, quando iudex dedit
terminum iuris, non redierit in d. termino pro reſpon-
ſione Apoſtolorum, cenſetur appellationi renunciaſſe, *Clem.
quamuis rigor, de appell.* & notant Doct. *in c. perſonas, extra eod.*
Boer. *conſ. 43 incipiente, videtur nu 3. & ſeqq. & nu.* 17. vbi te-
ſtatur, ita fuiſſe iudicatum, Lancellot. *de attentat. c. 12. limitat.
50. nu. 297. & ſeqq.* vbi ex Boër. in loco præcitato, & aliis per
eum relatis, hanc regulam ampliat duobus modis. Limita
eandem regulam duobus aliis modis. Primò: quando in d.
termino iuris cauſſa fuit commiſſa abſque eo, quòd pro re-
ſponſione Apoſtolorũ appellans redierit, Creſcen. *deciſ. 75.
incip. appellanti, ſub rubr. de appell. in manuſcript.* idem Lancel-
lot. *d. c. 12. ead. limitat. 50. nu. 204. & ampliat. 1. nu. 24. & in præ-
fat. eiuſd. c. 12. nu. 55. & ſeqq.* vbi præſertim hanc limitationem
procedere affirmat, quando in vim d. commiſſionis fuerit
inhibitum. Limita ſecundò, quando iudex petenti ſibi de
Apoſtolis reſpõderi, non reſpondeat, taceat vel etiam dicat,
quòd audiuit tunc enim habetur pro negante, & propterea
non tenetur ampliùs pro illis redire, & non redeundo, ap-
pellatio non deſeritur, vt per eundem Lancello. *d. c. 12. in
præfat. nu.* 54. Pract. Corrad *in tit. de appellat. nu. 15. & 17. fol.
mihi* 205. cum aliis allegatis per eos. Ad quam materiam iu-
dicis ſcilicet non reſpondentis petenti ſibi de Apoſtolis reſ-
ponderi, vide Lancellot. *d. cap. 12. limit. 1. nu. 60. & ſeqq.*

b *Triginta dies.* Terminus iuris triginta dierum eſt, ſed an
A currat à die ſententiæ, an verò à die appellationis, eſt cõtro-
uerſia inter Docto. Nam Hoſtien. *in cap. cordi, de appell. in 6.*
& Card. *in Clem. quamuis, nu. 5 eod. tit.* à die appellationis cur-
rere aſſerunt. Et hanc Hoſt. ſententiam in palatio ſeruãdam
eſſe dixit Rota, *deciſ. 5. aliàs 29.* fuit dubitatum de appell. in
nouis. Contrariam tamen ſententiam, quòd imò terminus
iſte currat à die ſententiæ, non autem à die appellationis,
magis communiter receptum eſſe poſt alios, quos recenſent
antiquiores, Guido Pap. *in tract. de appella. q. 27. ad med.* Myn-
ſinger. *obſeru. 36. incipiente, quando aliquis centur.* 4. Nicol. Gra-
uat. *& in addit. ad Veſtr. lib. 7. cap. 3. rubr. de appellatione, &c. nu.*
65. Michaël Craſſ. *in commun. opin. lib. 2. c. fin. q. 9.* Lancellot. *de
attentat. c. 13. nu. 3.* dummodò tamen appellans ſententiæ no-
titiam habuerit, aliàs non à die ſententiæ, ſed à die ſcientiæ
B terminus prædictus currere incipiat ex relatis per Veſtr. &
Craſſ. in *locis præallegatis.*

*Fam. Cent. I.V.D. Galeſij.*

## ORANI.

*Bononien. Attentatorum, Veneris* 10. *Nouembris* 1595.

### ARGVMENTVM.

Contumax quando dicatur verus, & quando fictus ad effectum, vt poſſit appellare, etiam poſt decem dies à die ſcientiæ: & interim attentata quando ſint reuocanda.

C

### SVMMARIA.

*Contumax fictus dicitur ille, qui citatus eſt ad ſententiam domi, dimiſſa copia, etiam ſtatuto ſic permittente citationem fieri poſſe, nu. 1. in princ.*

*Appellare quis poteſt etiam poſt decem dies à die habitæ notitiæ à ſentẽtia contra ipſum lata, quando fuit citatus domi dimiſſa copia, nu. 1. poſt principium, & in addit. lit. a, vbi de materia.*

*Appellare quis poteſt poſt decem dies à die ſcientiæ, quando eſt fictus contumax, etiam quòd citationis habuerit notitiam, & proteſtando comparuerit in iudicio, niſi etiam ſciuerit ſententiam fuiſſe latam, nu. 1. verſ. Vnde nihil.*

*Attentata, pendente termino ad appellandum, etiam poſt decem dies à die latæ ſententiæ, ſunt reuocanda ad fauorem ficti contumacis, nu. 2.*

D *Iudex à quo ſi ante exſequutionem ſuæ ſententiæ admiſit appellationem dando reuerentiales, dicitur abdicaſſe à ſe iuriſdictionẽ, & propterea non poteſt iſto caſu ad exſequutionem procedere, nu. 2. verſ. Maximè cum iudex.*

*Inhibitione iudicis ad quem pendente, nihil innouari poteſt à iudice à quo, nu. 2. in fine.*

*Citatio ad ſententiam, an ſufficiat, domi dimiſſa copia, vide in addit. litera. a.*

## DECISIO CIX.

LIcèt ſtatuto Bononienſi fuerit pro parte D. Aloyſij in 1
eo ſatisfactum, quo voluit, per binos nuncios citatio-
nem ad ſententiam domi dimiſſa copia fieri, nihilominùs
haud ampliùs operatur, quàm quòd ſententia in vim repe-
E titæ citationis lata valida ſit, non autem quòd D. Angelus
citatus propterea dicatur verus contumax & non fictus: ita
quòd non potuerit poſt decem dies appellare à die habitæ
ſcientiæ, ſententiæ latæ, Rot. *deciſ. 2. de dol. & cõtuma, in nou.* a
Vnde nihil etiam releuat, quòd Procurator D. Angeli ha-
buerit ſciẽtiam citationis, comparendo in iudicio & prote-
ſtando, quia ad effectum, vt non poſſit appellari à die ſcien-
tiæ, nõ ſufficit quòd habuerit ſcientiam citationis, niſi etiam
ſciuerit ſententiam fuiſſe latam, Felin. *in cap. quod an conſulta-
tionem, nu. 24. de re iudic.* Natt. *conſ 51. nu. 1.* cum relat. per Mo-
dern. *de attentat. 2. per cap. 12. limit. 50. nu. 158. & ſeq.*

Quare † Domini perſiſtendo in reſolutis dixerunt, im- 2
miſſionem in poſſeſſionem & ſequeſtrum in vim præfatæ
ſententiæ obtentum, non poſſe ab attentatis excuſari, Rot.
*deciſ. 51. de appellat. in nou.* Modern. *de attentat. d. c. 12. limitat.
50. n. 128.* Maximè cùm iudex à quo ante exſequutionem ad-
miſerit appellationem, dãdo Angelo reuerentiales, per quas

abdicauit

abdicauit à ſe iuriſdictionem. Ideóque non potuit procedere ad exſequutionem. Multò autem minùs, ſi liqueret, ſuperueniſſe inhibitionẽ iudicis, cui appellationis cauſſa fuerat commiſſa, Franc. *in c. dilectus, de appell.*

## *ADDITIO.*

a SCientiæ, Notabilis eſt iſta deciſio, volens tempus ad appellandum currere à die ſcientiæ, etiam quòd ſtatutum permittat citationem ad ſeṗtentiam fieri domi dimiſſa copia. Sic & idem crederem, quando eadem citatio domi dimiſſa copia ſufficeret de ſtylo & conſuetudine, prout hodiè ſufficere teſtãtur Mohed. *deciſo.*161. Put. *deciſ.*15. *de iudic.* Peregr. *deciſ.*51. *in manuſcript.*

Et quòd citatus domi poſſit à die notitiæ appellare, eò quia reputatur fictus contumax, & non verus, voluit etiam Rota, *deciſ.*2. *alias* 49. ſi feratur de dolo & cõtumacia in nouis, *& deciſ.*46. *aliàs* 500. ſi feratur de appel. in antiq. prout eas refert Lancellot. *de attentat. cap.*12. *limitat.*50. *nu.*143. *ad* idem vide Crot. *conſil.*7. Veſtr. *in Pract. lib.*7. *cap.*3. *nu.*21. Capic. *deciſ.*139. *per tot.* vbi de materia, Vant. *in tit. de nullit. ex defect. citationis, nu.*92 Peregrin. *deciſ.*31. *lib.*1. Cephal. *conſ.* 241. *num.*55. *& ſeqq.* vbi ampliat etiam, quòd fuerit actum manu Regia & ordine omiſſo.

*Fam. Cent. I.V.D. Galeſij.*

## ORANI.

*Romana Legatorum de ſtabilis Veneris 19. Ianuarij 1596.*

## ARGVMENTVM.

De fide & probatione libri mercatorum, & an & quando liber in vna partita mendax & falſus, in totum præſumatur falſus.

## *SVMMARIA.*

*Referenti creditur, quando de relato apparet, nu.*3. *ad fin.*

*Libro mercatoris regulariter contra tertium non ſtatur, niſi plures probabiles concurrant coniecturæ, nu.*1. *in fine, vt in addition. litera* a, *vbi alia de materia & fide libri mercatoris.*

*Scriptura imperfecta ſumit robur ab effectu ſubſequuto, nu.*2.

*Liber mercatoris in vna partita repertus falſus, operatur præſumptionem falſitatis in aliis partitis, nu.*3. *vbi declaratur.*

*Notarij falſi inſtrumenta confecta ante falſitatem commiſſam valent, & tenent, nu.*4. *& in addit. lit.* b.

*Liber priuatus facit plenam fidem contra ſcribentem & eius heredes, nu.*4. *& in addit. lit.* c, *vbi alia ad materiam, de fide & probatione libri priuati.*

*Copia partitarum alicuius libri extracta in vna cauſſa, faciunt fidem in alia, num.*5.

*Copia ſimplex bene probat contra recuſantem exhibere originale, num.*5.

*Legatum factum creditori ſuo quando cenſeatur factum animo compenſandi, nu.*6. *& in addit. lit.* d.

*Legatario ſtatim, mortuo teſtatore, acquiritur ius legati, nu.*7.

## DECISIO CX.

1 DVbitaui † in cauſſa Romana Legatorum DD. de Sabellis, præſuppoſito teſtamento quæſt. Cardinalis Sabelli filio debitorum per Comitem Nicolaum dato & iurato, & aliis hinc inde deductis: an eſſet ſtandum partitis relatiuis de quibus agitur, & an Comes teneretur excomputare ſummam ſcutorum 4529. contentorum in duabus partitis per D. Ducem productis cum precio vineæ & expenſis in ea factis, ac ſumma ſcutorum ſeptingentorum cenſus impoſiti ad fauorem Ragnutij Calui. Domini, quoad primam partem dubij, fuerunt in voto affirmatiuo, quia partitæ relatiuæ nedum verificantur ex nudo folio per Comitem exhibito, ſed ex calculo earum per computiſtam quæſt. Cardinalis ſubducto, & ſolutione ſequuta earum in vim mandatorum Comitis, tempore quo hereditatem adminiſtrauit: de partita enim Lucæ Betti vlteriùs non poteſt ambigi, cùm præuia citatione ex libris eius propriis fuerit extracta, & mandante Theſaurario Papę per ſolutionem exſtincta, vt nec de partita Lutagi, ex quo per libros ſuos iuſtificatur, reliquæ etiam, nempe heredum Adriani de Caualeriis, & Dominici Luparelli ex computis cum mandatis & quietantiis originalibus in Bancho Luraghi deprehenſis & in actis productis, ideóque cùm relatum iam fuerit repertum in conſequẽtiam referens cum eo plenè probat, Felin. *in c. quoniam* Abb. *circa finem, verſic. ſecundò limita, de offic. deleg.* Pariſ. *conſ.*33. *nu.*6. *lib.*1. Vnde etiamſi regulariter libro mercatoris [a] contra tertium non ſtetur, tamen hoc non habet locum, quando ex pluribus coniecturis probabilis redditur, Socin. *conſ.* 291. *nu.*14. *lib.*2. Aym. *conſ.*275. *num.*8. a

2 Proinde †, cùm in confeſſo ſit, apud partes bo. mem. Cardinalem ſuo teſtamẽto ordinaſſe, quòd debita Comitis ſoluerentur, & dubitari non poſſet, quin partitas heres vidiſſet, ac quòd Theſaurarius Lucæ Betti ſatisfieri iuſſerat, quódque partitæ omnes ſolutione fuerint ſublatæ, non dubium eſt, quin effectus ſubſequutus tribuerit robur ſcripturæ, etiã imperfectæ, Cyn. *inter conſil. Bald.*40. *colum. penult. lib.*4. Aym. *conſil.*101. *num.*4. *& conſil.*158. *nu.*1.

3 Fruſtrà † verò dicitur relatione libri Luraghi fidem non eſſe adhibendam tanquàm ſuſpectæ. Primò, quia ſcripſerit ſoluiſſe Lucæ de mandato Theſaurarij tanquàm creditori hereditario. Secundò, quia in cauſſa diſcuſſionis bonorum ſuorum repertum ſit, libros ſuos refertos mẽdaciis, ita quòd vna partita falſa operetur præſumptionem falſitatis aliorũ, iuxta trad. per Innocen. *in cap. fraternitatis, in princ. de hered.* Caſtren. *conſil.*31. *ſub num.*4. *verſic. nam ſicut, lib.*1. Pariſ. *conſil.* 40. *num.*4. *&* 26. *lib.*1. quia quoad primum fuit dictum, ex libro Lucæ Betti iam fuiſſe veritatem partitę detectam, Comitiſque debito adſcriptam, cuius quidem intentio non fuit alia, quàm vt ex ære hæreditario lucretur. Quoad ſecundum pariter reſponſum fuit, de alienis partitis non agi, ſed de iſtis, de quarum veritate etiam aliunde liquet, maximè cùm fuerint deſcriptæ longe ante Luraghi decoctionem. Pro quo facit quod dicitur de falſitate commiſſa à Notario [b], b per quam non infertur ad falſitatem inſtrumentorum anteà per eum confectorum, Butr. *in cap. fraternitatis, num.*6. Io. de Amic. *nu.*16. Socin. & Felin. *nu.*12. *de hered.*

4 Quantùm † verò ad ſecundam partem dubij, Domini tenuerunt, partitas, de quibus in ea, nullo modo excomputandas: quòd enim earum fuerit Comes creditor, apparet ex partitis deſcriptis in libro bon. mem. Cardinalis, in quibus deſcribitur creditor huius ſummæ pro tanto grano Abbatiæ Beneuenti per eum poſſeſſæ, & pro tanto vino vinearum aliàs per ipſum poſſeſſarum. Quæ quidem contra Cardinalem & ſuos heredes plenam fidem faciunt [c], Iaſ. *in repet. l. admonendi, num.*112. & ibi Rip. *nu.*19. *ff. de iureiuran. canoniſt. in c.*2. *de fide inſtrumentorum.* c

5 Nihil † etiam infert, quòd originales partitæ non exhibeãtur, quia ſufficit copia extracta ex ipſis libris in alia cauſſa, maximè cùm DD. de Sabellis illos exhibere recuſent, quia tunc ſtatur etiam ſimplici copiæ, Peregr. *deciſ.*160. *lib.*2.

6 Non † obſtat, quòd dicatur, Cardinalem Comiti legatum reliquiſſe animo cõpenſandi [d] cum huiuſmodi partitis, quia d verba legati; *Volemo ſoli paghino li ſuoi debiti*, repugnant huiuſmodi præſumptioni; neque enim legatum continet certam quantitatem, & verſamur in debito voluntario, in quo ceſſat præſumptio compenſationis, *l. cùm dotem, §. ſi pater*, & ibi Doct. *ff. ſolut. matrimo. auth. præterea, C. vnde vir & vxor.*

7 Idem † concludebant Domini, reſpectu partitæ pretij vineæ & terrarum, ſuper quibus cenſus impoſitus fuit ad fauorem Raynutij, quia cùm Comes tempore obitus teſtatoris eſſet debitor pretij vineæ & terrarum, ſtatim ius legati fuit, ſibi acquiſitum, *l. eam, quam, & ibi poſt. glo. Bart. & alij, C. de fideicommiſſ.* & ſic per venditionem vineæ & terrarum non poteſt dici legatum deſiiſſe deberi, vt bene hîc per informantes pro Comite, quorum reſponſiones placuerunt Dominis.

## *ADDITIONES.*

a MErcatoris. Veriſſima eſt concluſio, quòd liber mercatoris non probat contra tertium, ad cuius comprobationem

tionem vide etiam Negnſ. *in tract. de pignoribus, in 2. mem. 5. partis principalis, num. 47. in fine*, Menoch. *de arbitr. quæſt. lib. 2. caſ. 91 num. 25. & ſequentib.* & eſt ratio, quia libro mercatoris creditur tantùm in iis, quæ reſpiciunt cauſam mercaturæ ſecus in aliis, Aym. *conſil. 221. num. 12.* Ferrans Vaſq. *controuer. illuſtr. cap. 35. nu. 6.* Roland. *conſil. 92. nu. 8. & ſequentib. lib. 3* vbi exemplificat in eo, qui ſcripſit penes aliquem depoſuiſſe pecuniam, Menoch. *d. caſ. 91. nu. 22. & ſeqq.* Ioſeph. Ludou. *concl. 29. in fine principij, & verſ ſeptimò requiritur*, vbi ex hoc facit duas illationes, Mandel. *conſ. 95. lib. 1.* vbi etiam infert, quòd propterea non creditur libro mercatorum, in quo aſſeritur, aliquem fideiuſſiſſe pro principali debitore.

Et generaliter de fide & probatione libri mercatorũ vide Aym. *de antiquit. temp. ſect. viſo de verbis enunciatiuis, nu. 32. & ſequentib. & ſect. vidimus, & abundè & vtiliter, nu. 2. & plurib. ſequentib.* Marſil. *ſing. 458. incipiente, liber*, Doct. omnes *in l. admonendi, de iureiurand.* Catell. cotta *in ſuis memoralibus, in verbo, conſuetudo indiſcreta*, Cæpoll. *cautel. 79. & 177.* Socin. *reg. 215.* Mattheſ. *ſing. 51.* Iaſ. *in l. age, C. de tranſact.* Stracc. *in tract. de mercatur. par. 2. nu. 51. & plurib. ſeqq.* Ioſeph. Ludou. *d. concluſ. 29. per tot.* Roland. *d. conſil. 92. nu. 1 & ſeqq. lib. 3.* Viu. in *commun. opin. in verſ. ſtatutum iubens*, Ioan. Petr. Surd. *deciſ. Mantuan. 199. per tot.*

b *Notario.* Quamuis regula ſit, quòd Notarius de falſo cõdemnatus non poſſit in futurum poſt condemnationẽ ampliùs ſe de inſtrumentis rogare, ſecundùm communem, de qua per Alexand. *in l. ſi quis ex argentariis, §. cogentur, nu. 6.* & ibi etiam Alber. Ange. *nu. 2.* Paul. de Caſtr. *nu. 3.* & Iaſ. *nu. 12.* Bald. *in l. in exercendis, num. 21. verſic. ſed Barto. dicit, C. de fid. inſtrumentor.* Ioan. de Platea *in l. ſi aliquid, C. de ſuſceptoribus*, & Anchar. *lib. 10.* Paul. de Caſtr. *in conſil. 203. ſecundùm antiquam impreſſionem*, Ange. *de malef. in verbo, falſario, verſic. quæro aliquis Notarius, nu....* Innocent. *in cap. fraternitatis, nu. 1. in fine*, & ibi etiam Ioan. de Anan. *nu. 8. extra, de hæretic.* Clar. *in Pract. §. fin. quæſt. 73. verſicu. Notarius*, Maſcard. *de probat. lib. 2. concluſ. 1003. num. 45.* vbi ampliat etiam inſtrumentis ad pias cauſſas.

Non tamen falſa redduntur inſtrumenta ante condẽnationem rogata, & propterea non prohibetur illa publicare, vt per eundem Clar. *in loco præcitato*, & per Maſcard. *d. cõcluſ. 1003. d. nu. 45.*

c *Fidem faciunt.* Quòd liber tam mercatoris, quàm alterius cuiuſcanque priuatæ perſonæ, probet contra ſcribentem, adde Socin. *regul. 63. in 7. fallen.* Gabr. *titul. de confeſſ. concluſ. 1. nu. 55. & ſeq.* vbi declarat.

d *Compenſandi.* Iſta materia, an ſcilicet & quando legatum factum à debitore ſuo creditori cenſeatur factum in compenſationem ſui debiti, an verò illud debeatur vltra debitũ, requireret potiùs exactam & particularem quæſtionẽ, quàm ſimplicem additionem, ideò ſufficit pro nunc lectorem remittere ad iura & Doctores infraſcriptos, in quibus bene eadem materia pertractatur, & præcipuè ad text. *in l. ſi cum dotem, §. ſi pater, ff. ſolut. matrim. & in l. ſi ſeruum, ff. de action. empt. & in l. vnica §. ſciendum, C. de rei vxor. actio. & in l. creditorem ff. de legat. 2. & in l. pecuniæ, ff. de alimen. & cibar. lega. & in l. ſi compenſandi, C. de hæred. inſtituen. & in auth. præterea, C. vnde vir & vxor*, & ibi præſertim Iaſ. *nu. 18.* & Dec. *num. 11.* Socin. *in l. de die, §. tutor, nu. 3. ff. qui ſatiſdar. cogan.* Crem. *ſing. 3.* Paul. de Caſtr. *conſil. 83. part. 1.* Alex. *conſ. 12. num. 61. lib. 2.* Corn. *conſil. 210. num. 3. & conſil. 292. nu. 2. & conſil. 288. num. 9. & conſil. 257. 344. & 316. & lib. 1. & conſil. 258. nu. 2 lib. 3. & conſil. 115. nu. 2. & conſil. 230. nu. 3. & ſequentib. lib. 4.* Socin. iun. *conſil. 30. num. 17. part. 2.* Diaz, *reg. 171.* & 454 Mandell. *conſil. 2. nu. 14. & conſil. 7. num. 9. & conſil. 17. nu. 6. & ſequentibus & num. 78. lib 1.* Afflict. *deciſ. 44. per tot.* Dilect. *de art. teſtan. caut 5. in tit. de lega.* Couar. *in cap. officij, nu. 1. & ſequentibus in diſcurſu, extra, de teſtam.* Card Alban. *conſil. 6. nu. 1. & conſil. 9. nu. 1. & ſequentib.* Hier. de Monte *quæſtio. 3. & quæſt. 1. per totã, in diſcurſu*, Sebaſt. Med. *in tract. de compenſat. part. 1. quæſt. 31.* Bero. *quæſt. 62. num. 2. & 6.* Villalob. *in commun. opin. litera L, num. 42. & litera V, num. 96.* Soarez etiam *in commun. opin. litera L, num 34. & 35.* Roland. *conſil. 65. num. 18. & ſequentibus libro 2. & in tract. de lucro dotis, quæſt. 96.* Anchar. iun. *quæſtio. 91. num. 1. & ſequentibus part. 2.* Cephal. *conſil. 84. nu. 9. & ſeqq. lib. 1.* Peregr. *de fideicommiſſ. art. 33. num. 41. & ſeqq.* Mantic. *de coniectur. vltimar. voluntat. lib. 11. tit. 2. nu. 1. & ſeqq. per tot.* Simon. de Præt. *de interpretat. vltimar. voluntat. lib. 4. interpret. 1. dubit. 6. nu. 1. & pluribus ſequentibus* Honded. *conſil. 50. nu. 1. & ſeqq. lib. 2.*

*Fam. Cent. I. V. D. Galeſij.*

## CORDVRE.

*Taruſina prætenſæ ſimoniæ, 13. Maij 1596.*

## ARGVMENTVM.

Nobilis eſt deciſio in materia probationis ſimoniæ, quòd ſcilicet ea non probetur ex confeſſione aſſerti ſocij criminis: item nec per tentatam abſolutionem ſeu compoſitionem in dataria in præiudicium alterius: item nec per teſtes de publica voce & fama, ac de auditu ab eo, qui ſimoniam commiſiſſe fatetur: & generaliter quod nũquàm ſimonia dicatur probata, niſi etiam probetur præcedẽs pactio ſeu conuentio, cum nonnullis aliis notabilibus circa nullitatem ſententiæ, de quibus in ſummario.

## SVMMARIA.

*Accuſator in crimine ſimoniæ debet ſe ſubſcribere ad pœnam talionis, num. 1.*

*Sententia eſt nulla, quando fuit lata, non ſeruata forma commiſſionis, nu. 1.*

*Sententia data, prout in ſchedula ſuſtinetur & valet, quando in actis conſtat de ſchedula, aliter ſecus, nu. 2.*

*Sententia prima nulla confirmari non poteſt per ſecundam, etiam parte non opponente, quando nullitas primæ ſententiæ influit etiam in ſecunda, nu. 3.*

*Simonia probatur præſumptionibus, dummodò tamen ſint vehementes & reum de crimine conuincentes, etiam quòd ciuiliter agatur ad priuationem beneficij, nu. 4.*

*Simoniæ probatio debet eſſe plena & concludens, nu. 4.*

*Simonia non probatur per vnum teſtem de viſu cum præſumptione, num. 4.*

*Simoniæ præſumptiones ad hoc vt eam probent, debent eſſe euidentes, claræ, & ſimoniam neceſſariò concludẽtes, ita vt nihil aliud importare poſſint, nu. 4.*

*Simonia quoad reſignantem, non probatur ex confeſſione reſignatarij, nu. 5.*

*Confeſſio cedentis facta poſt ceſſionẽ non nocet ceſſionario, n. 5. in fi.*

*Socius criminis non eſt idoneus teſtis in materia ſimoniæ, nu. 6.*

*Teſtes de auditu ab eo, cui non creditur, nullam facit fidem, num. 6.*

*Simonia non probatur per teſtes deponentes de auditu ab eo, qui ſimoniam commiſit, nu. 6.*

*Simonia non probatur per confeſſionem ſocij criminis, præſertim emanata poſt litem cœptam, nu. 6. & 7.*

*Simoniæ crimen non probatur per teſtes deponentes de publica voce & fama, etiam quòd ciuiliter agatur, nu. 8.*

*Simonia non cenſetur probata, niſi aliqua præcedens pactio etiam probetur, num. 9.*

*Simonia non dicitur probata per tentatam abſolutionem ſeu compoſitionem in dataria, præſertim poſt motam litem, nu. 10.*

## DECISIO CXI.

IN † cauſſa Taruſina prætenſæ ſimoniæ cùm dubitarem, 1
an ſententiæ de partibus eſſent confirmandæ vel infirmandæ, Domini reſoluerunt, illas eſſe reuocandas, tum ex capite nullitatis, tum etiam iniuſtitiæ. Nullitas primò deducebatur reſpectu primæ ſententiæ, nam Papa mandauerat procedi, vt Ioannes Frãciſcus, qui accuſauerat, ſe in forma iuris inſcriberet, de qua inſcriptione adhuc non conſtat, & ſic ſententia fuit nulla, non ſeruata forma literarũ commiſſionis, *cap. cùm delicta, de reſcript.* vbi Felin. *numer. 6.* Rota *deciſ. 8. de dolo & contumac. in nouis*, Caputaquen. *deciſ. 111. num. 4. part. 1. & deciſ. 250. num. 4 part. 3.* Rot. *diuerſ. deciſ. 72. nu. 10. part 2.* Gabr. *conſil. 43. num. 39. lib. 1.* quod

præſertim

præſertim fieri debuit, ſtante proteſtatione per ipſum Proſperum Roberium in iudicio pluries & facta & repetita, reſpectu dictæ inſcriptionis & accuſationis. A

2 Secundò †, quia dicta ſententia fuit lata, prout in ſchedula, quæ nulla aderat tunc in actis, prout requirebatur, vt talis pronunciatio ſuſtineri poſſit, cùm reddatur certa per relationem ad acta, *l. ſi quis ad exhibendum, ff. de except. res iudicat.* Aym. *conſ.* 202. *num.* 17.

3 Quo † verò ad ſecundam ſententiam, eadem nullitas colligebatur, quia confirmauit primam, quæ cùm eſſet nulla per ſecundam confirmari non potuit, neque obſtabat, quòd prima ſententia nulla poſſit per ſecundam confirmari, parte non opponente, vt aliàs fuit dictum in illa Peruſina nullitatis, 16. Iunij 1593. coram Reuerendo Patre Domino meo Pegna, quia fuit reſponſum, id verum eſſe, vbi eadem nullitas in ſecunda ſententia non influeret, prout contigit in noſtro caſu reſpectu accuſationis & inſcriptionis, ad trad ita per Innocent. *in cap. 1. de cõfirmation. vtil. vel inutil.* Felin. *in c. ea quæ, num.* 2. *de re iudic.* Alexand. *in l. iudex poſtea quàm, num.* 23. *eodem tit.* & fuit dictum in illa auximana terrarum, 28. Octobris 1594. coram Reueren. P. D. meo Orano.

4 Quoad † caput iniuſtitiæ, ex probationibus deductis, Domini dixerunt, non probari ſimoniam; nam licèt ad illius probationem admittantur etiam præſumptiones, in odium & propter atrocitatem ipſius, *cap. ſicut,* vbi Innocent. & Abb. *de ſimon. conſil.* 122. *num.* 8. Bernard. Diaz. *in prax. cap.* 85. illæ tamen debent eſſe vehementes, & reum de crimine conuincentes, quamuis ciuiliter agatur ad priuationem beneficij; nam ſimoniæ plena & concludẽs debet eſſe probatio, Clar. *in §. ſimonia, num.* 12. & cauetur in conſtitutione Pij V. §. *& vt ſimoniæ, ad gl. in cap. veniens, el 1. verbo, illorum, de teſtib.* vbi Abb. *num.* 4. ſcripſit, non ſufficere vnum teſtem cum præſumptione. C Et fuit dictum in Tullen. Parochialis, 28. Maij 1593. coram R. P. D. meo Seraphino, quare coniecturæ debent eſſe euidentes & claræ, & ſimoniam neceſſariò concludentes, ita vt nihil alium importare poſſint, vt dicitur in dicta Tullen. & Felin. *in cap. ſuper his, num.* 17. *de accuſat.* & ſæpe Rota reſoluit, vt in Aretina confidentiæ, 23. Ianuarij 1595. coram Reuerend. P. Dom. meo Litra, & in Calaguritana confidentiæ, 21. Iunij 1593. coram R. P. D. meo Pamphilio, & in Cuſentina confidentiæ, 4. Februarij 1591. coram Reuer. P. D. meo Orano; & in Firmana Cappellaniæ, 7. Maij 1582. coram Sãctiſſimo, & latè fuit reſolutum coram Illuſtriſſimo Domin. Blanchetto 7. Februarij præteriti in cauſſa Romana ſeu Hiſpalen. prætenſæ ſimoniæ, quæ plures alias reſolutiones factas in Rota refert. D

5 Probationes † autem quæ deducebantur nihil concludunt. Nam primò illa, quæ colligebatur ex confeſſione Bernardi, cùm in præſenti ageretur de probanda ſimonia ad fauorem Franciſci Gandini, in præiudicium nõ tantùm ipſius Bernardi, qui beneficium, de quo agitur, per reſignationem in ipſius fauorem à Proſpero reſeruata ſibi penſione 200. ducatorum obtinebat, ſed etiam ipſius Proſperi, tum ratione dictæ penſionis, quæ data ſimonia ſuſtineri nequit, tum ratione regreſſus, quem idem Proſper prætendebat, & prætẽdit ob non factam publicationem ipſius reſignationis per Bernardum, ad cuius fauorem reſignauerat, iuxta conſtitutionem Gregorij XIII. & inde reſpectu intereſſe Proſperi non probatur ſimonia ex confeſſione Bernardi reſignatarij, cùm confeſſio confitenti ſolùm præiudicet & non tertiò, *ad libr.* 1. *& per tot. titul. C. & ff. res inter alios act. cap. per tuas, de probat. l. ſi pecuniam, C. de non num. pec.* E & ſicut confeſſio cepentis facta poſt ceſſionem non nocet ceſſionario, vt dicitur in illa Tullen. ſimiliter cõfeſſio reſignatarij poſt factam ſibi reſignationem non deberet obeſſe reſignanti, cui penreſeruata fuerat, cùm ad annullandum dictam penſionem ageretur.

6 Nec † talis confeſſio poteſt loco teſtis deſeruire, cùm ſocius criminis non ſit idoneus teſtis, præſertim in materia ſimoniæ, *cap. ſicut, el 1. de teſtib. gloſſ. verſic. confeſſio, in d. cap. veniens,* Caputaq. *deciſ.* 242. *num.* 1. *&* 2. *part.* 3. & fuit dictum in illa Tullen. Parochialis, & quemadmodum Bernardo non creditur, ita etiam non eſt credendum teſtibus, qui deponunt de auditu ab ipſo & Marco Antonio eius patruo, qui dicuntur crimen ſimoniæ commiſiſſe, *ad cap. licèt ex quadam, el 1. de teſtibus* textus, cùm ibi traditis *in* A *auth. ſi quis in aliquo, C. de fide inſtrumentum.*

Et † conſiderabant Domini, quòd iſta Bernardi cõfeſſio, 7 & dictæ depoſitiones percutiebant tempus, quo cœpta erat lis inter ipſum & Proſperum occaſione impetrationis per Proſperum factæ ob non publicationem, & ſic de tempore contractæ inter eos inimicitiæ, quod non modicam ſuſpicionem concluſionis inter Ioan. Franciſcum & Bernardum ex actitatis in dicto iudicio poterat cauſſare ad præiudicium Proſperi.

Minùs † probant teſtes de publica voce & fama, crimen 8 ſimoniæ, quando agitur ad effectum priuationis, etiamſi ciuiliter agatur, *gloſ. in d. cap. veniens,* & ibi Abb. *num.* 11. *lib.* 1.

Cùm † tamen ex depoſitione teſtium, de quibus in ſum- 9 mario, non probetur aliqua præcedens pactio, meritò non B poteſt dici probata ſimonia, cùm ſit neceſſaria ad illam conſtituendam, text. cum gloſſ. *in cap. tua nos, de ſimonia,* Dec. *nu.* 9. *in d. cap. veniens, de teſtib.* Put. *d. deciſ.* 171. *num.* 9. Mohed. *deciſ.* 1. *de ſimon.* & fuit dictum in dicta Firmana Capellaniæ, coram S. D. N. & in dicta Cuſentina confidentiæ, coram R. P. D. meo Orano, & latè diſcuſſum in illa Romana ſeu Hiſpalen. ſimoniæ, coram Illuſtriſſimo D. Blanchetto.

Scriptura † priuata Marci Antonij non fuit habita in cõ- 10 ſideratione, quia licèt tentauerit obtinere abſolutionem, non tamen probat ſimoniam in caput alterius: ſicut etiam compoſitio facta à Bernardo cum dataria, Proſpero obeſſe non debet, præſertim cùm dicatur facta poſt motam litem ſuper crimine ſimoniæ ex pluribus per Dominos conſideratis in illa Tullen. Parochalis.

C

PEGNÆ.

*Tullen. Monaſterij, die 17. Maij 1597.*

ARGVMENTVM.

De clerico beneficiato, an & quando beneficio priuetur ob non promotionem ad ſacros ordines, & an ipſo iure, an verò præcedente monitione.

*SVMMARIA.*

*Clerici beneficiati priuantur beneficio, ſi non faciunt ſe promoueri ad ſacros ordines, num. 1. & 2. vbi allegantur iura, quibus hæc concluſio probatur.* D

*Clericus non priuatur beneficio ipſo iure ob non promotionem ad ſacros ordines, ſed eſt neceſſaria præcedens monitio, num. 3. & ſeqq. & per tot deciſ. vbi bene declaratur materia.*

*Cap. 1. de ætat. & qualitat. intellectus, num. 3.*

*Cap. cùm in cunctis, §. inferiora, de elect. intellectus, num. 4.*

*Cap. licèt canon, de elect. in 6. intellectus, num. 5. & 6.*

*Clementina, ne in agro, §. ceterùm, de ſtatu monach. intellectus, num. 7.*

*Curati & rectores actu curam Eccleſiarum Parochialium adminiſtrantes, priuantur Parochia & Rectoria, ſi non faciunt ſe promoueri ad ſacros ordines, num. 5.*

*Prælati Eccleſiarum collegiatarum non exercentes curam per ſe ipſos, non priuantur beneficio, ob non promotionem ad ſacros ordines, num. 6.*

*Prior conuentualis habens curam animarum & perſonarum, priuatur cura & dignitate, ob non promotionem ad ſacros ordines, num. 7. & 8.* E

*Diſponens ſi aliquid voluiſſet, expreſſiſſet; non expreſſit; ergo noluit, num. 8.*

*Pœnalia non ſunt extendenda de perſona vnius qualitatis ad perſonam diuerſæ qualitatis, num. 8. in fin.*

*Pœna priuationis non habet locum, niſi in caſibus à iure expreſſis, num. 8 in fin.*

*Abbas, qui actu exercet curam monachorum, priuatur Abbatia ob non promotionem ad ſacros ordines, ſecus ſi talem curam non habet, num. 9. & omnibus ſeqq. in diſcurſu.*

*Diſpoſitio pœnalis qualificata non habet locum deficiente qualitate, num. 10. in fin.*

*Parochialitas non concluditur ex perceptione decimarum, tanquàm ſigno æquiuoco, num. 13.*

*Clericus*

*Clericus non priuatur beneficio ob non promotionem ad ſacros ordines, quando fuit monitus lite pendente, quo tempore ad illos ſuſcipiendos cogi non poterat, num. 15.*

## DECISIO CXII.

1 POſt † dubium die 27. Ianuarij proximè præteriti diſputatum ſuper concubinatu Abbati Nicolao oppoſito, & ad illius fauorem negatiuè deciſo, conſequenter in hac propoſitione quæſiui ſuper alio articulo a Rota etiam præſcripto: an idem Abbas ob nō promotionem ad ſacros ordines eſſet ipſo iure Abbatia priuatus, aut ſaltem per ſententiam veniret priuandus.

2 Et † Domini vtraque parte informante, neque ipſo iure fuiſſe priuatum, nec venire priuandum, cenſuerunt. Nam ex iuribus, quibus id ſuaderi poſſe videbatur, nempe *cap. 1. de ætat. & qualit. cap. cùm in cunctis, §. inferiora, de elect. cap. licèt canon, eod. tit. lib. 6. clement. ne in agro, § ceterùm, de ſtatu monachorum,* non poterat id legitimè concludi.

3 Quoniam † *c. 1. de ætat. & qualitat.* non inducit priuationem ipſo iure: procedit iuxta terminos, *cap. cùm in cunctis, §. inferiora, de elect.* nempe in priuatione per ſententiam, monitione tamen præcedente, gloſſ. *in d. cap. 1. in verbo, fiant, & in §. inferiora, in verbo, canonibus,* vbi Anton. de Butrio *n. 6.* Rota *dec. 3. de pœnis, in antiquis,* Gemin. *conſil* 131. *nu. 1. & ſeq.* & Federicus de Senis *conſi. 28. incipient. caſus.*

4 Cap. † *cùm in cunctis, §. inferiora,* licèt comprehendat Abbates, vt notauit Panormitanus *in dicto §. inferiora, nu. 3.* non tamen operatur priuationem ipſo iure, nec per ſententiam ſine præuia Epiſcopi monitione, *d. §. inferiora,* Rebuff. *in praxi benefic. tit. de non promotis infra annum, nu. 25.*

5 Cap. † *licèt Canon,* ſtrictè procedit in Eccleſiis Parochialibus, & earum citatis ſeu Rectoribus actu curam adminiſtrantibus, de quibus loquitur *in d. §. inferiora, gloſſ. in d. cap. licèt canon, in verbo, Parochialib.* Gemin. *d. conſ. 131. n. 1. & ſequēt.* Rota *d. deciſione 3. de pœnis, in antiq.* Ioannes Andreas *in cap. ſtatutum, nu. 2. circa medium, de elect. lib. 6.* latè Rebuff. *in prax. dicto tit. de non promotis infra annum, nu. 21. 27. & 60.*

6 Rurſus † cap. *licèt canon,* non habere locum in prælatis collegiatarum, declarat *c. ſtatutum, eod. tit. de elect. lib. 6.* neque in illis, qui non exercent curam per ſe ipſos, docent ibidē * communiter Canoniſtæ & Vitalinus *in clem. 1. nu. 27. de offic. vicarij, & in clem. ne in agro, §. ceterùm, nu. 37.*

7 Omnis † ergo difficultas verſabatur circa intellectū dictæ Clementinæ *in agro, §. ceterùm,* quam ideò huic Abbati Nicolao nō obſtare pronunciatum, quia illius diſpoſitionem locum habere ſolùm in Priori conuentuali, habēte curam animarum & perſonarum tam in foro pœnitentiali, quàm iudiciali, non autem in Abbate, præſertim commendatario, cuius perſona remanet ſub diſpoſitione *d. §. inferiora,* cenſuerunt Feder. de Senis, *conſ. 25. nu. 2.* Rebuff. *præcitato loco, nu. 21. & 22.*

8 Cui † intellectui ſuffragabatur ſeries verborum dictæ Clementinæ, quæ multis in locis tā ante, quàm poſt dictum §, *ceterùm,* quando voluit comprehendere Abbates illos, explicitè nominauit, vt *in §. rurſus, & §. ſequent. & in §. ſi quis, & in §. ad ampliationem,* at *in §. ceterùm,* omiſſa mentione de Abbate, Priorem tantùm expreſſit: ergo ibi de Abbate diſponere noluit, quia ſi voluiſſet, ſimiliter expreſſiſſet. Alexand. *conſi. 38. nu. 8. lib. 6.* Gabriel. *conſilio 97. nu. 28. lib. 1.* & cùm agatur de pœnalibus, nō eſt facienda extenſio de perſona vnius qualitatis ad aliam habentem diuerſam qualitatem, nec eſt imponenda pœna priuationis, niſi in caſibus à iure expreſſis, gloſſ. communiter * recepta *in cap. fin.* vbi Abbas de iure patronatus, latè Tiraquellus *in l. ſi vnquàm, in verbo, reuertatur, nu. 248. & ſeq. Cod. de reuocan. donat.* Alexan. *conſil. 103. nu. 15. lib. 2.*

9 Præterea † aliqui ex Dominis dicebant, quòd quāuis diſpoſitio *d. §. ceterùm,* haberet etiam locum in Abbate, ſecus ipſi locum habere opinabantur: intelligenda tamen erat de illo Abbate, qui actu exercet curam Monachorum, vt inibi tradunt Imol. *nu. 34.* Vital. *nu. 37.* & Rebuff. *in prædicto tit. de non promotis intra annum, nu. 6. verſ. ſi tamen.*

10 Vnde † cùm Abbas Nicolaus non haberet curā Conuentus, nec Monachorum, quæ non reſidet penes Commendatarium clericum ſecularem non habitantem intra clauſtra conuentus, ſed extra in propriis domibus, ſed tota eſt penes Priorem conuentualem, qui habet curam conuentus & Monachorum, & exercitium iſtius curæ, cuius ratione requiritur actualis promotio ad ordines ſacros. Ideò deficiente in perſona Domini Nicolai iſta qualitate à Clemētina requiſita, neceſſario etiam deficiebat diſpoſitio pœnalis, qua veniret plectendus, ſi illa qualitas ſibi competiiſſet.

11 Rurſus † non poterat prætendi neceſſaria promotio ratione curæ animarum ipſarum Parochianorum: quia licèt Abbas præſentaret Rectorem ſecularem ad Altare S. Petri, habentem curam animarum, non tamen inde inferebatur, curam ſpectare ad Abbatem: nam ex ſerie facti patebat, iſtā curam ſecularē olim fuiſſe in Eccleſia ſancti Petri, quæ fuerat diruta & tranſlata ad Eccleſiam ſancti Manſueti, ad Altare ſancti Petri, quod in titulum presbytero ſeculari conferri conſueuit, qui cum nomine proprio non Abbatis curam exerceat, ille non Abbas ex decreto Canonum promoueri tenebitur.

12 Poſtremò † omnes Domini vno conſenſu cenſuerunt, iſtam Abbatiam non videri talem, vt neceſſariò requireret promotionem, cum anno 1542. Auctoritate Apoſtolica ex certa ſcientia fuiſſet commendata huic Nicolao in 12. ſuæ ætatis anno conſtituto, per reſignationem Diaconi Cardinalis Ioannis à Lotharingia, tunc non presbyteri, vt apparebat ex ſerie prouiſionis, & tamen de nullius diſpenſatione conſtabat.

13 Nec † obſtabat, quòd Abbas perciperet decimas, quia ex perceptione decimarum, tanquàm ex ſigno æquiuoco, non concluditur Parochialitas, Ancharan. *conſ. 162. num. 4. verſic. non obſtante allegata,* Anton. de Butr. *in c. quia nonnulli, nu. 10.* vbi * communiter Canoniſtæ *de cler. non reſiden.* ſed neque alia ſigna Parochialitatis die 20. Maij, anno 1577. coram bonæ memor. Cantucio.

14 Cùm † itaque ex prædictis conſtaret, Abbatem non teneri ad ſuſceptionem ſacrorum ordinum, nō erat locus iuribus ipſo iure inducentibus priuationem.

15 Sed † neque veniebat priuandus, quia non fuerat monitus, niſi pendente lite, quo tempore ad ordines ſuſcipiendos cogi non poterat, *cap. commiſſa, de elect. lib. 6.* Bellam. *deciſ. 83. num. 1.* Rebuff. *d. tit. de non promotis infra annum, nu. 41.*

## CORDVBE.

*Romana Cenſus, 21. Aprilis 1597.*

## ARGVMENTVM.

Apoſtilla in apocha adiecta inter lineas, & non in margine per remiſſam cum ſubſcriptione eius, cuius intereſt, non cenſetur approbata per ſe ſubſcribentem in ipſa apocha. Inſtrumentum ab vno Notario rogatum, non probat coram Notario cauſſæ, niſi producatur, & apocha cum obligatione Camerali non tribuit iuriſdictionem A. C. niſi recognoſcatur.

## *SVMMARIA.*

*Inſtrumentum rogatum ab vno Notario A. C. non probat coram alio Notario, vbi vertitur lis, niſi parte citata illud producatur coram Notario cauſſæ, nu. 1.*

*Apocha continens Cameralem obligationem nō facit fidē, nec tribuit iuriſdictionem, niſi recognoſcatur, nu. 2.*

*Apoſtilla adiecta in apocha inter lineas, & non in margine per remiſſam, non cenſetur approbata per ſe ſubſcribentem in calice ipſius apochæ, nu. 2.*

*Apocha ſcripta manu eius, cuius vtilitatem reſpicit, probat, cōtra ſe ſubſcribentem in ea, dummodò non adſit aliqua apoſtilla inter lineam & lineam, nu. 2.*

*Falſitas non præſumitur ex eo, quòd apocha ſcripta ſit manu illius, cuius vtilitatem reſpicit, dummodò ſit ſubſcripta à debitore, & dummodò in ea non adſit aliqua apoſtilla inter lineam & lineam, num. 2.*

*Fideiuſſor*

*Fideiuſſor cenſus cenſetur liberatus ipſo cenſu exſtincto, num. 3.*

*Sententias & res iudicatas extra Rotam latas, Rota exſequi non ſolet, niſi conſtito de bono iure, num. 4.*

## DECISIO CXIII.

1 CONtra † mandatum relaxatum per A. C. contra D. Comitem Alexandrum Santinellum multa opponebantur. Et primò, quòd illud non erat iuſtificatum ex actis prioris inſtantiæ, vbi fuerat relaxatum pro certa ſumma vigore apochæ, in qua ſolum promittebatur liberatio à medietate cenſus Dominorum de Ferris, & tamen nihil erat liquidatum, nec exhibitum inſtrumentum cenſus, & Iacobus vnus ex correis debendis oppoſuerat, non apparere de certa ſumma, & nihil fieri niſi viſis iuribus & ſeruatis ſeruandis. Nec ſuffragabatur, quòd inſtrumentum cenſus eſſet penes acta alterius Notarij eiuſdem tribunalis: nam hoc non ſufficit, niſi inſtrumentum producatur parte citata ad dicendum contra in officio illius Notarij, qui eſt actuarius cauſſæ, Bart. *in extrauag. ad reprimendum, verſic. de pleno, nu. 3.* Roman. *conſil. 156. num. 3. & conſil. 519. per tot.* Couarr. *variar. reſolut. lib. 1. cap. 1. num. 5.* Et fuit reſolutum coram R. P. D. meo Decano 25. Nouembris 1578. in vna Bononien. de Budriolis, & in alia Romana cenſus de Cæſarinis, 4. Decembris 1595. coram R. P. D. meo Pamphilio.

2 Secundò † obiiciebatur, dictam apocham non fuiſſe recognitam, à qua pendebat fundamentum iuriſdictionis A. C. Galeſ. *ad form. Cam. oblig. de quæſt. poſt proceſ. incident. num. 2.* & quòd fuerat mandatum relaxatum contra D. Comitem, tanquam contra in ſolidum obligatum, & tamen verbum, *in ſolidum*, reperiebatur ſcriptum & adiectum inter lineas, & non per remiſſam approbatam, & inde tanquam extra corpus apochæ non reperiebat robur à ſubſcriptione Comitis Alexandri, *in §. oportet, in authent. fide inſtrum.* Felin. *in cap. ex literis, num. 10. verſi. quinta declaratione, eod. tit.* Menoch. *de arbitr. lib. 2. cent. 2. caſu 187. num.* 40. Et fuit dictum coram me in vna Toletana primitiarum, 17. Maij 1595. & maximè, quia adiectum manu Iacobili, qui apocham ſcripſerat, & cuius intererat, quòd obligarentur in ſolidum propter ſuam præcedentem obligationem erga D. Andream Bellium, quòd in ſolidum releuaretur indemnis ab omnibus ſociis.

3 Tertiò † opponebatur exceptio ſolutionis ex eo, quòd medietatem cenſus accollauit ſibi Comes Raynutius Baſchius inſtrumento concordiæ celebrato 20. Maij 1589. & alteram medietatem Reuerend. Cuſentinus fideiuſſor exſtinxerat, & inde D. Andreas remanſit liberatus ab obligatione facta exſtinguendi cenſum ad fauorem Dominorum de Ferris. Et licèt in emptione Fantinus obtinuerit ceſſionem à Ferris, non ideò minùs dicitur liberatus Bilius, ad cuius fauorem erat ipſe Fantinus pro exſtinctione obligatus.

4 Ex † quibus, cùm res valdè dubia videretur, & multa hinc inde allegarentur particulari inſpectione diſcutienda, placuit Dominis ſuperſedendum eſſe in executione, cùm Rota non ſoleat exſequi ſententias extra tribunal latas, niſi conſtito de bono iure.

### LITTÆ.

*Romana incendij, Lunæ 28. Aprilis 1597.*

### ARGVMENTVM.

Dominus tenetur de incendio illato à ſuis famulis & miniſtris, quando in eorum electione eſt in aliqua culpa, ſecus ſi non eſt in culpa.

### *SVMMARIA.*

*Conductor tenetur proprio nomine ex facto & incendio ſuorum liberorum, & eorum quos induxit in domo conducta, ſi modò fuerit in aliqua culpa eos inducendo, aliter ſecus, num. 1.*

*Dominus tenetur pro incendio ſuorum famulorum culpa cauſſato, quando & is eſt in culpa in eorum electione, quia putà eſſent homines improbi & ſceleſti, aut aliàs imperiti & ignari, ſecus ſi non erant tales, in addit. litera a.*

A *Incendium non præſumitur ortum culpa illius famuli, qui probatur diligentiſſimus, num. 1. ad med. & in addit. litera b, vbi generaliter, quòd diligentia in custodiendo ignem excludit incendij præſumptam culpam.*

*Regulariter in rebus humanis ſolùm ſpectari debet, quod principaliter agitur, non autem quod in conſequentiam, num. 1. poſt med.*

*Incendium immiſſum ab inimicis alicuius famuli ſeu miniſtri conductoris, non facit teneri dominum, qui talem inimicitiam ignorabat, num. 1. ante fin. & in addit. litera c, vbi alia ad materiam incendij propter inimicitiam immiſſi.*

*Dominus regulariter non tenetur pro incendio & delicto ſeruorum, quando is aliquo modo ipſius incendij & delicti particeps ſeu conſcius non eſt, num. 1. in fin. & in addit. litera d.*

B

## DECISIO CXIV.

DOmini † dixerunt, ſtandum eſſe in deciſis rationibus, 1 de quibus in ea, & ad illud, quod contra eandem deciſionem deducebatur, *l. qui inſulam, §. colonus, ff. locati, & l. videamus, eod. tit.* fuit reſponſum tolli ex rationibus expreſſis in ipſa deciſione. Quibus non obſtare dixerunt notata per Bart. Fulgoſ. & alios *in d. l. videamus*, dum volunt conductorem teneri proprio nomine ex facto ſuorum liberorum & eorum, quos conductor induxit in domo à ſe conducta, ſi modò fuit in culpa [a] eos inducendo, quia cùm nulla culpa poſſit hoc in caſu Iunctæ imputari circa inductionem Præſtini in dicta domo, nó reſpectu eius, cuius cauſſa principaliter fuit inductus, vt ſcilicet venditioni librorum incumberet, cùm peritiſſimus in dicta arte eſſet & diligen- C tiſſimus [b], non denique reſpectu cuſtodiæ domus, quæ in conſequentiam quodammodò veniebat dicti negotij, tum quia in rebus humanis, quod principaliter agitur, ſolum ſpectari debet, *l. ſi quis nec cauſſam*, vbi omnes hoc notant, *ff. ſi cert. petat.* Creſcen. *deciſ. 14. num. 2. de renunciat. in impreſſ.* tum etiam, quia cùm Præſtinus de tempore ſuæ electionis non eſſet diffamatus pro incendiario, ſeu pro homine malæ vitæ & conuerſationis, & vlteriùs inimicitia [c], propter quam conſtat incendium hoc fuiſſe commiſſum, ſuperuenerit ex poſt, nec de ea habuerit ſcientiam, iuncta non poſſunt propterea prædicta applicari ad hunc caſum, & certè nimis durum eſſet, quòd dominus teneretur pro delicto [d] ſeruorum, vbi ipſe aliàs non ſit in culpa, aut aliquo modo particeps ſeu conſcius dicti delicti, ad notata per Doctores *in l. non debet, ff. de reg. iur.* & per Cephal. *conſi. 362. nu. 30. lib. 3.* D

### *ADDITIONES.*

a CVlpa. Quando conſtat, dominum eſſe in aliqua culpa præcedente incendium, quamuis illud fuerit cauſſatum poſteriori culpa ipſius famuli, tunc quòd dominus teneatur de dicto incendio, etiam quòd famulus culpam non commiſerit in ſuo officio, in ſpecie conſuluit Alex. Trentacin. *in ſuo conſil. poſt opin. Viuij 439. num. 31. verſic. ſed ſecus eſt, & num. 32. verſic. ſecus verò eſt.*

Et in propoſito ſatis in culpa dicitur dominus ſeu paterfamilias, quando conducit in ſuam domum aliquem famulum, quem ſcit eſſe periculoſum, ebrioſum, improbum ſeu facinoroſum, per ea quæ generaliter dixit dominus meus Farinac. *in ſua pract. crimin. quæſt. 24. num. 91.* & in ſpecie E in materia incendij ſcripſerunt Marian. Socin. *in cap. ſi quis domum, num. 46. in princ. & in verſic. quod tamen ego limito, de iniur. & dam. dat.* Cæpoll. *conſil. 69. num. 5. verſic. & ex prædictis,* Iodoc. *in pract. crimin. cap. 104. rubr. de ſpontaneo incendio, num. 7.* Ioſeph. Ludou. *deciſ. Peruſin. 25. num. 18. verſicu. vel niſi eſſent ſerui nequam, part. 1.* Cephal. *conſil. 362. num. 5. & ſeqq.* Menoch. *conſil. 53. num. 8 & num. 160. in princip. & in verſic. non obſtat quartum*, vbi declarat, non ſufficere iſto caſu famulos eſſe vilis conditionis & famæ, niſi etiam ſint improbi & facinoroſi.

b *Diligentiſſimus.* Omnis in domino excluditur culpa, quãdo conducit famulum communiter habitum & reputatum pro fidele & diligente, tunc enim in materia incendij Dominus pro eo non tenetur, etiam quòd culpam commiſerit in officio per dominum deſtinato, ſecundùm Marian. Soci. *in d. cap. ſi quis domum, nu. 45. verſic. quod ego limito, de iniuriis & damno dat.* Cæpol. *conſil. 69. num. 5. verſi. & ita debet intelligi,* Carauit. *conſil. crimin. diuerſor. 116. num. 1. & ſeqq.* vbi pluribus hanc declarationem comprobat, Cephal. *conſi. 362. poſt num. 21.*

*num.21.lib.3.*Magon.*deciſ.Florent.111.num.33.*Vincent.Caroc. *de loca.& conduct.part.4.rubr.de incend.num.28.& num.40.*

Et regulare eſt in hac incendij materia,quòd ex probatione diligentiæ, excluditur præſumptio culpæ, prout eſt textus *in l.ſi vendita ff.de peric. & commod. rei vendit.* & ibi Alber.*num.1.*& Salicet.*etiam num.1.verſic.tertiò,quòd probata diligentia*,Pariſ.*in addit.ad Bart. in l.1.num.1. litera B, verſic. imò quòd ſi probaretur,ff.de offic.præfect. vigil.* Alex. *in l.ſi quis ex argentariis, §.prætor ait,num.9.ff.de edend.*& ibi etiam Iacobin.*de ſancto Georg.num.16. verſic. vnum non omitto*, addentes ad Salicet. *in l.quæ fortuitis,num.10. litera A,in fin.verſic. item adde,C.de pignor.action.*idem Alexand.*in l.domos,nu.6.ff. de legat.1.*& ibi etiam Iaſ.*num 8.verſic. vnde alibi,& num.10. verſic. & adde*, vbi dicit,ita aliàs in contingentia facti conſuluiſſe & obtinuiſſe in ciuitate Cremonæ,Crot.*in repetit. l.4.§.Cato,num.76.ff.de verb.obligat.* Bald.*conſil.442. quidam magiſter,in fin.lib.1.& conſil.442.quidam nomine Rectorus,poſt num.2.lib.3.*Gozzardin.*conſil.63. num.15.* Alexand. *conſil.50. num.4.verſic.ſecundus eſt caſus*,vbi ponit exemplum diligentiæ & vigilantiæ habitatoris,*& nu.12.in fin.verſic.non omitto.lib.1.*Alexand.de Neuo *conſil.87.ante num.1.verſi.modò*,vbi Cæpoll. *conſil.69.num.4.& num.5.verſic. & ideò ſi conductor*, Petrus Calephat. *conſil.crimin.diuerſor.58.num.23.lib.2.* Cæſ. Vrſil.*in addit.ad Afflict.deciſ.57.num 3.& num.6.in fin.*Socin. *regul.178.in 2.fallent.*Fab.à Monteleone *in pract.arbitr.par.4. fol.266.num.799.in fin.verſic.vnum autem*,Pariſ.*conſil.87.num. 10.in fin.lib.4.*Berber. *in pract.rubr.de incendiar. cap.22. nu.3. verſic.vltra tamen, part.1.* Angel.*de maleſic.in verbo, incendiario, poſt nu.12.verſic. & ſi conſtat*,& ibi Auguſt.*in addit.nu.13.* Franc.Turzan.*quæſt.185.num.17.*Marſil.*ſingul.393.verſic.ſcias tamen,& conſil.77. num.13.* Grammat.*deciſ.3.num.13.* Franc. Marc.*deciſ.521.num.2.verſic.& ad probandum culpam adfuiſſe, part.2.*Franc.Trigon.*ſingul.57.num.5.*Andreas Gail.*obſeru. 21.nu.3.in fin.verſic.*& hæc maximè procedunt,*lib.2.* Pract. Corrad. *rubric.de incendiar.num.15.in 2.limitat.* Menoch. *de arbitrar.quæſt.lib.2.caſu 390.num.*18. Burſat. *conſil.59.num.7.* Roland.*conſil.95.num.15.in fin.lib.2.*Gerard.Mazzol.*conſi.85. num.43.*Hippol.Rimin.*conſil.373.num.12.* Menoch.*conſil.53. num.24.lib.1.*Hieronym.Gabriel.*conſil.159.nu.4.in fin. & ſeq. lib.1.& d.conſi.159.num.8.verſic.his ita cognitis,& num.24.ante fin.verſic.nec refert,lib.*1.Maſcard.*de probatio.lib.1.concluſ.467. num.20.& lib.2.concluſ.892. num.19.* Sebaſt.Medic. *de caſibus fortuitis,part.2.quæſt.7.num.4.*Magon.*deciſ.Florent.*111.*nu.27. in fin.& ſeq.*Rauden.*deciſ.Piſan.6.num.24.part.1.*

c *Inimicitia.* Quando domus fuit combuſta ab inimicis conductoris & habitatoris propter odium,quo ipſum proſequebantur, & tunc ipſe conductor tenetur domino domus damnum ex incendio illatum reſarcire,ſecundùm Salic.*in l.ſi vendita,num.6.poſt med.verſi.vel ſi poſt conductionem, ff.de peric. & commod. rei venditæ*, facit text. & ibi hoc præcipuè notant Bart. & Alb. *in l.ſi merces, §.culpæ,ff.locat.* qui text. licèt loquatur in inciſione arborum facta ab inimico conductorum alicuius agri,idem tamen iuris eſt in incendio immiſſo,Iodoc.*in pract.crimin.cap.104.rubric. de ſpontan. incendio,num.*10. Bonifac.de Vitalin.*in tit.de incendiar.nu.2. & 3.* vbi arguit pro & contra, & poſteà hanc opinionem ſibi veriorem videri teſtatur Maſcard.*de probat.lib.2.concluſ. 892 num.16.& concluſ.993.num.7.*Vincent.Caroc. *in tract. de locat.& conduct.part.4.rubr. de incend. num.25.* Polid.Rip. *de noctur.temp.cap.27.num.33.& 34.*

Idem econtrà, ſi conductoris domus fuit combuſta ab inimicis locatoris,tenebitur idem locator ad omnia damna & intereſſe paſſa per ipſum cõductorem occaſione incendij prædicti,ſecundùm Salic.*in d.l.ſi vendita,num.6.poſt med. verſic.vel ſi poſt conductionem,ff.de peric.& commod.rei vendit.* Maſcard. *de probat.lib.2. concluſ.892. num.22. & num.24.* vbi ampliùs quòd in dubio incendium præſumetur proueniſſe potiùs ab inimicis locatoris,quàm conductoris; ſed in hoc contrarium, quòd imò præſumatur incendium immiſſum odio inhabitantium, voluit Polidor. Rip. *de noctur.temper. cap.27 num.34.35.& 36.* vbi præſertim, ſi proceſſerit fama inimicitiæ cum habitante.

d *Seruorum.* Quòd regulariter dominus non teneatur pro incendio ſuorum ſeruorum & de familia,eſt text.*in l.ſi vendita ff.de peric.& commod.rei vendit.*vbi Salic.*in ſum.& nu.2. ad med.verſic.ſi familiaris*,ita communiter * teneri teſtatur, & ex hac concluſione bene infert & exemplificat idem Salicet.*in l quæ fortuitis, poſt nu.7.verſic.ſi familiaris,C.de pignor. act.*vbi etiam de communi * Marian.Socin.*in cap.ſi quis domum,nu.45.in fin.de iniur.& dam.dat.*Curt.iun.*in l.dominus horreorum,nu.10.poſt med.verſic.præterea non ſequitur,ff.locati*, Anan.*conſil.71. num.3.* qui negat,ſocerum teneri pro nuru, cuius culpa leui domus fuit combuſta,Calcan.*conſil.40.col. 2.verſicu.quandoque conſtat, vbi gloſ. in l.ne quid,in princ.ff.de incen.ruin.& naufrag.* Contrarium tenens communiter reprobatur Alexand.de Neuo *conſil.88.num.6.*Cæpol.*conſil.69. num.5.in princ.& in fin.Salic.conſil.crimin.diuerſor.31.num.2.in fin.& nu.3.in princ.& ante fin.verſic.& ſi conſtat,lib.1.in princ.* Afflict.*deciſ.57.num.5.& num.6.verſic.& quod de incendio*, & ibi Vrſil.*in addit.num.9.*& ibi etiam Grammat.*litera A,in fi. verſicu.& ideò ſi Regacius*, Pariſ.*conſil.82. num.6.& num.9.& num.17.lib.4.* vbi etiam quòd dominus non tenetur pro ſua vxore, Angel. *de maleſic.in verbo, incendiario, num.11.* Franc. Turzan.*quæſt.185.poſt num.5. & num....* Franc.Marc. *deciſ. 521.num.4.part.2.*Andr.Gayl.*obſeruat.21.poſt num.6.lib.2.* vbi teſtatur de communi opinione, Menoch.*de arbitr.quæſt.lib. 2.caſu 390.num.19. & ſeqq.* Ioſeph.Ludouic. *deciſ.Peruſ.25. num.18.part.1.*Cephal.*conſil.362.nu.26.& ſeqq.* Burſat.*conſil. 59.poſt num.18.& ſeqq.*Roland.*conſil.98.num.4.12.& ſeq. iuncto num.26.in fin.verſic.tertiò non obſtat,lib.2.* Gerard.Mazzol. *conſil.85.num.22.& ſeqq.*Bero.*conſi.215.poſt num.6 lib.3.*Alex. Trentacin.*in ſuo conſil.poſt opin. Viuij 439.num.32.* Menoch. *conſil.53. num.1. & omnibus ſeqq.* vbi propoſitis & reſolutis contrariis rationibus & argumentis, hanc concluſionem latiſſimè comprobat.Maſcard.*de probation.lib.2. concluſ.892. num.10.& ſeq.& concluſ.993.num.9.*Magon.*deciſ.Florent.*111. *num.34.& 36.*Vincent.Caroc.*de locat.& conduct.part.4.rubr. de incend.num.29.* vbi de * communi,& quòd in facti contingentia ita vidit iudicari.

*Famian. Centolinus V. I. D. Galeſij.*

## CORDVBÆ.

*Romana nullitatis cenſus, 5.Maij 1597.*

### ARGVMENTVM.

Pactum,quòd venditor cenſus teneatur illum redimere poſt ſex annos, illicitum eſt, poteſt tamen à Papa confirmari, & quando confirmatum cenſeatur.

### SVMMARIA.

*Cenſus venditus cum pacto,quòd venditor teneatur illum redimere poſt ſex annos,an ſit licitus,num.1.vbi etiam quid ſi fuit reſeruatum beneplacitum ſedis Apoſtolicæ,& à Papa poſteà confirmatus,& in addit.litera a,vbi alia ad materiam,& nu.7.*

*Cenſus an poſſit emi ad certum & definitum tempus, in addit. litera a.*

*Cenſus an poſſit emi vſque ad vitam ementis,in addit.litera a.*

*Cenſus an poſſit emi cum pacto de retrouendendo, quando primus emptor voluerit, in addit. litera a.*

*Cenſus an poſſit conſtitui cum pacto de non redimendo,niſi à tali tempore citra,in addit.litera a.*

*Contractus illicitus nunquid cenſeatur confirmatus à Papa,quando illius tenor de verbo ad verbum fuit regiſtratus in ſupplicatione, num.1.& per tot.deciſ.*

*Confirmatio Papæ ſimpliciter facta alicuius contractus, qui prætendebatur illicitus, cenſetur confirmaſſe contractum eo modo, quo fuit initus, præſertim ſi in confirmatione eſt inſertus tenor ipſius contractus,num.2.& ſeq.*

*Confirmatio Papæ alicuius contractus cum clauſula,* Dummodò licitè & honeſtè,*quid operetur,& ad quæ talis clauſula trahatur,num.3.*

*Confirmatio Papæ dicitur facta ex certa ſcientia, quando Papa videt quid facit, prout ſi in ſupplicatione eſt inſertus totus tenor inſtrumenti,cuius confirmatio petitur,num.3.*

*Correſpectiui dicuntur contractus, etiam quòd habeant cauſſam ſeparatam, quando contrahentes vnum contractum ſine alio non feciſſent,num.4.*

*Venditor an poſſit percipere aliquos fructus pro pretio ſibi non ſoluto,num.5.6.& ſeq.*

*Officia*

*Officia notariatus & illorum ſcripturæ ſolent in vrbe locari pro annua penſione octo pro centenario, num.5.*
*Intereſſe an poſſit per partes taxari in venditione officij, vſque ad ſolutionem pretij pro rata proportionabili ad ſcripturas, num.5.*
*Mora irregularis ſufficit, vt emptor ſoluat intereſſe ſecundum æquitatem* l.curabit, C.de act.empt. *num.6.*
*Cenſus emptus cum pacto de redimendo intra ſex annos, an ſit illicitus, num.7.& in addit.litera* a.
*Papa non ſolet diſponere ſuper vſuris, num.7. vbi tamen, quòd poteſt, ſi vult.*
*Vſurarius contractus poteſt etiam à Papa confirmari, num.7.*
*Vſura eſt contra ius diuinum, num.7.*
*Vſurarij contractus ſuſtinentur conſuetudine, quæ ſit recepta à maiori parte populi, num.7.*
*Pactum in contractu venditionis appoſitum, quod res vendita non poſſit redimi, niſi poſt tale tempus, an ſapiat vſuram, in addit. litera* a, *verſic. Et generaliter.*

## DECISIO CXV.

1 ANdreas Guerras † de menſe Februarij 1581. vendidit
Ioanni Leſariæ officium Notariatus pro pretio ſcutorum 4000. & Ioannes emptor pro ſatisfactione partis
dicti pretij conſtituit cenſum 80.ſcut. ſuper ſcripturis dicti
officij venditi pro ducat. 1000. cum pacto, quòd Ioannes
a teneretur cenſum redimere poſt ſex annos [a], in quo contra-
ctu fuit reſeruatum beneplacitum ſedis Apoſtolicæ,& non
aliter, nec alio modo, qui contractus fuit poſteà de verbo
ad verbum inſertus in ſupplicatione,& confirmatus per ſe-
dem Apoſtolicam; ſed cùm pars heredum quæſt. Ioannis
prætenderet, dictum pactum fuiſſe illicitum & vſurarium,
& illud non comprehendi ſub dicta confirmatione Apo-
ſtolica, re per Dominos ſæpe diſcuſſa, primùm coram Illu-
ſtriſſ. D. Blanchetto tunc Rotæ Auditore, deinde coram
me tandem 5. Maij 1597. fuit reſolutum, intrare dictam
confirmationem Papæ, & dictum pactum fuiſſe ſub illa
comprehenſum ex pluribus.

2 Primò †, quia id apparet ex lectura ſupplicationis, in
qua dicitur, quòd partes deuenerunt ad ſupraſcriptos con-
tractus & concordiam ac conuentiones & pacta ſub be-
neplacito ſedis Apoſtolicæ, & cupiunt & ſupplicant illa
omnia contenta in inſtrumento confirmari à Papa, qui
ſimpliciter confirmat, quo fit, vt cenſeatur etiam confir-
maſſe pactum conſtitutionis cenſus eo modo, quo fuerat
factum, cùm ſit inſertum in eodem inſtrumento, Rot. *deciſ.
1.in antiq.& deciſ.9.in nou.* Felin. *in cap.ſuper literis, num.10. in
princ.extra de reſcript.*

3 Non † obſtat clauſula appoſita, ſcilicet; *Dummodò licitè
& honeſtè*, quia ſtante inſertione totius inſtruméti,& quòd
petebatur etiam confirmatio aliorum pactorum, de quibus
in ſchedula, non inſerta illa clauſula intelligitur, quò ad
pacta contenta in dicta ſchedula non inſerta, vt fuit dictú
in Legionen. iuriſdictionis 11.Maij 1680. coram R. P. D.
meo Decano; quia cùm non eſſet narratus, nec inſertus te-
nor contentorum in iſta ſchedula, quorum cófirmatio pe-
tebatur, Papa noluit confirmare contenta in eis, niſi cum
illa clauſula, *quatenus eſſent licitè & honeſtè, &c.* cùm ignora-
ret quæ & qualia forent. Quæ ratio non adaptatur ad pa-
ctum, de quo quæritur, cùm illius tenor eſſet inſertus in
inſtrumento,& Papa viderit, quod facit, vt confirmatum
dicatur ex certa ſcientia, *cap.penult. de confirm. vtil.& inutil.*
& ibi poſt Abb.Dec. *num.1.* Roman. *conſil.128.num.7.* Ferret.
*conſil.38.num.6.* Ruin. *conſil.227. num.5.lib.4.* & tenuit Rot.
coram R.P.D. meo Pamphilio 26.Nouembris 1594. in vna
Veronen. exemptionis.

4 Secundò † moti fuerunt Domini, quia præſtat iuſtam
cauſſam confirmationis maxima æquitas: cùm enim vendi-
tio & conſtitutio cenſus ſint poſiti in eodem inſtrumento,
taliter quòd vendens non fuiſſet venditurus, ſi cenſus non
fuiſſet conſtitutus, ſufficit ad effectum, quòd actus dican-
tur correſpectiui, etiam quòd habeant cauſſam ſeparatam,
*l.cum eiſdem, §.inter decem, de ædilit.edict.* Bart. *in l. Aurelius, §.
idem quærit, num.3. de liber.legat.* Dec. *conſi.245.num.5.& conſ.
421.col.1.& in l.petens, 2.notab.C.de pact.* Tiraquell. *de retract.
lignag.§.17.gloſ.1.num.*20. Corn. *conſil.36.& 117.vtroque nu.14.
lib.2.& conſil.57.num.13.& 319.num.*10.*lib.3.* Socin. *conſil.273.
num.4.lib.2.* Felin. *in cap.paſtoralis, num.7.de reſcrip.* Creſcen.
Farin. Conſil.

A *deciſ.78.* Mohed. *deciſ.124.* Peregr. *deciſ.81.* Put. *deciſ.214.lib.3.
& deciſ.3.de ſimon.*& fuit dictum coram R.P.D. meo Deca-
no 28.Aprilis 1578. in vna Romana donationis, Rot. *diuer-
ſor.deciſ.446.num.3.par.3.* coram ſanctiſſimo.

Stante † ergo correſpectiuitate, cùm Andreas officium 5
vendiderit,& ſcripturas tradiderit ac cóſignauerit,& Ioan-
nes pretium non perſoluerit; omnis æquitas mandat, quòd
pro rata pretij fructus rei emptæ ſoluat, propter fructus
quos percipere potuiſſet venditor ex re ſua, *l.curabit, C. de
act.empti,* Couar. *variar.reſolut.lib.3.cap.4.num.5.verſic.3.& 8.*
Nauar. *conſil.71. ſub tit.de vſur.lib.5.* Afflict. *deciſ.20.num.4.*
Gabriel. *de emptionib. & venditionib.concluſ.4.* Maximè quia
cùm ſcripturæ iſtæ ſoleant locari pro annua penſione octo
pro centenario,& in vrbe iniri ſocietates ſuper illis, vt fuit
B conſideratum coram R. P. D. meo Decano in vna Roma-
na ſocietatis, Nouembris 1580. qui quidem fructus corre-
ſpondent fructibus taxatis inter ipſas partes, cenſetur per
huiuſmodi cenſus conſtitutionem ad ſex annos potiùs da-
ta dilatio ad ſoluendum pretium cum taxatione intereſſe
proportionabili ad dictas ſcripturas, ad Paul.de Caſtr. *in l.
3.num.3.de eo quod certo loco,* Menoch. *de arbitrar.lib.2. caſu
119.* Moder. *de probat.concluſ.934.num.17.*

Neque † obſtat, quòd in caſu, de quo agebatur, nulla po- 6
terat mora conſiderari, ex quo breui manu pretium cenſe-
batur ſolutum Andreæ,& deinde Andream ſatisfactum de
illo cenſum impoſuiſſe; quia vltra quod ad hoc vt intret
diſpoſitio huius æquitatis, ſatis eſt mora irregularis, vt no-
tant Couarru. & alij ſuprà allegati. Prædicta non poſſunt
adaptari caſui noſtro, quia verba contractus cantant, quòd
C mille ducati debeant permanere ad annuum cenſum ſuper
ſcripturis,& ſic apparet, quòd pretium nó fuit ſolutum, nec
fictio ſolutionis breuis manus debet operari conditionem
deteriorem alterius contra dictam æquitatem; quod tantò
magis locum habere videbatur Dominis, quia in hoc caſu
heredes Ioannis agunt de maximo lucro, quod conſequun-
tur computando in ſortem principalem omnes fructus iam
ſolutos, & econuerſo Annibal tractat de maximo damno
euitando, cùm vltra æſtimationem ſortis principalis tene-
retur ad reſtitutionem fructuum in notabili quantitate.

Nec † obſtat, quòd pactum appoſitum de redimendo 7
cenſum intra ſex annos, ſit contra ſubſtantiá cenſus, cùm in
illo interuenerit mutuum cum lucro, Nauar. *de vſur.nu.87.*
rationem aſſignat Petr.de Arag. *de iuſtitia & iure, quæſt.87.*
D *artic.4.colum.fin.* & quòd non ſit veriſimile, Papam, qui non
ſolet diſponere ſuper vſuris, voluiſſe illud confirmare; quia
ex deductis apparet reſponſio, quòd voluerit, & quòd po-
tuerit, dubitari non poteſt, quia quamuis vſura ſit contra
ius diuinum; tamen quòd pactum de redimendo intra cer-
tum tempus ſit contra ſubſtantiam cenſus, & illum vitiet,
& fuit inductum iure poſitiuo in extrauag. Martini V. &
Calixti III. quibus Papam potuiſſe derogare certi iuris
eſt; imò dixerunt Domini in illa .... cenſus, ſexta Iunij
1594. coram Reuerendiſſimo patre Domino Giptio, quòd
cenſus formati ante conſtitutionem Pij V. cum pacto redi-
mendi, quoties imponens voluerit, ſuſtineantur per lon-
giſſimam conſuetudinem faciendi ſimiles conuentiones,
dummodò huiuſmodi conſuetudo ſit recepta à maiori par-
E te populi, credentis non facere contractum vſurarum, ad
doctrinam Bart. *in l.quid ſit fugitiuus, §.apud Labeonem, nu.1.
de ædilit.edicto,* quem ſequuntur Alexand. *conſil.39.nu.2.lib.3.*
Cæpoll. *de ſimul.contract.in princ.nu.4* Bertachin. *de Epiſcop.
part.1.lib.3.quæſt.14 num.9.* Tiraquell. *de pœn.temper. caſu 42.
num.8.* Grat. *conſil.39.num.4.lib.2.* Gabriel. *de crim. concluſ.8.
num.32.* Salazar. *de vſur.& conſuetud.cap.2.num.1.* Nauarr. *in
cap.1.§... num.3 de pœn.deciſ.5.*

### *ADDITIO.*

POſt ſex annos. Ad hæc vide *Couarr.variar.reſolut.lib.2.c.9.* a
vbi ponit, an cenſus annui reditus poſſint licitè conſti-
tui cum pacto redimendi ad voluntatem primi emptoris,
Redoan. *de reb.Eccleſ.&c. in rub.conditiones quibus annui cen-
ſus,&c.num.4.fol.mihi* 108. vbi quòd venditor inuitus nullo
modo obligari poteſt ad redimendú cenſum, ſed illi debet
eſſe liberum vel ſoluere cenſum, vel redimere, de quo vide
etiam per Gabr. *conſil.152 lib.1.* vbi quòd ſi in inſtrumento
cenſus adeſt pactum, quòd in caſu, quo venditor ſit in mora
ſolutionis cenſus, teneatur reſtituere ſortem principalem.

Et econtrà an cenſus poſſit conſtitui cum pacto de non A redimendo, niſi à tali tempore citra, vide Couarru. *variar. reſolut. lib. 3. cap. 8. num. 8.* Ioan. Bapt. Lup. *in tract. de vſur. comment. 2. § 1. num. 4. & ſeqq.* Maſcard. *de probat. lib. 1. concluſ. 441. num. 6.* Menoch. *de præſumpt. lib. 3 præſumpt. 122. num. 71.*

Et generaliter in contractu emptionis & venditionis, an pactum, quòd res non poſſit redimi, niſi poſt aliquod tempus, ſit illicitum, & faciat contractum vſurarium, vide Aym. *conſil. 156. num. 5.* ibi, *quòd ſit data modicitate pretij*, & vide in materia etiam Couar. *variar. reſolut. lib. 3. d. cap. 8. num. 8.* Lup. *de vſur. in loco præcit.* Ioſeph. Ludou. *deciſ. 51. verſic. 19. coniectura eſt.* Maſcard. *d. concluſ. 441. per totam, & concluſ. 447. nu. 14.* Menoch. *vbi ſuprà d. præſumpt. 122. num. 69. & ſeq. vſque ad num. 74.*

B Et an etiam cenſus poſſit emi vſque ad certum & definitum tempus, vide Couarr. *vbi ſuprà, cap. 7. num. 4* & an vſque ad vitam ementis, *ibid. num. 3. & cap. 9. nu. 7.* Lup. *de vſur. d. comment. 2. § 2. num. 82. & 83. & num. 61.* And. Guil. *obſeru. 8. lib. 2.* vbi generaliter, an cenſus poſſit emi & vendi ad vitam, & plura de materia cenſus vitalitij.

*Famian. Centolinus V. I. D. Galeſij.*

## ORANI.

*Portugallen. prætenſæ vnionis, Mercurij 21. Maij 1597.*

### ARGVMENTVM.

Teſtium falſitas debet concludenter probari, & taliter, quòd aliter ſe habere veritas nõ poſſit.

### *SVMMARIA.*

*Teſtium falſitas oportet vt appareat per probationem, quæ de neceſſitate concludat, & quòd res aliter ſe habere non poſſit, nu. 1.*

## DECISIO CXVI.

1 IN cauſſa † Portugallen. prætenſæ vnionis, Domini circumſcripta fide iurium & teſtium pro parte fratris Franciſci Sanchez examinatorum, tenuerunt conſtare, fratrem Fauſtum non fuiſſe profeſſum ordinis ſancti Ioannis Hieroſolymitani ad effectum de quo agitur, quia cùm effectus iſte tendat ad redarguendum teſtes monialiũ de falſo, qui, D vt aliàs deciſum fuit, deponunt de exiſtentia collegij floris Roſæ, in quo erant collegales ordinis ſancti Ioannis, cum quibus idem frater Fauſtus habitũ & crucem ſancti Ioannis geſtans moram traxit, oportet quòd probatio de neceſ- a ſitate concludat [a], & quidem taliter, quòd res aliter ſe habere non potuerit, gloſ. & Doctores *in l. iuriſgentium § quod ferè de pact.* Dec. poſt Bald. *in l. ſingularia ff. ſi cert. petat.* Alex. *conſil. 74. ſub num. 9. lib. 1.* quod nulla ratione factum dici poteſt, cùm teſtes monialium non teſtificantur, fratrem Fauſtum fuiſſe profeſſum ordinis Hieroſolymitani, ſed quòd per infantem Portugalliæ poſitis in loco floris Roſæ fratribus ſancti Ioannis habitum clericalem, & ad pectus crucem Albam deferentibus, frater Fauſtus eodẽ habitu vtens, ipſorum gubernio & inſtructioni duorum vel trium pue- E rorum eundem habitum & crucem geſtantium fuerat præpoſitus. Non enim contradicunt ſibi, quòd frater Fauſtus alterum ordinem fuerit profeſſus, vt conatus eſt oſtendere frater Franciſcus, & nihilominùs ad collegium regendum fratrum ſancti Ioannis fuerit ab infante Portugalliæ aſſumptus, vel etiam de facto dum ibi permanſit, Cruce alterius ordinis, & ſic Alba fuerit vſus.

Quod eo magis Domini ſuſtinebant, quoniã cum præmiſſorum teſtium monialium depoſitione cõcurrebat pacifica poſſeſſio & effectuatio vnionis per viginti duos annos, & actus poſitiui ordinarij, qui ab anno 1552. poſt obtentam ab infante vnionem ad hanc parochialem Eccleſiam, fratrem ſancti Ioannis inſtituerat cum aſſignatione illi facta tertiæ partis fructuum, duabus reliquis commodo monaſterij applicatis; & anno 1574. vnionem hanc iuxta diſpoſitionem concilij examinando tanquam bonam & legitimè factã approbauerat. Quibus conferebat Breue felic. record. Pij Papæ V. & quòd de anno 1557. ad ſupplicatio- A nem Don Antonij ſucceſſoris infantis in Prioratu exponentis in loco floris Roſæ habitaſſe fratres ſancti Ioannis, & poſt eorum, ac demùm preſbyterorũ ſancti Petri à dicto loco receſſum, fratres ſancti Dominici, prout teſtes de auditu & fama deponunt, per duos annos, plus, vel minus, in eodem loco continuaſſe; maximè cùm non agatur de parochiali vnita ad vtilitatem collegij, ſed monaſterij monialium, de cuius exiſtentia non controuertitur. Quocirca ſtantibus præmiſſis ſuperflua videbatur diſcuſſio fidei, iurium & teſtium fratris Franciſci, cùm per ea nullo pacto intentio monialium lædatur.

### *ADDITIO.*

B DE *neceſſitate concludat.* Veriſſima eſt hæc concluſio, ſed a declaratur per Dom. meum Farinacium *in ſuo tract. de teſtibus, quæſt. 67. num. 74. & ſeq.* vt procedat quoad imponendam pœnam ordinariam, non autem quoad imponendam pœnam extraordinariam, ad quam ſolæ præſumptiones ſufficiunt.

*Famian. Centolin. V. I. D. Galeſij.*

## CORDVBÆ.

*Romana alimentorum de Cinciis, 23. Maij 1597.*

### ARGVMENTVM.

Alimenta debentur filiis à patre extra do- C mum paternam propter eius ſæuitiam, vt ſi illos ex domo expulerit: & ad redarguendum teſtes de falſo & mendacio, probatio debet eſſe neceſſaria & concludens.

### *SVMMARIA.*

*Alimenta filiis à patre debentur extra eius domum, propter eiuſdem patris ſæuitiam & auſteritatem viuentibus, & præſertim ſi eos ex domo expulerit, num. 1.*

*Teſtes vt de falſo arguantur circa ea, quæ reſpiciunt dictum principale, probatio debet eſſe neceſſaria & concludens, nu. 2.*

*Probatio omnis iudici arbitraria eſt, num. 4.*

## DECISIO CXVII.

FVerat † dictum in præcedenti poſitione, quòd videretur, an conſtaret de iuſta cauſſa diſceſſus filiorum à domo paterna, & illam ſatis ex teſtibus, qui dantur, probari dixerunt Domini, non ſolùm propter ſæuitiam & auſteritatem D. Franciſci patris, ſed etiam quia D. Franciſcus illos expulit è domo, vt probant primus & tertius teſtes; quo caſu alimenta debentur filiis extra domum, tanquam ex iuſta cauſſa, Boër. *deciſ. 195. num. 5.* Pinel. *in l. 1. part. 1. num. 54. C. de bon. mater.* & alij, quos congerit Molin. *de Hiſpan. primog. lib. 2. cap. 15. num. 74.* & fuit dictum in illa Romana de Iacobellis, coram R. P. D. meo Litta. 1

Neque † obſtabant exceptiones oppoſitæ per D. Fran- 2 E ciſcum contra teſtes; & primò mendaciũ oppoſitum contra primum, ex eo quòd dixerit dictos filios de anno 1588. & ſeq. expulſos à patre habitaſſe in Cameris locandis abſque eo, quòd illis alimenta præſtaret; cùm tamen contrarium conſtet ex reſolutione facta in hac cauſſa coram Illuſtriſſ. D. Mantica, ex qua apparet alimenta fuiſſe præſtita Iacobo vſque ad totum menſem Aprilis 1594. & Chriſtophoro & Roccho vſque ad eundem menſem Maij 1592. Sed hæc oppoſitio non placuit, quia non conſtat de quo tempore alimenta fuerint præſtita filiis, & potuit eſſe, quòd poſteà fuerint ſoluta. Probatio autem ad arguendum teſtes de falſo, maximè circa ea, quæ reſpiciunt dictum principale, debet eſſe neceſſaria & concludens.

Aliud † obiectum, quòd iidem teſtes & ſecundus & 3 tertius fuerint etiam mendaces, ex eo quòd depoſuerunt circa ſubſcriptionem folij albi ſub ſpe futuræ numerationis, fuit etiam reiectum ex eadem ratione, quia Domini nõ reſoluerunt hoc non eſſe verum, ſed quod non probatur, ideò inde non poſſunt dici teſtes mendaces.

4 Quod † verò dicebatur non eſſe verum, quod dicit primus teſtis ſuper ſecundo, filios ſcilicet ab anno 1590. citra propriis impenſis habitaſſe extra domum paternam, nihil facit, quia non probatur contrarium, ſaltem quoad continuatam habitationem; imò teſtes videntur potiùs innuere, quòd non habitarunt. Cùm ergo nihil concludens in contrarium adducatur, & probatio plurimùm dependeat ex arbitrio iudicis, Domini, his & aliis conſideratis, dixerunt conſtare de iuſta cauſſa diſceſſus, & ideò filiis deberi alimenta, de quibus in dubio.

## PELEGRINI.

*Romana vſurariæ prauitatis, die 4. Iulij 1597.*

### ARGVMENTVM.

De locatione armenti animalium cum pacto, quòd in fide locationis reddatur æſtimatum, an & quando dicatur vſuraria & illicita.

### SVMMARIA.

*Locatio vaccarum cum pacto, quòd quolibet anno pro penſione ſoluantur ſcuta duo, & quòd finita locatione earundem vaccarũ, fiat reſtitutio in eodem ſtatu, in quo erant tempore locationis, cum refectione hinc inde meliorationis & deteriorationis, non eſt vſuraria & illicita, num. 1. & omnibus ſeqq. in diſcurſu, & in addit. litera* a.

*Contractus præſumitur talis, qualis denominatur à partibus, nu. 3. Item ſecundùm ſubiectam materiam, ibid. d. num. 3. & in add. litera* b, *vbi de materia.*

*Locatio animalium brutorum eſt licita in iure, num. 3. in fin. & num. 4. vbi ampliatur, ſiue ſint locata ſingula animalia de per ſe, ſiue etiam armentum omnium animalium.*

*Contractus duos in eodem inſtrumẽto alternatiuè facere ad vnius partis electionem, non eſt prohibitum in iure, nec dicitur vſura, num. 4.*

*Venditio cum pacto de retrouendendo, à iure non improbatur, num. 4. ſed quid ſi concurrat modicitas pretij, an ſapiat vſuram, vide ibid. in addit. litera* c.

*Contrahentium pacta & conuentiones ſemper præſumuntur ſe conformare cum diſpoſitione iuris communis, num. 5.*

*Locatio animalium habet hanc naturam de iure, vt in fine locationis reſtituantur in æſtimatione illa animalia, quæ demortua fuerunt dolo vel culpa conductoris; ſecus ea, quæ morbo naturali aut caſu fortuito & abſque conductoris culpa perierunt, num. 5. ante finem.*

*Executio Cameralis obligationis cum ſuſceptione termini non retardatur ex eo, quòd debitor offerat contrariam probationem, qui debet ſoluere, & poſteà ſi aliquid probabit, repetere, num. 5. in fine.*

*Æſtimatio animalium an & quando transferat dominium, n. 6. vbi ponitur regula affirmatiua cum duabus limitationibus. Prima eſt, quando per æſtimationem contractus efficeretur vſurarius: ſecunda, quando æſtimatio fit, vt appareat de certo valore rei æſtimatæ.*

*Locatio animalium, quando cenſeatur facta in ſpecie de ſingulis animalibus, & quando in genere de armento ſeu præcodio, num. 7. & num. 8.*

*Conductor gregis ſeu armenti tenetur ad inſtar vſufructuarij loco demortuarum pecudum vel inutilium alias ſubrogare, num. 7. verſic. Et conductor, & num. 8. vbi de materia.*

*Pactum vnum ſi lædat partem contrahentem, quæ in alio pacto releuetur, adhuc contractus dicitur iuſtificatus, etiam in foro animæ, num. 9.*

*Vſurarum exceptio non retardat executionem obligationis Cameralis, niſi ita patens ſit, vt tergiuerſari non poſſit, ſed habet locum regula,* Solue & repete, *num. 9. in fine.*

### DECISIO CXVIII.

1 Fvit † extra Rotam per me propoſitum dubium: ſtante inſtrumento dationis, conceſſionis & affictus Caſalis Falcognani & præcodij obligatione Camerali vallato terminóque in actis ſuſcepto de ſoluendo ac conſtitutione

Farin. Conſil.

A fel. rec. Sixti V. ſuper fructibus ſocietatum animalium ad caput ſaluum, quorum copia datur, & aliis hinc inde deductis: an conuentiones in dicto contractu contentæ, præſertim *in cap. 7. 8. & 11.* eſſent licitæ vel illicitæ, ita vt eſſet vel ne retardanda executio Cameralis ac termini ſuſcepti in caſu, de quo agitur?

Conuentiones † nunc, de quibus in dubio ſunt infraſcriptæ; *Et perche in detta tenuta di ſanto Merlo vi è vn pretio di vacche roſſe il detto Monſign. a nome come di ſopra l'alloca al detto Sig. Domenico volerle l'habbia a reſtituire l'vltimo anno di detto affitto Dipiu lute conſegnaranno cauallo cinque con ſuoi baſti, e finimenti cio è tre con baſti, e due con ſelle, le quali habbiano da ſeruire per detto precoio, & in auento, che il detto Sig. Domenico tenghi il detto affitto non s' intendi, ne s' habbia a pagare coſa alcuna, ma volendole comprare, l'habbia a pagare ſcudi 20. e mezo. Et che a ſanto Angelo di Settembre proſſimo alla conſegna di detto precoio s' habbia da pigliare vn' huomo per parte, e ſe habbia da eſtimare l'eta & eſſere di dette vacche, e caualle, & in caſo di reſtitutione* a *il detto Sig. Domenico ſia obligato a reſtituire a nell' iſteſſo modo ſtato, eta, e nel medemo caſo s' habbia parimente ad eleggere due periti, vno per parte, & eſtimare nel modo ſudetto; e caſo che foſſero di maior eta, e di manco bonta il detto Sig. Domenico habbia da pagare quello, che ſaranno di peggio, e caſo che foſſero in migliore eſſere, e di manco eta, e di miglior bonta il detto Monſi. Reuerendiſſimo l' habbia da pagare al detto Sign. Domenico quello, che ſaranno ſtimate, & in euento li ſiaſto le vitelle picciole li medeſimi periti debbiano quelle ſtimare, & il prezzo di eſſe s' habbia a pagare al detto Sig. Domenico.* 2 B a

Quod † dubium fuit negatiuè reſolutũ. Dixerunt namque Domini, non eſſe dubitandum, quia contractus iſte eſſet locationis; tum quia ſic à partibus denominatur, vt in ſeptima conuentione, de qua in dubio; talis enim præſumitur contractus, qualis à partibus denominatur [b], Bald. *in tit. qui ſucceſſores teneantur, in vſibus feudorum*, Socin. *conſil. 165. num. 5.* Cacher. *deciſ. 39. num. 24.* tum quia ſubiecta materia hoc patitur, cùm etiam brutorum detur licita locatio, nam ſalua eorum ſubſtantia, ex illis proueniunt multæ commoditates, & fructus vtiles humanę neceſſitati, quos quis mercede poteſt alteri concedere, retenta ſibi dictorum bonorum proprietate, vt latè oſtendit Corrad. *de contract. tracta. 5. quaſt. 89. num. 1.* & paſſim hoc admittunt omnes. 3 C b

Vnde † cùm poſteà dictæ conuentiones, de quibus in dubio, non repugnarẽt dicto contractui, nec quid illicitum in ſe continerent, ad effectũ, de quo agitur, vtique propter illas non veniebat retardata obligationis Cameralis executio, & termini illius vigore ſuſcepti. Non enim repugnabat ſeptima conuentio, quia, vt ſuprà fuit conſideratum, etiam in brutis cadit licita locatio, ſiue dicamus locatas fuiſſe ſingulas vaccas, ſiue armentum ſeu præcodium in genere, vt verius eſt. Non erat quoque illicita octaua conuentio, vbi dabatur facultas conductori conuertendi locationem in venditionẽ cum pacto de redimendo; cum non reperiatur in iure prohibitum, quòd partes non poſſint de eadem re duos contractus alternatiuè facere ad vnius partis electionem, dummodò ambo liciti ſint, prout ſunt in caſu de quo agitur. Nam & locatio brutorum eſt licita, ex ſuprà deductis, & venditio cum pacto redimendi à iure non reprobatur [c], *l. 2. C. de pact. inter empt. & vend. cap. ad noſtram*, vbi omnes, *de empt. & vend.* 4 D E c

Decima † autem conuentio tantùm abeſt, quòd dici poſſit illicita, quòd imò abſolutè tenderet ad fauorem & commodum ipſius conductoris, ita vt tota difficultas, & ſi quid aderat ſcrupuli, id omne eſſet reo actum ad vndecimam conuentionem, quam tamen neque ipſam repugnare locationis contractui, neque aliquod illicitum ad effectum, de quo agebatur, in ſe continere viſum fuit. Nam cùm in ipſa expreſsè non legeretur, nec ex ea neceſſariò colligeretur, neque fuerit deducta aliqua obſeruantia ſubſequuta, ex qua contrahentes ſenſiſſe, minúſque eſſet veriſimile, eos voluiſſe, quòd tempore, quo præcodium erat reſtituendum, idem numerus vaccarum vel præcodium in genere eiuſdem bonitatis & valoris reſtitueretur, quamuis in dicta conuentione haberetur, quòd tempore illarũ reſtitutionis, vaccæ deberent æſtimari, & eodem modo & ſtatu reſtitui, ita vt ſi deterioratæ vel melioratæ fuerint, id commodo & incommodo conductoris cederet, non poterat ex hoc dici, 5

quòd locator voluerit ſaluum eſſe capitale, ſed imò inter- A
pretando conuentionem iuxta diſpoſitionem iuris com-
munis & naturam ipſius contractus, cui fuit appropriata
ipſa conuentio, cum quo ſe confirmare, & ſecundùm quam
contrahere voluiſſe partes regulariter cenſentur, ad trad.
per Doctores, *in l. heredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebellian.* vt
fuit dictum coram Oradino, in vna Camerinenſ. Domo-
rum, 18. Aprilis 1572. & coram bonæ memoriæ Cantuc-
cio, in vna Romana locationis domus, 10. Decembr. 1578.
dicendum erat locatorem voluiſſe, quòd illæ tantùm reſti-
tuerentur, quæ nunc reperiebantur, ac illarum tantùm
æſtimatio ſolueretur, quæ ex dolo & culpa conducto-
ris periiſſent, & ad quarum æſtimationem, iuxta naturam
geſti contractus, non tenebatur conductor. De quibus om-
nibus probabiliter creditur, habitam fuiſſe rationem in re- B
laxatione executionis, cùm fuerit debitum conferendo ter-
minis ad illud ſoluendum à conductore ſuſceptus, ad cu-
ius poſteà retardationem non eſt admittenda eiuſdem con-
ductoris contraria probatio, ſed iuxta naturam Cameralis
obligationis ſoluere, & poſteà repetere debeat, ſi indebitum
ſoluiſſe prætendit.

6 Non † obſtare Dominis viſum fuit dum dicebatur, quòd
imò ex dicta 11. conuētione neceſſariò colligitur, D. Cen-
cium noluiſſe vaccas locare, ſed potiùs mutuare illarū do-
minium in D. Dominicum transferendo; tum quia de illis
æſtimatis aſſignandis conuenit; tum quia videtur dediſſe
facultatem d. Dominico non eaſdem, vt eſt de natura lo-
cationis, ſed alias & minoris ætatis reſtituendi; dummodò
ſi meliores vel deteriores eſſent, quæ reſtituerentur, hinc
inde deteriorationis vel meliorationis æſtimatio refunde-
retur, & propterea verè dici poſſit, D. Cencium intendiſſe, C
quòd capitale eſſet ſaluum, & vltra illud voluiſſe quotannis
penſionem ex ſingula vacca percipere, quod quidem ſapit
vſuram, & in indiuiduo conſiderat Nauar. *conſil. 37. de vſur.*
*volum. 2.* Nam pro reſponſione fuit dictum retorquendo
argument. imò non cenſere hoc caſu per æſtimationem
fuiſſe actum de transferendo dominio, quia ſic contractus
efficeretur vſurarius, argu. *l. meritò, ff. pro ſoc.* vt in term. trad.
Cornel. *in l. ſi paſcenda, num. 46. C. de pact.* & quia apparet,
quòd æſtimatio ad alium finem erat facienda, nempe, vt
certus eſſet vacarum valor, ad effectum, *de quo ſupr.* quo ca-
ſu per æſtimationem non dicitur transferri dominium, glo.
*in l. ſi inter virum, C. de iur. dot.* & fuit dictum coram bonæ
memoriæ Cantuccio in vna Pianti affectus, 13. Iunij 1580.

7 Neque † etiam ex eo quòd D. Dominicus facultatem
haberet alias reſtituendi, dici poterat, vaccarum dominium
in eum fuiſſe tranſlatum, quia cùm illi præcodium in ge- D
nere, non autem ſingulæ vaccæ fuerit locatum, vt expreſsè
legitur in ſeptima & hac vndecima conuentione, & colli-
gitur etiam, quia certus numerus vaccarum non fuit ex-
preſſus, & apertiùs, quia non eſt veriſimile, D. Cencium lo-
caturum fuiſſe, niſi totum præcodium, quoniam locatio
partis, vel nonnullarum vaccarum attuliſſet ei maximum
diſpendium; tum propter maſſaritias ad vſum præcodij
paratas, quæ diuiſe non ſuffeciſſent ipſi ac conductori, tum
propter paſcui commoditatem, qua caruiſſet, cùm iam lo-
caſſet totum caſale, vbi vaccæ ipſæ morabantur, & Parſil-
lius non potuiſſet in eam vtiliter locari, & propter alia, quę
conſiderant informantes. Ex quibus apparet, quòd pars re-
ſpectu partis ei non attuliſſet tantam vtilitatem, quantam
totum attuliſſet, reſpectu totius, quo caſu vnica locatio fa-
cta præſumitur, & indiuiduus contractus, vt tradunt om- E
nes *in l. ſtipulationes non diuiduntur, ff. de verb. obligat.* & con-
ductor gregis ſeu armenti ad inſtar vſufructuarij tenetur
loco demortuarum, vel etiam inutilium, ſubrogare, iuxta
normam traditam à I.C. *in l. vetus, ff. de vſufruct. & quemad-*
*modum quis vtatur fruatur*, ob id fuit conſideratum à parti-
bus eſſe poſſe, vt vaccæ minoris ætatis reſtituerentur finita
locatione, quæ erat facta ad nouennium, quo caſu cùm in-
tentio partium fuerit poſteà, vt commodum & incommo-
dum deteriorationis & meliorationis, non quidem totius
præcodij in genere, id enim argueretur, imò neceſſariò in-
fert D. Cencium voluiſſe ſaluum eſſe capitale, & intrarent
motiua informantium pro D. Dominico; ſed ſingularum
vaccarum illarum, quæ iuxta naturam huiuſmodi locatio-
nis venient reſtituendæ, ad conductorem ſpectarent, ob
id etiam de illis æſtimandis fuit conuentum.

Nec † minùs dici poterat fuiſſe locatum præcodium in 8
genere, quia ad ſingula capita fuerit pretium conſtitutum,
ſtantibus prædictis coniecturis, per text. *in l. cùm eiuſdem, §.*
*interdum, ff. de ædil. edict.* Decian. *conſil. 421. num. 4.* & eò ma-
ximè, quia id factum fuiſſe credi debet in caſu, de quo agi-
tur, pro maiori iuſtificatione locationis; nam cùm præco-
dium prædictum poſſet recipere diminutionem, quia vac-
cæ aliquæ caſu fortuito abſque culpa & dolo conducto-
ris, vel etiam morte naturali periiſſent, nec tam citò fœtus
naſcerentur, nec de anteà natis tunc eſſent in armēto, qua-
tenus de illis ſubrogatio fieri debeat, quod negauit Florian.
*in d. l. vetus, num. 1.* ibi in text. *ad fructuarium, ex quibus poſſit*
*fieri ſubrogatio loco demortuarum*, iuxta terminos *d. l. vetus, &*
*l. quid ergo, ff. eod. tit. de vſufruct.* Quo caſu æquum non erat,
vt eadem penſio ei ſolueretur, quæ ſoluitur, quando ple-
num eſt armentum, propterea, vt certum eſſet, quænam
penſio dicto caſu foret ſoluenda, & quæ defalcatio facien-
da, fuit conuentum, vt ſcuta duo pro ſingula vacca perſol-
uerentur, earum videlicet, vt ſuprà fuit dictum, quæ reperi-
rentur tempore faciendæ ſolutionis; non autem earum, quę
abſque culpa & dolo conductoris periiſſent, dummodò
conductor fecerit debitam ſubrogationem, & vti diligens
paterfamilias ſe geſſerit in cuſtodiendo armento.

Nec † eſſe præſentis ſpeculationis DD. dixerunt, an poſt- 9
eà penſio prædicta eſſet nimis exceſſiua, quando ex fœtibus
teneatur conductor loco demortuarum & inutilium ſubro-
gare, vt in voce deducebant pro D. Dominico informantes;
neque quòd pactum illud, quòd commodum & incommo-
dum proueniens ex melioratione vel deterioratione, ſpe-
ctet ad conductorem, ſit ipſi conductori damnoſum, cùm
ad effectum, de quo agitur, ſatis ſit quòd ex ipſo non infe-
ratur, quod ſaluum ſit capitale, neque per illud excludatur,
quòd caſus fortuiti & mors naturalis animalium, facta ta-
men ſubrogatione debita, *vt ſuprà*, non cedant damno ip-
ſius locatoris, iuxta naturam locationis armenti, ſed quan-
do dabitur de læſione, tunc videndum erit, an prætenſa
læſio ſit conſiderabilis ac ſufficiens ad reducendum contra-
ctum, non quidem ſingula pacta de per ſe conſiderando,
ſed omnibus ſemel iunctis: quia licèt vnum pactum lædat
partem, eſſe poteſt quòd in alio releuetur, quod quidem
ſufficit ad iuſtificandum contractum, etiam in foro animæ,
vt bene explicat Corrad. de mente omnium Summiſtarum,
*in d. quæſt. 89 in 1. corollario, 4. concluſ. & per totam illam quæſtio-*
*nem, & in quæſt. 90. & 91.* Et ſufficit pro reſolutione propo-
ſiti dubij, quòd talis iniuſtitia in præſenti non deducatur,
quæ reddat ipſum contractum vſurarium, ſaltem ad effe-
ctum, de quo agitur, nempe ad retardandam obligationis
Cameralis iuramento vallatæ, & termini illius vigore ſu-
ſcepti executionem, quæ dicto caſu non retardatur, etiam
ſub prætextu vſuræ, niſi ſaltem ita apparens ſit, vt tergiuer-
ſari non poſſit, vt tradunt Abb. Felin. & alij *in cap. debitores,*
*de iureiuran.* Quo caſu multi ſcribentes, & ij quidem ma-
gnæ auctoritatis, voluerunt, ſoluendas eſſe vſuras, & eas
poſteà repetendas, &c.

## *ADDITIONES.*

S*Ia obligato a reſtituire.* In materia huius deciſionis vi- a
de omninò ſuprà *conſil. 54.* cum deciſionibus in eo in-
ſertis, vbi agitur de ſimili ſocietate pecudum, cum pacto,
quòd loco demortuarum ſubrogentur fœtus, & quòd re-
ſtituantur æſtimatæ.

*Qualis à partibus denominatur.* Pro hac cōcluſione, quòd b
ſcilicet contractus talis præſumatur, qualis à partibus de-
nominatur, addo Natt. *conſil. 49. num. 14. & 34. & conſil. 194.*
*num. 1. & ſeq.* Rub. Alexandri. *conſil. 142. num. 2.* Aym. *conſil. 20.*
*num. 4.* vbi ampliatur, etiam quòd in contrarium adſint ali-
quæ præſumptiones: pro qua ampliatione faciunt etiam
ſcripta per Aretin. *in conſil 55. in fine*, & per Roi. *conſil. 165.*
*num. 29. lib. 1.* & per Natt. *conſil. 607. num. 7. in fine, verſic. aut*
*conſtat, lib. 3.* & propterea dici etiam conſueuit, quòd qualis
ſit contractus & contrahentium intentio, cognoſcitur ex
verbis, ſecundùm Iacob. Æmilian. *conſil. 4. num. 5. & omnib.*
*ſeqq. in diſcurſ.* Roland. *conſil. 8. num. 1. & ſeq. lib. 1. & conſil. 61.*
*num. 5. & ſeq. & conſil 96. num. 14. lib. 2.* Neuiz. *conſi. 24. nu. 20.*

vbi

vbi ampliùs, quòd contractus talis præſumitur, qualis in ſua prima figura apparet.

Bene verum eſt, quòd ſi mens contrahentium & effectus ipſius cõtractus repugnat verbis & nomini in eo appoſito, cùm ipſe contractus iudicatur ſecundùm effectum ſeu mentem contrahentium, & non ſecundùm nomen & corticem verborum, ſecundùm Grat. *reſponſ.131.num.8. & ſeqq. libr.1.* Aym.*d.conſ.20.num.4.* Rub. Alexand.*d.conſ.142.num.2.* Villalob.*in commun.opinion.litera L, num.134.* Rolan.*conſ.8.num.31. lib.1. & conſ.61. num.33. & ſeqq. lib.2. & conſ.96.num.38. & ſeq. eod.lib.2. & conſ.69.num.40. & ſeqq.lib.3.*

c *A iure non reprobatur.* Sine dubio ſola venditio cum pacto de retrouendendo, à iure non improbatur. Verùm ſi cum pacto de retrouendendo concurrat modicitas pretij, nunquid contractus reddatur vſurarius? Eſt quæſtio multùm controuerſa à Doctoribus. Aliqui enim dixerunt, quòd ſic: aliqui autem contrarium tenentes, dixerunt, requiri etiam in contrahente conſuetudinem fœnerandi. Ideò ſi ſcire volueris quænam prædictarum opinionum vera ſit, & quando, videas omninò ad hanc materiam Ambroſ. de Vignat. *in c.ſalubriter, num.3. de vſuris,* Grat.*reſponſ.157.num.2 lib.2. & reſponſ.39.in princip.eod.lib.* Socin.iun.*conſ.50.nu.2.lib.1.* Grammat *deciſ.76.num.30.* Catell. Cott.*in memoral.in verſic.pactum, de retrouend.fol.mihi 508.in fine, aliàs 637.* Natt.*conſ.586. num.2.* Cagnol.*in l.2.C.de pactis inter emptorem & venditorẽ,* Couarr. *variar.reſolut.lib.7.cap.8.nu.4* Nouell.*reg.153.* Ioan.Bapt.Lup. *in tract.de vſur.comment.2.§ 1.num.29* Mynſing.*obſer.62.centur.3.* Villalob.*in commun. opin. litera V, num.68,* Capra *concl. 807.num.165. & ſeqq.vſque ad num.168.* deciſ.Pedemont.*41.per totam,* Alpharan.*in ſua collect.165.verſ.adde quòd* Roland.*conſ. 95.per totum, lib.2. & conſ.40.per totum, in diſcurſu, eod.vol. & conſ.58.num.1. & ſeqq.lib.4.* Cephal.*conſ.289. num 36. & ſeqq.* Michaël Graſſ.*in commun.opin.lib.1.cap.13.q.8.* Ioſeph.Ludou. *concl.51.verſ.prima coniectura eſt,* Maſcar.*de probat.lib.1.concluſ. 447.num.1. & ſeqq.* Vincen.Caroc.*in tract.de locato, tit.de vſuris, q.10.* Menoch.*de præſumpt.lib.3.præſumpt.122.num.30. & ſeq.*

*Famianus Centolinus V. I. D. Galeſij.*

## MELLINI.

*Romana Vineæ, die 16. Nouembris 1597.*

## ARGVMENTVM.

Pactum de mutando non facit inſtrumentum locationis vſurarium, quando penſio eſt iuſta.

## SVMMARIA.

*Locationis contractus eſt validus, quando penſio eſt iuſta, num.1. & in addit.litera a, vbi de materia.*

*Pactum de mutuando eſt licitum in inſtrumento locationis, quando penſio eſt iuſta, num.1.*

*Fructus vineæ ſunt incerti, num. 1.*

*Contractus non iudicatur vſurarius, niſi concurrant ea, de quibus remiſſiuè, num.1 in fine.*

## DECISIO CXIX.

1 DOmini † reſoluerunt, contractum locationis [a], eſſe va-
a lidum, quia penſio eſt iuſta, & pactum de mutuando appoſitum in contractu locationis non reddit eum illicitum, quando penſio eſt iuſta, Abbas *conſ.15.lib.1.* præſertim cùm fructus vineæ ſint incerti, & non concurrat aliud requiſitum ad probandum contractum vſurarium, Aym. *conſ. 145.num.10.*

## ADDITIO.

a *LOcationis.* Quòd in contractu locationis non cadat vſura, eſt text.*in cap.eiiciens, verſ.qui agrum, diſtinct.88.* plenè voluit Iacob.de Graff.*in ſuis deciſionibus caſ.conſcien. par.2.lib. 2.tit.de vſur.cap.24. num.29. & 30.* vbi plures reddit rationes huius concluſionis. Quæ quidem concluſio procedit non ſolùm, quando penſio eſt iuſta, vt hîc in deciſione, ſed etiam ſi fuiſſet iniuſta & exceſſiua, prout voluit Aym. *in allegato*

A *conſ.145.num.10.* & eſt ratio, quia quando quis in contractu locationis læſus eſt, datur ipſi læſo ordinarium remedium reſciſſorium, *l.2.C.de reſcind.vendit.* Gabr. qui alios refert *in tit.de empt. & vendit. concl.1. num.30. lib.3.* & ſic erit iſto caſu contractus inualidus & reſcindendus, non autem illicitus & vſurarius.

*Famian. Centolinus V. I. D. Galeſij.*

## ORANI.

*Neapolitana Aromandiæ, Veneris 28. Nouembr. 1597.*

## ARGVMENTVM.

Redempta ab hoſtibus in bello, vel extra bel-
B lum à latronibus & piratis, an & quando ſint reſtituenda dominis rerum redemptarum, cum ſolutione pretij in redemptione exburſati, vel ſine eo?

## SVMMARIA.

*Occupata in bello ab hoſtibus, ſi in eorum poteſtate aliquo tempore fuerunt, irreuocabiliter efficiuntur recuperantium, ſecus ſi ſtatim, num.1.*

*Redempta ab hoſtibus extra caſum belli, reſtituto pretio, reſtituenda ſunt eorum domino, num.1.in fine.*

*Furata res ſeu merces, ſi à furibus & latronibus recuperentur, domino earum non reſtituuntur, niſi reſtituto pretio, dummodò illud fuerit modicum, & veriſimile, num.2.*

C *Piratæ in mari non dicuntur hoſtes, ſed latrones, num.3. vbi declaratur.*

*Vſucapi non poſſunt capta à latronibus, quia vitio furti affecta ſunt, nec tale vitium purgatur, etiam quòd deinde ad manus hoſtium peruenerint, & ab illis fuerint empta, num.4.*

*Capti à latronibus non mutant ſtatum, ſicut capti ab hoſtibus num.4. in fine.*

*Statutum irrationabile non valet, num.5.*

## DECISIO CXX.

ANtonius Darmatius † Imperio Turcæ ſubditus, in 1
inſula Chios exiſtens, Paulo Politio Nauis Cabiæ inſtitori conſignauerat Cantariæ 1350. & vltra Oterbæ Vallonceæ Anconã vehenda; verùm Politius cùm ſinum Adria-
D ticum fuiſſet ingreſſus, nauim à piratis expugnatam & Dyrrachum traductam poſtmodùm redemit, & ad ciuitatem Anconæ conduxit, vbi diſtractis mercibus tanquam, vt prætendebat, ſibi per earum redemptionem acquiſitis, & à Darmatio demùm in hoc ſacro Auditorio iudicialiter conuentus, cauſſam dedit dubio, an ad reſtitutionem mercium, vel ad earum pretium teneretur? Pro cuius faciliori reſolutione Domini diſtinxerunt materiam in ſequentes caſus, nempe quòd aut agebatur de redemptione mercium facta per Politium ab earum Dominis per hoſtes aut per latrones & piratas occupatarum; & primo caſu indubitatum eſſe, in bello occupatas, poſtquàm in poteſtate hoſtiũ aliquo tempore fuerint, irreuocabiliter effici recuperantium, ſecus ſi ſtatim, vt eſt text. *in l.ab hoſtibus, la 2.C.de poſtlimin.reuerſ.* quod bene ibi declarat Bald. *in verſicu. ſi autem recuperata fuiſſet,* & Salic.*num 3.* Alexand.*in l.5.num.4.ff.de*
E *acquir.poſſeſ.* extra autem caſum belli pretio dato redemptas reſtituto pretio domino reſtituendas eſſe, *l.in bello, §. ſi quis ſeruum. ff.eod.tit.*

Aut † verò de mercibus à piratis ſiue latronibus furatis, 2
& ab aliis redemptis; & hoc caſu redemptori earum reſtituendum eſſe pretium, dummodò illud ſit modicum, ita quòd videatur vtiliter Domini negotium geſſiſſe, & conſtet ex probabili coniectura, quòd Dominus veriſimiliter pro tali pretio eas recuperaſſet, ita in terminis Hoſtienſ. *in ſumm.de pœnit. & remiſſ.§.quod de prædam ementibus, verſicu. quid ſi quis emat;* quem ſequitur Cepoll.*cautel.10.in fine,* Iaſ. *in l.ſi pretium, C.de procurat.* Natt.*conſil.436 num.5. verſicu. poſtremò aduertendum.* Alcia.*de præſumpt.reg.3.præſump.29.nu.4.* Boſſ.*tit.de furt.num.50.* Clar.*in prax.crim.§.furtum, verſic.ſed hic incidenter,* Ioan.Lup.*in rubr.de donat.§.65.num.57.* Couar.

* *in cap.porrectum.par.2.§.12.num.5.* vbi de magis * communi, A
dec.Ianuen.102 *num.3.* & eſt tex. *in cap.rapinam,num.14.q.5.*
3 Cùm † igitur iſte videretur caſus præſentis quæſtionis,
concluſerunt, quòd Darmatio merces per Politium à piratis
redemptæ, vel earum pretium, recuperata tamen pro rata
pretio piratis exburſato, reſtitui debeant, habita ratione va-
loris nauis recuperatæ, & omnium mercium exſiſtentium
in dicta naui, ita vt Darmatius ſolùm pro rata ſuarum mer-
cium concurrat, maximè quòd Darmatius, vt fuit præſup-
poſitum, eſt ſubditus Imperio Turcarum, nauis etiam Con-
ſtatinopolitana, ac capta in ſinu maris Adriatici intra do-
minium Venetorum, qui cum Turca fœdere pacis potiun-
tur, adeò quòd occupatores nec perſonæ reſpectu, nec na-
uis, nec loci, poterant dici hoſtes, ſed meri latrones, *l.non du-
bito,quin fœderati,ff.de captiu.l.hoſtes*, & ibi Alciat. *de verb.ſi-* B
*gnif.* quia, vt deponunt teſtes Politi, iſti piratæ nullum inter
nauigãtes cõſtituũt diſcrimẽ, *perche robbano amici, & inimici.*
4 Hinc † fit, quòd capta à latronibus, tanquàm vitio furti
affecta, vſucapi non poſſunt, *l.latrones, ff.de capti.* intantùm
quòd non purgatur vitium, etiamſi deinde ad manus hoſtiũ
peruenerint, & ab illis empta fuerint, & qui à latronibus de-
tinentur, non vt ab hoſtibus capti ſtatum mutant, *l.qui à la-
tronibus, ff.de teſtam l.2.§.à piratis, ff.de capt. & poſtlim.reuerſ.*
5 Non obſtant *l.mulier in opus, & l.ſi quid bello captum, ff.de
capt.* quia illa diſponit, quòd reſtituto pretio res reuertatur
ad primum dominum; hæc verò loquitur de captis ab hoſti-
bus. Minùs etiam ad propoſitum facit ſtatum Barchinonen.
287. quoniam intelligendum eſt, vt procedat, quando res a-
lienæ ab hoſtibus occupantur, non autem quando à piratis; C
& hoc vt non recedatur à diſpoſitione iuris: nam aliàs ſi ve-
limus extenſionem recipere ad perſonas latronum, ſtatutum
tanquàm irrationabile non valeret, vt per Ioan. Fabr. *in l.in
ciuilem, C.de furt.* Capell. Tholoſ. *deciſ.151.* Salomon *in repet.
l.omnes populi, ſub num.9.de iuſtit. & iur.* & ita deciſum.

## LITTÆ.

*Vlis bonen. Beneficij, 16. Ianuarij* 1598.

### ARGVMENTVM.

Clericus recurſum habens ad curiam ſecula-
rem pro impedienda exſequutione iuſtitiæ ordi-
narij, incidit in excommunicationem *Bullæ in Cœna
Domini*, & efficitur incapax fructuum beneficij.

### *SVMMARIVM.*

*Recurſum habens ad Iudices laicos ad impediendam exſequutio-
nem ordinarij, incidit eo ipſo in excommunicationem, & eſt in-
capax fructuum beneficij, num.1.*

## DECISIO CXXI.

1 DOmini † cum præſuppoſito, quòd iura ſint in forma
probanti, de quo particulariter videndum erit, reſol-
uerant, capitulum non teneri ad aliquos fructus, ea moti ra-
tione, quia ex deductis pro capitulo *in ſumm.num.2.* conſtat
Hieronymum Granam ad impediendam iuſtitiæ proprij
ordinarij exſequutionem ad Iudices laicos habuiſſe recur-
ſum, quo fit vt & ipſe inciderit in excommunicationem, de
qua *in Bulla Cœnæ Domini*, & per conſequens effectus fuerit
incapax dictorum fructuum, Put. *deciſ.28.lib.1.* Docto. com-
muniter, *in cap.paſtoralis, §.verum, de appellat.* cum aliis hîc per
informantes pro capitulo deductis, ad quæ, &c.

## ORANI.

*Brixien. Clericatus S. Martini, die 26. Ianuarij* 1598.

### ARGVMENTVM.

De mandato de manutenendo, de recurſu ad
curiam ſecularem, & de nullitate Decreti ob non
tranſportationem actorum, aliqua notanda de
quibus in ſummario.

### *SVMMARIA.*

*Mandatum de manutenendo fundatum in poſſeſſione dicitur
iuſtum, num.1.*

*Nullitas decreti ob non integram tranſportationem actorum, non
attenditur in poſſeſſorio ſummariiſſimo, vbi præſertim ſuperue-
nit timor ſcandali, num.1.*

*Mandatis Rotalibus non obediens, incidit in pœnas in eo com-
minatas, num.2.*

*Recurſus ad curiam ſecularem præſumitur obtentus ab eo, de cu-
ius intereſſe agitur, nu.2. & in addit. litera* a, *vbi de materia.*

*Recurſus ad curiam ſecularem eſt improbatus, etiam ad impe-
diendam executionem alicuius mandati nulliter relaxati, n.3.*

*Acta integra debent tranſportari duplici ratione. Primò, vt ve-
ritas rei geſtæ cognoſci poſſit. Secundò, ne iudicij ordo peruerta-
tur, num.4.*

*Delictum præſumitur commiſſum ab eo, in cuius commodum &
vtilitatem redundat, in addit. litera* a, *in princip.*

*Delictum ad meam vtilitatem commiſſum præſumitur me ſciente
& mandante commiſſum, in addit. litera* a, *verſic. primo, & in
verſic. fin. vbi an hæc præſumptio ſufficiat ad torturam.*

*Falſitas vel occultatio & ſubreptio ſcripturarum præſumitur ſem-
per facta ab eo, cuius commodo talis falſitas & ſubreptio cedit,
in addit. litera* a, *verſic. ſecundo, & ſeqq. vbi etiam an talis
præſumptio ſufficiat ad torturam.*

## DECISIO CXXII.

C DOmini † tenuerunt, mandatũ de manutenendo Ioan. 1
Franciſcum S. Agneſium in poſſeſſione clericatus S.
Martini non eſſe reuocandum, quia fecit inſtrumentum in
poſſeſſione ſcilicet fundatũ, de qua docuit per inſtrumen-
tum, *ad l.prædia, ff. de acquir. poſſeſſ.* & licèt prætenderetur
nullum ſub prætextu, quòd fuiſſet decretum, non tranſpor-
tatis actis integris, nihil fuit dictum ad effectum illud re-
uocandi, cùm in iudicio ſummariiſſimo concedi ſoleat, nul-
litatem huiuſmodi non attendi. Quod etiam declarauit
Rota coram Illuſtriſſ. D. Cardinali Plato in vna Mediolan.
Parochialis præſertim, quando timor ſuperuenit alicuius
ſcandali, vt hoc caſu, vt fuit deciſum in vna Caleguritan.
iuris notandi coram Illuſtriſſ. D. Blanchetto.
Dandam † verò declaratoriam contra Petrum de Du- 2
D rantibus, qui non obſtan. inſtitutione eius ſibi facta, nedum
non docuit illi paruiſſe, iuxta *cap.tuæ, in fin. vt lit. non conte-
ſtata, & in cap.1.num.*10. & Rip. *ſub num.29.de iudic.* Mohed.
*deciſ.147.* ſed quod priùs eſt, per recurſum ad iudices ſecu-
lares pro impedienda illius executione, cõtraueniſſe. Quo-
niam hic recurſus præſumitur obtentus ab eo, de cuius in-
tereſſe agitur [a], Bart. *in l.fin.ff.de quæſt.* vltra quod ex libello a
ſupplici porrecto Prætori Brixien. liquet de facto proprio.
Præterea †, quando mandatum fuiſſet nullum, meritò 3
ad declaratoriam deueniendum eſt; cùm non debuerit con-
fugere ad iudices ſeculares, ſed parendo mandatis ſupremi
huius tribunalis, ad hoc pro obtinenda eius reuocatione
recurrere, Rota *deciſ.26.num.3.de appell.in antiq.*
Quæ † opponebantur de defectu iuriſdictionis eius, qui 4
non tranſportatis integris actis mandatum relaxauit, non
ſubſiſtunt de iure; nam ideò eorum tranſportatio requiri-
E tur, vt veritas rei geſtæ cognoſci poſſit, *l.ne cauſſas, l.iudici-
bus, l.eos, §.ſuper his, C.de appellat.* & ne iudicij ordo peruer-
tatur, Bald. *in l.2.num.6.* & ibi Purpur. *ſub num.66.C.de eden.*
Aliàs ſi defeciſſet iuriſdictio in relaxante mandatum, pari-
ter & in illud reuocare volente, idem eſſet dicendum.

### *ADDITIO.*

DE *cuius intereſſe agitur.* Generale enim eſt, quòd deli- a
ctum præſumatur commiſſum ab eo, in cuius com-
modum & vtilitatem redundat, ex allegatis per Campeg.
*in tracta.de teſtib.reg.394.verſicu. ſexto ille præſumitur.* Prout
etiam & delictum ad meam vtilitatem commiſſum, præſu-
mitur me ſciente & mãdante commiſſum, ſecundùm com-
munem, de qua teſtatur Bero. *in conſil.118.cum Alphonſus, nu.
22.lib.3.* prout illum refert & ſequitur Lancellot. *de attentat.
cap.1.num.*80. *& ſeq.* Sic & falſitatem commiſſam eſſe ab eo,
cuius commodo & vtilitati ipſa falſitas cedit, ſcripſerunt
Alber.

Alber. *in l.2 §. ſi quis in ſuo, ff. ne quid in loco publico*, Grat. *conſ.* A
*50. num 7. lib. 1. & conſ. 37. num. 11. lib. 2.* Natt. *conſ. 314. nu. 10 lib. 2.*
Ferran. Gargiar. *conſ. crimin. diuerſor. 123. num. 7. & 8. lib. 1.* Boſſ.
*in tit. de indic. num. 58.* Honded. *conſ. 96. & ſeq. in diſcurſu, lib 2.*
Et hinc etiam ſequitur, quòd ſurreptio ſeu occultatio ſcri-
pturarum præſumitur facta ab eo, ad cuius commodum ea-
dem ſurreptio cedit, Boſſ. *in tit. de indic. num. 63.* Maſcar. *de pro-
bat. lib. 2 concl. 831. num. 12.* Franc. Becc. *conſ. 70. num. 21.*
Verùm an hæc præſumptio de ſe ſola ſufficiat ad torturam,
necne, vide Blanch. *in tracta. de indic. num. 422.* & Boſſ. *in tit. de
indic. num. 63. in diſcurſu.*

*Fam. Cent. V. I. D. Galeſij.*

## ORANI.

*Cathanien. antiquæ legitimationis, Lunæ 23. Febr. 1598.* B

### ARGVMENTVM.

Teſtibus mortuis quando credendum ſit? Et
quando etiam falſitas præſumatur ex apoſtilla di-
uerſo atramento in margine alicuius ſcripturæ re-
perta?

### *SVMMARIA.*

*Teſtibus mortuis an ſit adhibenda fides. num. 1. & in addit. lit. a.*
*Apoſtilla à Notario appoſita in margine proceſſus ſine approbatio-
ne Iudicis, fidem non facit num. 1.*
*Teſtes ſine iuramento non probant, num. 1.*
*Apoſtilla, quæ caret ſolemnitatibus & ſubſcriptione. num. 1. in fine.* C
*Falſitatis vehemens inſurgit præſumptio ex apoſtilla in margine
proceſſus appoſita ſine ſubſcriptione & ſolemnitatibus, num. 2.*
*Falſitatis præſumptio ſufficit in ciuilibus ad infirmandam probatio-
nem alicuius ſcripturæ. num. 2. & in addit. litera* b.
*Atramenti diuerſitas inducit præſumptionem, quòd ſcriptura fuerit
facta diuerſo tempore, num. 2.*
*Falſitas duæ præſumptiones ſufficiunt ad tollendam fidem ſcriptu-
ræ, num. 2. in fine.*

## DECISIO CXXIII.

IN † cauſſa Cathanien. antiquæ legitimitatis propoſui du-
1 bium, ſtantibus hinc inde deductis; An teſtibus mortuis [a]
a eſſet adhibenda fides, & Domini quoad eos, quorum iura-
menta fuerant à Notario in margine proceſſus ſine iudicum
approbatione adnotata, concluſerunt, nullam eſſe adhiben-
dam fidem, circa verò reliquos, quia diuerſæ eſſent circun- D
ſtantiæ, non potuit capi reſolutio. Deciſionis fundamentum
fuit, quia teſtes ſine iuramento non probant, *c. fraternitatis, de
teſtibus l. iuſiurandum, C. eod.* Non poſſunt autem iuramenta
eorum probari ex apoſtilla, quæ caret ſolemnitatibus & ſub-
ſcriptione, Bald. *in l. ſi vnus, num. 2.* vbi Angel. *num. 2.* Caſtr.
*num. 5.* Alexan. *num. 8.* Iaſ. *ſub num. 18, C. de teſtam.* Caſtr. *conſ. 232.
num. 2. lib. 2.* Dec. *conſ. 399. num. 8.*
2 Et † augetur maximè, quòd ex illa inſurgit vehemẽs præ-
b ſumptio falſitatis, quæ ad infirmandam probationem [b] ſuffi-
cit, quando ciuiliter agitur, vt fuit celebre dictum Archid.
*in c. in memoriam, num. 12. diſtinct.* 19 & ibi Gemin. ſequitur
Natta, *conſ. 315 num 14.* & hîc triplex concurrit præſumptio,
nempe iuramentum præmiſſo modo in margine ſcriptum
cum diuerſo atramento, Ruin. *conſ. 68. num. 5. lib. 4.* Curt. iun.
*conſ. 52. num. 13. in fin.* Cephal. *conſ. 287. num. 18* quod facit exci- E
tare tertiam præſumptionem, videlicet quòd fuerit diuerſo
tempore ſcriptum, ad trad. per Bal. *in l. noſtram, num. 2. C. de
teſtam.* & fuit dictum coram R. P. D. Corduba in vna Tole-
tana Primiceriarum, cùm tamen, vt tradit Aym. *conſ. 134. nu.
39.* duæ ad hunc effectum ſufficiant præſumptiones.

### *ADDITIONES.*

a MOrtuis An teſtibus mortuis credendum ſit, & quan-
tùm, & quid in ciuilibus, & quid in criminalibus, vide
omninò D. meum Farinac. *in tract. de teſtibus, quæſt. 72. nu-
mer. 29. & ſequent.* vbi in propoſito refert etiam alias Rotæ
deciſiones.

A *Probationem.* Ad comprobationem huius concluſionis, b
quòd ſcilicet quando agitur ciuiliter, præſumptiones falſi-
tatis habeantur pro plena & concludenti probatione, vide
etiam Dec. *conſil. 175. num. 4.* Neuiz. *conſil. 8. num. 38.* Card. Alb.
*conſil. 33. per totum*, Bertaz. *conſil. 91. num. 31. & ſeqq. lib. 1.* Capu-
taquen. *deciſ. 4. num. 1. par. 2.* vbi loquitur, quando ſuſpiciones
falſitatis ſunt vehementes & ad eundem rei finem tenden-
tes, *& deciſ. 207. num. 3. par. 1.* Cephal. *conſil. 287. num. 5. & ſeqq.
& num. 40. & 47. & conſil. 338 num. 21. & ſeqq* Clar. *in pract. §.
falſum verſic. trita eſt concluſio*, Gabriel. *lib. 7. concluſ. 6. nu. 4 5.
& 12.* Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Lucen. 15. num. 65. & ſeqq.* Ioan.
Petr. Surd. *conſil. 132. num. 62.* Achill. Perſonal. *de adipiſc. poſſeſ.
num. 142.* Menoch. *in l. fin. nu.* 700 *C. de edict. diui Adria tollen.
& de præſumpt. lib. 1. quæſt. 99. nu. 5.* Decian. *conſil* 100. *num. 9. &
num. 11.* Aymo. *conſil. 134. num. 26.* Oſaſch. *deciſ. Pedemont. 117.*
B *num. 7.* Boſſ. *in tit. de falſis, num 137.* Maſcard. *de probat. lib. 2.
concluſ 739. num. 1. & ſeqq.* quorum plerique teſtantur de
* communi opinione, & quidem ſine dubio ita paſſim in *
practica ſeruatur. Imò quando præſumptiones ſunt vehe-
mentes, vidi etiam quandoque inquiſitos in pœnam extra-
ordinariam, pecuniariam ſcilicet, condemnatos; potiſſi-
mùm, quando idem inquiſitus aut propter infirmitatem,
aut aliqua alia de cauſſa, non potuit torqueri, & forſan nõ
eſt mala practica: ad ea quæ ſcripſerunt Aym. *conſil. 73. nu. 19.
verſi. quod procedit*, Bertaz. *conſil. 91. nu. 25. lib. 1.* idem Menoch.
*de præſumpt. 99. num. 11. in fine iuncto num. 19 pariter in fine*, Io-
ſeph. Ludouic. *d. deciſ. Lucen. 13. num. 50.* vbi videtur teſtari
de * communi opinione. *

*Faman. Centol. V. I. D. Galeſij.*

## GIPTII.

C

*Romana de Stoch. die 9. Martij 1598.*

### ARGVMENTVM.

An & quando cauſſa ciuilis ſit præiudicialis
criminali, & quando etiam pendentia eiuſdem
cauſſæ ciuilis faciat ſuperſedere in eadem cri-
minali cauſſa.

### *SVMMARIA.*

*Interdictum quorum bonorum non datur aduerſus eum, qui poſ-
ſidet, & titulum habuit à defuncto, num. 1.*
*Cauſſa ciuilis eſt præiudicialis criminali, quando reſolutio & de-
terminatio cauſſæ criminalis pendet à reſolutione & determi-
natione cauſſæ ciuilis, num. 1. & generaliter quando vna cauſſa
ſit alteri præiudicialis, in addit. litera* a.
*Cauſſa criminalis ſi fuerit mota poſt cauſſam ciuilem, quæ ipſi cri-
minali cauſſæ præiudicialis ſit, debet omninò in criminali ſu-
perſederi, donec ciuilis terminetur, num. 2. & in addit. litera* b,
*vbi generaliter de materia.*

## DECISIO CXXIV.

LAtæ † fuerunt duæ ſentẽtiæ contra Margaritam agen- 1
tem interdicto, *quorum bonorum* cùm huiuſmodi inter-
dictum non detur aduerſus eum, qui poſſidet & titulum
habuit à defuncto, Bartol. & alij *in l. 1. ff. quorum bonorum*,
Decian. poſt alios *in l fin. num. 41. C. de edict. diui Adriani
tollen.* & dum Petrus Campi donatarius reus conuentus
apud me inſtabat pro tertia ſententia confirmatoria & ab-
ſolutoria ab impetitis; Margarita obtinuit per iudicem,
criminaliter eundem condemnari in pœnam vitij litigio-
ſi, ſub eo prætextu, quòd ipſe acceptauerat, lite pendente,
donationem bonorum, de quibus agitur, eidem tamen an-
te litem motam in partibus Germaniæ factam.
Quapropter † iuxta decretum in ſignatura obtentum 2
dubitaui; An cauſſa ciuilis ſit præiudicialis criminali [a], ita a
vt in iſta ſuperſederi deberet, donec ciuilis determinaretur,
& dicta die vtraque parte informante eſſe præiudicialem,
Domini reſoluerunt. Reſolutionis ratio facit, quia cùm in
iudicio ciuili ſuper validitate donationis pluries diſcurſum
fuerit, & ab eius validitate pendeat cauſſa criminalis, priùs
determinanda eſt cauſſa ciuilis. Nam ſi Rota confirmauit

dictas

dictas ſententias Rotales,& tunc per rem iudicatam ceſſabit A vitium litigioſi,& conſequenter cauſſa criminalitatis, Rota *deciſ.10.num.30.vt lite pendente,in nou.* Mill. *in repert.in verbo, lis finitur*, Scarlatin.*inter conſ.*Bero.*conſ.182.num.26.lib.1.* Bart. Salic.& alij per informantes citati, aut apparebit, donationem non ſubſiſtere,& tunc quæritur,an Petrus illam acceptando incurrerit vitium litigioſi, meritò in cauſſa criminali eſt ſuperſedendum [b], vt per multa exempla declarat Aym.*conſ.280.num.1.& 2.*Put.*deciſ.98.lib.1.*

## *ADDITIONES.*

a *PRæiudicialis criminali.* Cauſſa ciuilis dicitur præiudicialis criminali,& contrà pluribus modis, de quibus lectorem remitto ad trad.per D.meum Farin. *in ſua Pract.crim. par.2. tit.de var.ac diuerſ.quæſt q.100. num.78. & ſeqq.iuncto num.128. & 130.*

b *Eſt ſuperſedendum.* Ad hanc materiã vide pariter eundem Dom.meum Farinac *vbi ſuprà d.q.100.num.58. & omnib.ſeqq. c.2.per totum,& c.3.pariter per totum,num.119.& omnib.ſeqq* vbi non ſolùm reperies ad ſaturitatem diſcurſum,an & quando per pendentiam cauſſæ criminalis ſit ſuperſedendum in ciuili,& econtrà, ſed etiam an & quando is, qui ciuilem poſuit actionem,poſſit eodem,vel diuerſo tempore eandem actionem criminaliter proponere, & econtrà titulus ille *de variar.& diuerſ.quæſt.* non eſt adhuc impreſſus, ſed quando imprimetur,eius lectura lectoribus non diſplicebit.

*Famianus Centolinus V. I. D. Galeſij.*

## CORDVBÆ.

*Mediolanen.ſimulationis contractus,3. Aprilis 1598.*

## ARGVMENTVM.

Rubrica huius deciſionis videtur ſimulationis materiam reſpicere,ſed verè aliud in ea non tractatur,niſi de quibuſdam exceptionibus aduerſus teſtes oppoſitis.

## *SVMMARIA.*

*Teſtis coniunctus non probat pro coniuncto,num.1.*

*Teſti valdè amico valdè de fide diminuitur,num.1.*

*Teſtis fideiuſſor non probat deponendo pro eo,pro quo fideiuſſit,quãdo habet intereſſe in cauſſa occaſione ſuæ fideiuſſionis,num.1.* D

*Teſtis pauper repellitur & non repellitur arbitrio Iudicis, attentis circunſtantiis perſonæ,num.4.*

*Teſtis,qui fuit famulus,ſed tempore depoſitionis non eſt ampliùs famulus eius,pro quo deponit,eſt idoneus,num.4.& in addit. lit. a,vbi de materia.*

*Teſti ſubornato non creditur in eo,quod deponit ſe ab alio fuiſſe ſubornatum,num.5.& in addit.lit.b,vbi de materia.*

*Teſtis de falſo condemnatus & miſſus ad triremes,nihil probat,n.5.*

*Teſtis concubinarius laicus,& non notorius adhuc probat, num.6. & in addit.lit.c,vbi de materia.*

*Teſtis amicitia cum producente, ipſum non repellit,niſi ſit immoderata,num.6.& in addit.lit.d,vbi de materia.*

## DECISIO CXXV.

1 CVm † plures examinarentur teſtes ſuper continuatione ſocietatis auri & argẽti filati per D.Ioan.Baptiſtam de Scanis, dubitaui an illis eſſet fides adhibenda & quantùm? Et quoad fratres de Caſatis fuit reſolutum, illos eſſe repellendos,tum quia ſunt coniuncti cum Io.Baptiſta,*c.2.c. accuſatus,3.q.5.*Abb.*in c.fin.num.12.verſ.ſi verò teſtes, de iureiuran.*Bal.*in cap.2.in fi.verſ.ſimiliter,de probat.*Hippol. *in l,admonendi,num.178.ff.de iureiuran.*Ægid. *in prax.de oppoſ. contra teſtes, num.105.* tum etiam, quia vltra dictam coniunctionem concurrit magna amicitia,quæ multùm minuit de fide,Cotta *deciſ.50. & 51.* Et vltimò hæc ſententia Dominis placuit, ſtante fideiuſſione pro notabili sũma pro ſocietate per ipſos facta:multùm enim eorum intererat illius continuatio;nam ſi diſſolueretur, nullum recurſum haberent contra ſocieta-

A tem,ſed ſolùm contra Ioan.Baptiſtam, ad cuius inſtantiam interceſſerant, & ſtante damno, quod ſibi poſſet euenire, cùm iam eſſet mota lis à Cuſano occaſione obligationis fideiuſſoriæ,meritò illorum fides reiicitur,ad conſ.Ang.296. *num.2.* Bart. *in l.differre,num.2.verſic. quandoque ad eum ſpectat, ff.de iureiurand.*

Nec † placuit fundamentum ex aduerſo retortum,quòd 2 eis magis eſſet credendum,quia ſi non aderat ſocietas, non intrabat illorum obligatio; nam hæc indagatio non ſpectabat ad Cuſanum,cui ſatis erat,quòd dederit ſocietati,& illi fuerit aſſecuratum per dictos fratres de Caſatis, & inde hoc onus, an duraret vel non dicta ſocietas,illis potiùs incumbere debuiſſet in euentum quòd fuiſſet neceſſarium.

Quo † verò ad Hieronymum Camponum,ſtante quòd 3 B fideiuſſio facta per illum reſpectu cuiuſdam depoſiti, non habuit effectum hæc exceptio, quia non multùm videbatur releuans,fuit reſeruata ad arbitrium Dominorum.

Idem † fuit reſolutum circa Antonium Baietanum,cùm 4 teſtis pauper repellatur vel non, arbitrio iudicis, attentis circunſtantiis perſonæ. Gabriel. *de teſtibus concluſ.18. in fin.* Couarr. *variar.reſolut.lib.2.cap.6.num.8.*Menoch.*de arbitrar. lib.2.caſu 65.num.11.12.* Quòd verò ſeruierit Ioan. Baptiſtæ, nihil faciebat,cùm fuiſſet ante tempus depoſitionis [a], *l.ſeruus,§.final.ff.de verbor.ſignificat.* a Specul.*de teſtib.§.1.num.12.* Capell.Tholoſ. *quæſt.4.nu.3.* Et licèt de illo tempore ſeruiret D.Cuſano, tamen cùm ipſe Cuſanus eſſet ſecurus ſtante fideiuſſione,& etiamſi ſocietas non duraſſet, probauerat ſuam intentionem, ceſſabat ſuſpicio, quia non egebat opera iſtius teſtis.

C Contra † Franciſcum Bernardum opponebatur, quòd 5 ſubornauerat teſtem ad dicendum falſum, ſed de hoc non conſtabat,niſi ex depoſitione ſubornati [b],cui non erat cre- b dendum,vt fuit dictum in cauſſa Parmen. ſtatus, ſed quia ipſe Franciſcus fuerat condemnatus de falſo, & miſſus ad triremes, licèt non haberet hanc exceptionem tempore examinis, quod ſufficere videbatur, ad Caputaq. *deciſ.76. par.1.* Bart.*in l.furti,§.1.num.5.ff.de his,qui not.infam.* & huius teſtis fides fuit reſeruata ad arbitrium Dominorum, & quatenus eius dictum corroboretur ab aliis.

Contra † Franciſcum Ferrerium opponebatur de con- 6 cubinatu [c], ſed cùm ſit laicus & non notorius, hæc exce- c ptio non releuabat,Felin.*in cap.teſtimonium,num.9.verſic.& ex iſtis infertur de teſte*, & quatenus obiiciebatur,quòd eſſet Procurator Ioan.Baptiſtæ,de hoc non apparebat,& illa alia exceptio de criminibus & amicitia, cùm de illis non conſtet,& amicitia non repellat teſtem, niſi ſit immoderata [d], d Specul.*in tit.de teſt.in princip.verſic.amicus autem*,Bald.*in cap. 1.num.3.de teſtib.* Roman.*conſil.420.num.2.* Vltra quod non erat cum Ioan.Baptiſta, ſed cum illis de Caſatis; huius tamen teſtis fides fuit reſeruata arbitrio Dominorum.

Oppoſitio † aduerſus Alexandrum iuratũ quòd eſſet.. 7 Ioan.Iacobi,& quòd haberet computa cum Ioan.Baptiſta, & cæteræ aliæ exceptiones contra alios teſtes oppoſitæ fuerunt per Dominos eorum arbitrio reſeruatæ, quia vel non probantur, vel non plurimùm videbantur releuantes.

## *ADDITIONES.*

*ANte tempus depoſitionis.* Pro hac eadem concluſione, a vide plures Doctores allegatos per Dominum meum E Farinacium *in tract.de teſtib.quæſt.55.num.145.& plurib.ſeqq.* vbi eam ampliat,eo modo limitat & declarat tribus modis. Inter quas quidem limitationes ea eſt præcipua,quòd non per hoc teſtis, qui famulari deſiderat tempore depoſitionis, ſit omni exceptione maior,& præſertim quando is famulus, licèt licentiatus,talis ſit,in quo durat etiam poſt famulatum reuerentia & amor erga ſuum dominum,ex ſurdo, quem allegat *in deciſ.*Mantua.219. *poſt num.4.*& eſt notabilis declaratio.

*Ex depoſitione ſubornati.* Subornati teſtis depoſitio in qua b aſſerit ſe ſubornatum & corruptum;an corruptionem probet nécne, plenè explicat & ad partes diſputat Dom. meus Farinac. *in pract.crim. par.1. titu.de indic. & tortur.quæſt.455. num.1.& ſeqq.* vbi firmata concluſione, negatiuè eam ampliat,limitat & declarat pluribus modis.

*De*

c *De concubinatu.* Teſtis cõcubinarius, ſiue clericus ſiue laicus ſit, à teſtimonio repellitur, ex allegatis per D. meum Farinac. *in ſuo tract. de teſtib. q. 56. num. 284. & ſeqq.* vbi *num. 286.* ampliat hoc procedere tam in clerico, quàm in laico, ſed Rota in hac deciſione declarat, dummodò concubinatus ſit notorius, ſecus ſi occultus, & declaratio bene procedit in ciuilibus, prout loquitur hîc Rota; ſed in criminalibus non tranſiret ſine difficultate, per ea, quæ bene ponderauit D. meus Farinac. *d. q. 56. num. 291.* & Specul. quem allegat *in tit. de teſt. §. 1. num. 24. verſ. nam occultis.*

d *Niſi ſit immoderata.* Voluiſſe videtur hîc Rota, quòd amicitia immoderata repellit teſtem à teſtificando, ſecus autem ſi amicitia ſit leuis, quia tunc nec etiam videtur operari, vt teſti fides diminuatur. Et idem etiam voluerunt plures Doctores relati à D. meo Farinac. *in tract. de teſtib. in q. 55. n. 236. & ſeqq.* ſed verior & communior videtur opinio eorum, qui dixerunt, amicitiam ſiue maximam, ſiue leuem, nunquàm repellere teſtem à teſtificando; ſed bene facere, vt is non reputetur integræ fidei, & de illius fide diminuatur, iuxta qualitatem amicitiæ, Iudicis arbitrio, vt per eundem D. meum Farinac. *d. q. 56. num. 39. & ſeqq.*

*Fam. Cent. V. I. D. Galeſij.*

## ORANI.

*Sutrina Monaſterij, 29. Aprilis 1598.*

### ARGVMENTVM.

Legatum pium quando deuoluatur fabricæ ſancti Petri, ob eius incertitudinem ſeu negligentiam in illud adimplendo, vel exſequẽdo, indéque ſubſequuta tranſactio, quando valeat in præiudicium legatarij. Et quòd inter litigantes probatur eo ipſo quòd eorum alter citatus nihil reſpondet, cùm reſpondendo potuiſſet agentem repellere.

### *SVMMARIA.*

*Contractus fabricati per heredes teſtatoris cum adminiſtratoribus fabricæ ſancti Petri de Vrbe, habent vim contractuum fabricatorum cum Camera Apoſtolica, num. 2.*

*Contrahens cum Camera Apoſtolica dicitur ſecurus, num. 2.*

*Papam voluiſſe aliquid agere in præiudicium aliorum, inueriſimile eſt, num. 2. in fine.*

*Qualitas diſpoſitionis, vbi non adaptatur, ibi diſpoſitio locum non habet, num. 3.*

*Legatum pro conſtruendo monaſterium eſt certum & validum, n. 5. vbi etiam quando legatum dicatur certum, ſeu incertum, & in addit. lit. a, vbi de materia.*

*Certum dicitur non ſolùm id, quod proprio nomine appellatur, ſed etiam quod nomine officij, vel alia deſignatione demonſtratur, num. 5. in fine.*

*Legatum ab initio incertum poteſt à futuro euentu reddi certum, & valet, num. 6.*

*Caducitas non nocet, quando ante illius declarationem fuit purgata, num. 7. in fine.*

*S. Franciſcus tres ordines inſtituit, vnum fratrum Minorum, ſecumdum ſanctæ Claræ, tertium conuentualium, num. 8.*

*Tranſactio facta ſuper re clara non valet, num. 9.*

*Colluſio præſumitur, quando citatus tacet, & nihil opponit, num. 9. in fine.*

## DECISIO CXXVI.

1 LVius † Florauantes ſuo teſtamento diſpoſuerat, quòd in ſuburbiis oppidi Bracciani ædificaretur Monaſterium ordinis Mendicantium ſub regula S. Franciſci, quod conſtructum heredem vniuerſalem bonorum ſuorum inſtituerat, declarando ſuæ intentionis eſſe, quòd Paula de Caſſegnato gratis & abſq; dote in Monialem ibidem reciperetur. Poſt eius ab hac luce diſceſſum, cùm Alexander Florauantes vti teſtamentarius exſequutor ipſius, inſequẽdo voluntatem teſtatoris, quoddam ſitum contiguum mœnibus A dicti oppidi comparaſſet, attento decreto Concilij Tridentini, quo prohibetur, Moniaiiũ monaſteria extra loca muris cincta erigi, niſi aliter ordinario loci expedire videatur, conſuluit deſuper ſacram congregationem Regulariũ, quæ commiſit Epiſcopi induſtriæ loci inſpectionem, à quo, conſiderata illius qualitate, facto primo fundamentali lapide, fuit approbatum, ac Illuſtriſſima & Excellentiſſima eiuſdem loci Duciſſa Monaſterij protectrix renunciata, verùm quia adminiſtratores fabricæ ſancti Petri ſub vario prætextu prætendebant, teſtatoris vltimam voluntatem non potuiſſe executioni demandari, & locum factum ad eius fauorẽ deuolutioni, nempe quòd hereditas magno ære alieno eſſet grauata, & quod relictum iſtud eſſet incertum, neque in tempore fuiſſet per executores adimpletum, idcirco B litem contra eundem Alexandrum & alios executores coram eorum iudice introduxerunt, coram quo cùm ad diuerſos actus fuiſſet deuentũ, tandem medio tranſactionis illam ſopiuerunt, de quo habita per Illuſtriſſimam & Excellentiſſimam D. Duciſſam notitia, quæ ſummoperè contendebat, vt huiuſmodi pium inſtitutum effectum ſortiretur, ſuper nullitate tranſactionis executores cõuenit, quam adminiſtratores fabricæ pro ſuo intereſſe comparentes ſub clypeo priuilegiorum fabricæ ſuſtinere conati, cauſſam dederunt dubitationi; An in caſu, & ad effectum de quo agitur, intrarent fabricæ priuilegia.

Domini † autem vnanimes fuerunt in negatiua reſpon- 2
ſione, quia licèt dicta priuilegia velint, quòd contractus cum adminiſtratoribus fabricæ firmati vim habeant contractus cum Camera Apoſtolica celebrati, ita quòd cum C ipſis contrahentes reddantur ſecuri, per tex. *in l. omnes, l. bene à Zenone, C. de quadrien. præſcrip.* Bart. *in l. Cæſar, ff. de publ.* cum allegat. hoc tum intelligebant procedere in contractibus ad fabricam pertinentibus, quod colligebant ex diſpoſitione priuilegiorum ibi pro quiete mentis debitorum ipſius fabricæ faciente; alias enim abſurdum & ineuitabile inconueniens oriretur, quòd ſcilicet poteſtati adminiſtratorum fabricæ remiſſum fuiſſet de alienis diſponendi, & ſuper iis tranſigendi, idque Papam voluiſſe in præiudicium aliorum, eſt inueriſimile, *l. 2. § meritò, & §. ſi quis à Principe, ff. ne quid in loc. public.*

Vnde † cum relictum, de quo modo agitur, nullo modo 3
ſpectaret ad fabricam, nec in eo ex aliqua cauſſa poſſit ei ius eſſe quæſitum, meritò dixerunt ſub priuilegiis fabricæ D non fuiſſe cõprehenſum; nam vbi qualitas eorum adaptari non poteſt, minùs etiam congruit diſpoſitio, *l. 4. §. Prætor ait, ff. de dam. infect.* Bald. *in l. fin. C. ad Maced.* Marſil. *ſing. 560.*

Quòd † enim priuilegia fabricæ non intrent, ſed vlti- 4
ma voluntas Lucij, non obſtantibus in contrarium deductis, ſuſtineatur, Doctores ad oculum patere dicebant, moti, quia ſi attendãtur bona per eum monaſterio relicta, quæ non videbãtur ita debitis implicata, quin in magna ſumma exuberarent, & ea quidem, quæ monaſterio ſuſtinendo ſub regula ſancti Franciſci ſufficerent, cùm inter cætera adſit Caſalæ Iuliani iugerum ducentorum ſexaginta, adſint & alia bona ſtabilia ac fructus decurſi, vt bene deducunt ſcribentes in facto, & in omnem euentum illa quinque millia ſcuta, quæ fuerunt ſoluta vel promiſſa fabricæ, potuerunt in hoc opus impendi.

Quòd † ſi etiam ſpectanda ſit qualitas relicti, nulla vi- 5
E debatur adeſſe imaginatio incertitudinis; nam regulariter legatum relictum pro conſtruendo monaſterio, eſt certum
& validum [a], Abb. *in cap. nos quidem, num. 2. de teſtam. & in c.* a
*penult. num. 5. de Eccleſ. ædific.* Bart. *in l. ſeruus, in fin. num. 4. de alimen. legat.* Angel. *conſil. 129. per totum.* Et maximè in hoc caſu, vbi teſtator expreſsè nominauit monaſterium Monialium ſub regula ſancti Franciſci, & locum deſignauit, vbi hoc conſtrui vellet, & perſonam cuiuſdam puellæ expreſſit, quæ ingreſſa foret monaſterium, ex iſtis ſiquidem circunſtantiis illud redditur certum, cùm certum dicatur non ſolùm id, quod proprio nomine appellatur, ſed etiam quod nomine officij, vel alia deſignatione demonſtratur, *l. quoties, §. ſi quis nomen, ff. de hered. inſtit. l. nominatim, ff. de legat. 3.* Pariſ. *conſil. vlt. num. 46. & ſeq. lib. 3.*

Quibus † accedit, quòd ordinarius pro illius executione 6
elegit locum, & deputauit viros probos, qui monaſterij fabricæ præeſſent, ex quo futuro euentu, licèt legatũ ab initio

fuiſſet

fuiſſet incertum, ita præfinitum fuit, vt certum dicatur, Albet. *in l. ſi quis ad declinandum, num. 4. C. de Epiſcop. & cleric.* Oldrad. *conſ. 61. per totum*, Pariſ. *conſ. 45. vſque ad finem, lib. 3.*

7 Nec † alicuius momenti videbatur negligentia accuſata exſequutorum, quaſi debito tempore fabricam exigere neglexerint, quia præter id, quòd teſtator non præfixerat tempus ad ædificandum Monaſterium, ſatis eſt, quòd antequàm ex his cauſſis motum fuiſſet iudicium, conſtaret locum fuiſſe emptum & ab ordinario approbatum, poſitúmque primum fundamentalem lapidem, & Monaſterium cœptum ædificari, adeò quòd etiam præſuppoſita negligentia & mora, perſpicuum erat, quòd illa ante declaratam caducitatem fuerat prorogata, Anton. de Butr. *conſ. 34.* Alexan. *conſ. 106. num. 4. lib. 4.*

8 Non † obſtat, quòd incertitudo deducitur ex eo, quòd nullum reperiatur Monaſterium, quod ſub regula ſancti Franciſci fuerit inſtitutum, quoniam vltra reſponſiones hîc
B datas pro D. Duciſſa, de contrario liquet ex trad. per Bal. *conſ. 183. num. 1. & conſ. 448. lib. 5.* quem refert Æmil. *conſ. 155. num. 2. & 3.* Burſat. *conſ. 60. num. 21. lib. 1.* vbi declarat ſanctum Franciſcum tres ordines inſtituiſſe; vnum fratrum minorũ, qui eſt arctiſſimus, & caret proprio ex regula & communi; alterum ſanctæ Claræ, qui licèt ſit ſub arcta paupertatis regula, nihilominùs permittit, quòd in communi viuant, & immobilia poſſideant: tertium conuentualium, qui habent proprium etiam in ſingulari.

9 Nec † præmiſſis repugnat, quòd priuilegia vtantur verbo *tranſactionis*, quæ fit ſuper re dubia; ideò quòd ſufficiat fabricæ, quòd fuerit ambiguum; an in relicto ius eſſet illi quęſitum, ſiquidem verſamur in caſu claro, vt ex præmiſſis oſtenſum fuit, vnde tranſactio tanquàm facta ſuper re clara
C nõ valeret, *l. 1. ff. de tranſact. l. ſub prætextu, C. eod.* Aym. *conſ. 152. num. 10.* Quinimò, vt aliqui ex Dominis ſentiebant, proceſſus factus inter fabricam & exſequutores non caret ſuſpicione colluſionis, præſertim cùm Alexandro ad inſtantiam fabricæ citatus nihil vnquàm oppoſuerit, ſed tacuerit omnia, ex quibus agentium actio poterat repelli & omnimodò excludi, vt optimè fuit ponderatum per ſcribentes pro Excellentiſſima Domina Duciſſa.

### *ADDITIO.*

a *E*St certum & validum.* Veriſſima eſt hæc concluſio, ſed declaratur per D meum Farinac. *in ſuo tracta. de teſtib. q. 63. num. 74. & ſeq.* vt procedat, quoad imponendam pœnam ordinariam, non autem quoad imponendam pœnam extraordinariam, ad quam ſolæ præſumptiones ſufficiunt.

*Fam. Cent. V. I. D. Galeſij.*

## ORANI.

*Romanæ Vineæ, 5. Iunij* 1598.

### ARGVMENTVM.

Per confiſcationem bonorum Camera confiſcans dicitur ſuccedere in bonis delinquentis: & propterea debitum, ſi quod habet, cum ipſo confundit: & de Saluiano interdicto aliqua notabilia, de quibus in ſummario.

### *SVMMARIA.*

*Saluianum vtile interdictum competit contra poſſidentem rem hypothecatam, num. 1. & in addit. litera a, vbi etiam, an poſſeſſori competat aduerſus actorem ius offerendi.*

*Excuſſio principalis debitoris non eſt neceſſaria, quando intentatur Saluianum interdictum, num. 1. & in addit. litera* b.

*Fiſcus in confiſcatione bonorum dicitur ſuccedere tanquàm heres, & propterea ſi delinquentis creditor eſt, creditum quod habet, cum hereditate confundit, num. 2. & in addit. litera* c, *vbi declaratur, niſi inuentarium feciſſet & confiſcationem acceptaſſet cum inuentario.*

*Ius tertij opponi non poteſt, quando non eſt in totum excluſiuum iuris agentis, num. 3.*

A *Nemo plus iuris in alium transferre poteſt, quàm ipſe habeat, num. 3. in fine.*

## DECISIO CXXVII.

1 PEtrus Lucas † de Gradis intentauit Saluianum interdictum contra collegium Germanicum tanquam poſſeſſorem vineæ aliàs per Panellinum tempore debiti cauſſæ mutui cum Petro Ioanne eius auctore, ſub obligatione & hypotheca omnium ſuorum bonorum contracti poſſeſſæ, probatíſque per eum extremis, Domini tenebant aduerſus hodiè vineam poſſidentem competere vtile Saluianum [a]; a Bart. *in l. 1. in princ per illum text. de Saluian. interdict.* Soc. ſen. *conſil. 80. num. 2. lib. 3.* Latè Surd. *conſil. 131. num. 1. & ſeq.* qui ſubdit, ad hunc effectum nõ requiri aliquam excuſſionem [b] b principalis debitoris.

2 Et † licèt collegium eius intentionem prætendat excludere ſub prætextu, quòd Panellinus debitor auctoris Petri eſſet etiam in maiori ſumma, & ex alia cauſſa, nempe teſſerarum affictus Camerini ſuus creditor, nihilominùs hoc viſum fuit non obſtare, ſtante enim delicto per Panellinum commiſſo, creditum illud, quod cum Petro Ioanne habuit, in Cameram Apoſtolicam cum confiſcatione omniũ bonorum transfuſum [c], adeò quòd confuſa illa obligatione c & actione, Camera non ſecus, ac ſi ſoluiſſet, fuit liberata, *l. frater à fratre, ff. de condict. indebit. l. ſi ei cui, ff. de euict.* cum allegat.

3 Cùm † autem Camera non tranſtulerit in collegium præfatum Panellini, ſed duntaxat vineam obnoxiam Saluiano, vtique non poteſt collegium, ad hoc vt impediat Saluiani effectum, proponere de aliqua compenſatione
C præfati crediti, quæ concernit ius tertij ipſo iure non excluſiuum iuris agentis, *l. cùm ſeruum*, vbi Cyn. Bald. & alij, *C. de ſeru. fugit.* Socin. *in l. 2. num. 11. de except. rei iudic.* præſertim ſi attendatur, quòd Camera promiſerat Ioannem Petrum reuelare indemnem à credito Panellinorum: nam ſicut Camera non poſſet apponere illi compenſationem aut retentionem, pariter nec collegium, cùm plus iuris non habeat, *l. nemo plus, de reg. iur.* Quæ autem de iure .... adducta ſunt, non ſpectant ad præſentem quæſtionem, in qua dubitatur, an collegium, ex quo habet ius à Camera, poſſit vti iure Panellinorum.

### *ADDITIONES.*

a *S*Aluianum.* Quod Saluianum interdictum detur etiam contra tertium poſſeſſorem, bene explicat Menoch. *de adipiſcen. poſſeſſ. in 3. remed. num. 35. & ſeqq.* vbi etiam propo-
D nit contraria, & illis reſpondet. Bene verum eſt, quòd tertius poſſeſſor hoc remedio conuentus habet ius offerendi contra agentem, vt ibidem per Menoch. *num. 181. & ſeqq.* vbi *num. 184.* declarat, dummodò offerat ante conteſtationem litis, ſecus ſi poſteà, ex Aym. quem allegat *in conſil. 298. in princ.* Qui tamen loquitur in cauſſa executionis rei iudicatæ: & nihilominùs dicit, quòd etiam poſt conteſtationem litis poteſt iſto caſu mora purgari, ſecundùm Afflict. per eum allegatum.

b *Excuſſionem.* Ad idem quòd non ſit neceſſaria excuſſio, vide Socin. *conſil. 80. num 2. in fine, lib. 3.* Alexand. *conſil. 73. num. 11. verſic. tametſi, lib. 5.* Aym. *conſil. 201. num. 45.* Gabriel. *lib. 2. concluſ. 1. limita. 39.* Roland. *conſil. 14. num. 7. 8. 14. & 18. lib. 1.* Menoch. *de adipiſc. poſſeſſ. d. remed. 3. num. 179.*

c *Transfuſum.* Regulare enim eſt, quòd creditor ſucceden-
E do debitori actionem confundit, vt eſt text. *in l. debitori ſuo, C. de pactis, & in l fin. § in computatione, verſic. ſi vero, C. de iur. deliber.* vbi hæc regula limitari videtur, niſi heres inuentarium confeciſſet. Ad quam limitationem vide Pariſ. *conſil. 12. num. 119. & conſil. 69. num. 36. lib. 2. & conſil. 54. num. 11. lib. 3.* Duen. *regul. 18. in 2. limita.* Roland. *conſil. 73. num. 2. & ſeq. lib. 2.* Anton. Gomez. *de contractibus, titu. de fideiuſſorib. ſub num. 20. prope finem.*

*Famian. Centolin. V. I. D. Galeſij.*

## CORDVBÆ.

*Mediolanen. ſimulationis contractus, 17. Maij* 1599.

ARGV

### ARGVMENTVM.

Simulationis probatio debet eſſe plena & concludens, etiam cum præcedente cauſſa ſimulationis: & falſitas præſumitur ex diuerſitate manus, atramenti, ac ex ſcriptura ordine retrogrado poſita.

### *SVMMARIA.*

*Simulationis probatio debet eſſe plena & concludens, num. 1.*

*Simulatio vt dicatur probata, debet etiam probari cauſſa ipſius ſimulationis, num. 1.*

*Falſitas valdè præſumitur ex diuerſitate manus & atramenti, n. 3.*

*Falſitas præſumitur ex non ſeruato ordine ſcripturæ, num. 3. & in addit. lit. a, vbi de materia.*

*Falſitas præſumitur ex eo quòd quid ſcriptum reperiatur in calce folij albi in libro relicti, quando præſertim ille albus non reperitur relictus in fine aliorum foliorum, nu. 3. & 4.*

*Negotiationes diuerſæ diuerſitatem perſonarum arguunt, num. 6.*

*Falſitas præſumitur, ſi antiquum inſtrumentum nouiter protocollatum reperiatur, in addit. lit. a.*

## DECISIO CXXVIII.

1 LIcèt † aliqua adminicula deducantur per informantes pro D. Io. Baptiſta ad probandum ſtatum ſecundi triennij, videlicet annorum 1583. 1584. & 1585. fuiſſe conformem cum priori triennio, tamen Dominis magis placuit pars negatiua. Cùm enim huius inſpectionis effectus ſit, vt probato vniformi ſtatu primi & ſecundi triennij ex eo, cum aliis adminiculis, probetur ſimulatio confeſſionis factæ in inſtrumento, quòd ſocietas eſſet finita, requirebatur ad hunc effectum plena & concludens probatio cum præcedente cauſſa ſimulationis, *l. ſicut, §. ſuperuacuum,* & ibi Bart. *n. 5. ff. quib. mod. pignus vel hypoth. ſolu. c. 2. de renunc. l. ſed ſi maritus, ff. qui & à quib.* Abb. *conſ. 12. num. 2. lib. 2.* Pariſ. *conſil. 54. num. 7. lib. 1. & conſi. 86. per totum, lib. 3.* Bart. *in l. poſt dotem, num. 2. de donat. & conſi. 65. num. 4. lib. 1.* Rot. *deciſ. 1. de donat. in nouis,* Ægid. *deciſ. 715. num. 3.* Quæ tamen non reſultat ex his, quæ deducuntur maximè in concurſu eorum, quæ ex aduerſo afferuntur pro Andrea, qui diuerſitatem dictorum ſtatuum fundabat ex multis.

2 Primò †, quia ex libris ſcriptis à Io. Bartholomæo Bruſio miniſtro etiam Ioan. Baptiſtæ apparebat, quòd in fine cuiuſlibet anni ſecundi triennij fuit factum computum cambiorum Andreæ cum retentione prouiſionis Io. Baptiſtæ, quæ res non ſolùm repugnat ſtatui præcedẽti, ſed penitus excludit ſocietatem in ſecundo triennio: libri autem viſi ſunt valdè adminiculati, tum quia partitæ in illis contentæ concordant cum partitis inſtrumenti, tum etiam quia Iacobus Philippus deponit, quòd Io. Baptiſta illos conſignauit Andreæ, *vt in ſummario, num. 7.*

3 Secundò † plurimùm conducebat diuerſitas modi adnotationis partitarum ad debitum Andreæ, qui in fine primi, ſecundi & tertij anni primi triennij, fuit deſcriptus debitor pro parte vtilium ſibi tangẽtium, in quarto verò anno, & ſic in primo ſecundi triennij, eſt factus debitor pro tot pecuniis ſolutis ad computum cambiorum, vt apparebat ex dictis libris. Et quamuis iſta partita fuerit diſtincta; hæc tamen retractatio multùm ſuſpecta videbatur, tum ex diuerſitate manus & atramenti, Caputaq. *deciſ. 2. n. 14. part. 2.* Et fuit dictum coram Cantucio in vna Toletana annatarum, vbi plures adducuntur; tum etiam cùm non ſit ſeruato ordine a temporum ſcripta, ſed longè poſteà influit quarti anni ad calcem folij albi in libro relicti, qui non reperitur vnquàm relictus in fine aliorum annorum, ad Aym. *conſ. 28. n. 5.* Et fuit conſideratum coram S.D.N. in vna Veronen. ſancti Zenonis, vltra quod prætenditur, dictam partitam concordare cum libris cambiorum ſeparatim tentis, & ad obiectum, quòd illa ſit malè concepta ratione quantitatis cambiorum; dixerunt Domini ſufficere, quòd non conſtet fuiſſe malè factam ratione cauſſæ, ſcilicet pro cambiis, quod ad hunc effectum ſufficit, quicquid dicendum eſt, quando ageretur ſuper veritate cambiorum, an fuerint realia vel ficta.

4 Tertiò † fuit conſiderata alia diuerſitas, quia in dicto libro non fuerunt poſteà negotia totius ſecundi triennij, ſed ſolùm vſque ad menſem Maij 1584. & ſic per annum cum dimidio tantùm ſecundi triennij, & quòd in libro remanſerint circa centum folia alba, ac inde non fuit eodem modo continuata retentio librorum.

5 Quibus † accedebat alia quarta diuerſitas, etenim in fine cuiuſlibet anni primi triennij fuit datum bilancium, quod erat dandum vigore capitulorum, quod non fuit effectũ in ſecundo triennio, ſed datus quidam liberculus in fine cuiuſlibet anni d. ſecundi triennij cum ſolidatione cambiorum nundinarum illius anni. Nec placuit reſponſio, quòd non fuerunt data bilancia ſecundi triennij ex eo, quòd non erãt ſcripta ab Andrea. Hæc enim excuſatio leuis viſa fuit, maximè, quia magis veriſimile videbatur, non fuiſſe data bilancia, ex quo loco illorum ſucceſſit ſolidatio cambiorum, ac quod Andreas noluiſſet in ſpatio trium annorum videre ſtatum negotij, qui ſine bilancio non poterat videri.

6 Quinta † diuerſitas fuit conſiderata ex adiectione nominis Simonis in ſecunda ſocietate, *ad l. Procuratoris, §. ſi plures, ff. de tribut.* Hier. Magon. *in deciſ. Lucen. 1. deciſ. 1. nu. 10.* qui licèt eſſet tanquàm ſocius Io. Baptiſtæ comprehenſus in primo triennio, eius tamen nomen non erat exprimendum vigore capitulorum, in quibus continebatur, quando Felix & Ioannes Baptiſta duntaxat nominarentur. Quibus accedebat, quòd Andreas moleſtatus à DD. de Cuſanis pro ſolutione cambij Felicis in ſecundo triennio fuit abſolutus, & Io. Baptiſta carceratus.

7 Neque † obſtabat, quòd ſocietas fuit continuata in ſecundo triennio ſub eodem nomine Andreæ, ipſo ſciente & patiente; nam cùm fuerit additum etiam nomen Simonis, repugnabat ſtatui præcedenti, nec Dominis viſum fuit inconueniens, quòd quamuis ſocietas eſſet finita, nihilominùs Andreas, ſtante conſanguinitate & proprio intereſſe, quia habebat proprias pecunias in iſta negotiatione, conſentiret, quòd in illa ſocij vterentur ſuo nomine pro maiori reputatione, vltra quod hoc obiectum non erat concludens eo modo, quo requirebatur ad iſtum effectum.

8 Literæ † cambij Andreæ minùs concludunt, cùm ſolùm ſeruiant pro adminiculo, vt fuit reſolutum, vltra quod bene reſpondebatur per informantes, quòd non loquantur de ſocietate, & illa ſumma fuerit acceptata ad cambium in ſecundo triennio, quamuis poſteà fuerit recambiata.

9 Nec † etiam obſtabant literæ cambij, quia non conſtabit, fuiſſe Andreæ, neque habent illa verba, *Per la valuta hauuta da Felice, e da Gio Battiſta.*

10 Vltimò † non obſtabat, quòd in inſtrumento fuiſſet facta deductio nominis debitorum, quæ arguebat, quòd Io. Baptiſta ignorauit deſcriptionem huius partitæ per Mutium factam, quia in dicto inſtrumento narratur conuentio de habendo totum capitale ſuper cambiis, quod eſt conforme libris, ſed fuit facta deductio nominum debitorum, ideò Io. Baptiſta priùs ſciebat totũ capitale debere poni ſuper cambiis, licèt adeſſent nomina debitorum, & tamen fuerat contentus, etiamſi poſteà fuerit facta deductio. Cùm ergo non probetur dicta vniformitas ſocietatum eo modo, quo debuit probari, fuit reſolutum, ſtatum ſecundi triennij non fuiſſe conformem primo.

### *ADDITIO.*

a SEruato ordine. Quòd falſitas præſumatur ex eo, quòd inſtrumenta reperiantur in Protocollo deſcripta retrogrado ordine, vtputà quòd priùs ſint poſita inſtrumenta confecta de menſe Martij, quàm illa, quæ ſunt rogata de menſe Ianuarij, ponit etiam Ioſeph. Ludou. *deciſ. Lucen. 13. nu. 123. par. 1.* ſic etiam & falſitas præſumitur, ſi inſtrumentum antiquitùs rogatum nouiter protocollatum reperiatur, ex Menoch. *de arbitrar. quæſt. lib. 2. caſu 187. num. 38.* & Maſcard. *de probat. lib. 2. concluſ. 740. nu. 16. & 17.*

*Fam. Cent. I. V. D. Galeſij.*

## IVSTI.

*Romana dotis, 5. Iulij 1599.*

### ARGVMENTVM.

Pactum ſeu ſtatutum de ſoluendo tantum pro centenario, donec fuerit ſoluta dos debita an & quando valeat, vel potiùs ſit vſurarium & illicitum.

## SVMMARIA.

*Dotis fructus taxantur à ſtatuto Vrbis, num. 1. in fine.*

*Vſurarium dicitur pactum de ſoluendo decem pro centenario, donec ſors principalis ſoluatur, num. 2. & num. 8. vbi an ſaltem reducatur ad iuſtam taxationem.*

*Vſura arguitur ex vniformi præſtatione lucri, num. 2. in fine.*

*Statuto, nec etiam fieri poteſt, vt certa pecunia pro quolibet cẽtenario ſoluatur, donec ſors principalis fuerit reſtituta, n. 3. cõtrà, n. 4.*

*Lucrum dicitur ſatis exceſſiuum, nullum & iniuſtum, quando ſoluuntur decem pro quolibet centenario, num. 3. in fine.*

*Dotis fructus ob non ſolutionem & reſtitutionem dotis, an, & quãdo, & quomodo poſſit taxari à ſtatuto, vide in n. 3. & ſequentib.*

*Intereſſe debitum ratione onerum matrimonij taxari poteſt, nu. 4. in fine, & num. 6.*

*Vſura non eſt, aliquid recipere pro pecunia collocata penes mercatorem in ſocietate, & ad honeſtum lucrum, num. 5. & 7.*

*Vſura an & quando inducatur ex taxatione intereſſe, num. 6.*

## DECISIO CXXIX.

1 DEbebantur † D Iuliæ Sanctacruciæ, ſiue Comiti Hippolyto Rouerello eius viro ſcuta mille pro reſiduo ſuæ dotis, pro quorum ſatiſdatione fuerunt conſignatæ pecuniæ in manibus cuiuſdam Mercatoris ad effectum emendi quandam quantitatem olei, quod pro ſumma dictorum ſcutorum mille cederet, vnà cum lucro in commodum D. Iuliæ & Comitis Hippolyti eius viri. Verùm bon. mem. Cardinalis Sanctacrucius frater D. Iuliæ, qui eam dotare tenebatur, impedita dicta olei emptione & ſocietate ac veriſimili lucro, eandem pecuniæ ſummam in proprios vſus cõuertit, quam tamen, mediante apocha, obligatione Camerali vallata, ſoluere promiſit vnà cum fructibus ad rationem decem pro centenario, & anno à die dictæ ſocietatis, vſque in diem ſolutionis mortuo Cardinali Comes Hippolytus egit pro exſequutione apochæ contra D. Tarquinium Sanctacrucium Cardinalis heredem. Et dubitatum fuit 5. Iulij 1599. an apocha, de qua agitur, ſit exſequenda pro fructibus, in caſu & ad effectum de quo agitur, & coram bon. mem. D. Orano reſolutum fuit, apocham exſequendam eſſe vſque ad quantitatem à ſtatuto Vrbis cap. 137. lib. 1. taxatam, cuius reſolutionis extenſio poſt obitum Orani mihi in eius locum in hac cauſſa ſubrogato à Rota fuit demandata.

2 Obſtare † videbatur, quoniam pactum de ſoluendo decẽ pro centenario, adonec ſors principalis conſignetur, indicat contractum illicitum & vſurarium, Roman *conſ. 520. num. 8.* Socin. *conſ. 143. lib. 4.* Dec. *conſ. 222.* Grat *conſ. 11. num. 29. & 30. lib. 2.* Crot. *in cap. conqueſtus, num. 20. cum ſeq. de vſur. & in cap. nauiganti, num. 25. eod. tit.* qui dicunt, quòd lucra non ſunt vniformia, ſed variantur ex qualitate temporis & loci, *l. ideò, ff. de eo, quod certo loco, l. pretia rerum ff. ad legem Falcid.*

3 Quod † nec etiam per ſtatutũ fieri poſſe videtur, ſecundũ communem opinionem, de qua per Socin. *conſ. 56. nu. 2. lib. 3.* qui etiam loquitur in terminis dotis non reſtitutæ. Et hanc opinionẽ tenet Ioan. Andr. de Butr. de Ligna *in c. ſalubriter, de vſur.* cum aliis allegatis per Plot. *in l. ſi quando, nu. 482. C. vnde vi.* & per Couar. *var. reſolut. lib. 3. cap. 1. nu. 3 verſicu. quartò hinc potuit diſcuti,* quia dicunt diſpoſitionem *cap. ſalubriter,* procedere in fructibus pignorum, id eſt, de re incerta vltra ſortẽ percipiendam, ſecus vbi certa quãtitas in pactum vltra ſortẽ deducitur. Et hanc opinionem tetigit Rota corã Sanctiſſ. Dom. N. tunc Rotæ Auditore in Mediolanen. cambiorum ſiue vſurarũ 20. Iunij 1569. quæ eſt inter impreſſas 315. *part. 2.* vbi allegatur Ioan. Andr. *in d. c. ſalubriter,* quæ præſertim procedere videntur in hoc caſu, vbi decem pro centenario promiſſa ſunt, quod eſt exceſſiuum, nullum & iniuſtum.

4 His † tamen non obſtantibus, contrariam ſententiam ſequuta eſt Rota, ſecundùm opinionem Roman. *conſ. 517. nu. 5. & 6.* Alexan. *conſ. 31. num. 11. lib. 6.* vbi dicit, hanc eſſe communem opinionem contra Ioan. And. & Iaſ. *conſ. 92. num. 12. lib. 2.* vbi aſſerit, eſſe communem opinionem Canoniſtarũ & Legiſtarũ, quam tenet Calder. Anchar. Bal. Abb. Nouell, Anto. Rub. Corn. Corrad. Adria. Syluest. Gabr. Ioann. Maior, & alij allegati per Couarru. *in d. c. 1. var. reſolut. nu. 3. verſ. hinc poterit,* ibi, *contrarium tamẽ verius eſt,* & alij allegati per Moder. *de alimen. quæſt. 42. in principio.* Ex quibus conſtat, quòd quãdo intereſſe eſt debitũ ratione onerum matrimonij, nihil obſtare poteſt, quominùs ad certã ſummã taxaretur, vt ibi per Couarru. & præſertim publica auctoritate, Bald. *in l. fina. §. præterea, ſub n. 10. C. de iur. dot. & conſ. 166. l. 1.* Couar. *ibi, n. 5. verſ. 7.*

5 Quæ † opinio in hoc caſu tantò magis vera demonſtratur, quia ratio onerum matrimonij reducitur ad intereſſe, ſiquidem iam pecuniæ erant collocatæ penes mercatorem in ſocietatem olei, & ad honeſtum lucrum, & hoc caſu licita eſt receptio, vt per Corrad. *adde contractus, quæſt. 35. verſic. ſeptima concluſio,* vbi arguit in contrarium, & reſpondet hanc eſſe magis communem, vt patet ex Couarru. *in dict. cap. 1. num. 3. verſic. quamobrem.*

6 Contraria † primo loco allegata procedunt, quãdo fit taxatio fructuum pro interuſurio pecuniæ, ſed in caſu noſtro fit taxatio ratione onerum & intereſſe, & ideò debetur, & taxari poteſt, & ſatis eſt, quòd coniecturaliter fit certũ Corrad. *d. quæſt. 35. in cap. ſeptima concluſio, verſic. tertiò dicendum eſt ad ſecundum.* Quam fructuum & intereſſe taxationem aliàs admiſit Rota coram Cæſare de Graſſ. *q. 1. tit. de vſur.* vbi *nu. 9.* conſtat, quòd non admitteretur taxatio, ſi eſſet ratione pecuniæ, vel pretij, & ibidem allegantur aliæ deciſiones.

7 Quoad † doctrinam Ioan. Andr. & ſequacium dixerunt, aliam eſſe magis communem & veram, ſaltem in hoc caſu, vbi ex pecunia ſtatim ſoluta in ſocietatem olei vir poterat tantum ſibi lucrari, & ſic non ab aliquo priuilegio dotis, ſed ob intereſſe deducitur, quod eſt omni iure licitum, vt per Corrad. & Couarr allegatos.

8 Et † nihilominùs Domini dixerunt, aduertendum eſſe ad quantitatem, nec admittendum intereſſe ad decem pro centenario, ſed æqua viſa fuit & iuſta in Vrbe taxatio præfati ſtatuti ad ſeptem pro centenario, non obſtãte doctrin. Bald. *in d. §. præterea, l. fi. C. de iur. dot.* vbi admittit taxationẽ ad decem qui reprobatur à Caball. *de vſur. num. 527.* Vnde quantitas exceſſiua, non autem obligatio, annullatur in quantitate, & iuſta dicitur de donatione non inſinuata, quæ non annullatur, niſi ratione ſummæ excedentis, *l. ſancimus, C. de donat.* cum alleg. per Gabr. *de donat. concl. 1. n. 56.* Ex quibus, cũ ſimus in obligatione in forma Cameræ, cõtra quã nihil deducitur quod releuet, dictum fuit, dandam eſſe exſequutionem.

## MELLINI.

*Ferrerien. Societatis, Lunæ 20. Decembris 1599.*

## ARGVMENTVM.

Societas Aromataria, in qua dantur merces æſtimatæ, & lucrum certum taxatum, an ſit vſuraria & illicita.

## SVMMARIA.

*Societas videtur vſuraria, quando in ea dantur merces æſtimatæ, & illa finita, reſtituendum eſt idem capitale, num. 1.*

*Contractus, in quo taxatur lucrum incertum ſocietatis, non eſt vſurarius, quãdo quantitas taxata eſt proportionabilis ad dubium euentum lucri, ſecus ſi aliter, num. 3. & 5.*

*Societas non dicitur vſuraria, quando æſtimatio rerum fuit facta non ad effectum inducẽdi emptionem & tranſlationem dominij, ſed ad effectũ ſciendi, ad quam ſummã aſcendebat capitale, n. 3.*

*Societas videtur vſuraria, quando finita ſocietate res datæ æſtimatæ ſunt reſtituendæ in eadem quantitate æſtimata, ſecus ſi non erant reſtituendæ, niſi quatenus ſupereſſent, num. 4.*

*Qualitas adiecta verbo, intelligi debet ſecundùm tempus verbi, nu. 4. in fine.*

*Societas eſt vſuraria, quando in ea taxantur fructus certi, & adeſt pactum, quòd capitale ſit ſaluum, num. 5.*

*Societatis contractus non eſt vſurarius, quando ſunt taxati certi fructus, & illi quidem aſſecurati ex interuallo poſt initum contractum, num. 6. & ſeqq.*

*Pactum de retrouendendo adiectum ex interuallo poſt inſtrumentum venditionis, nullam inducit vſuræ præſumptionem, num. 6.*

*Pactũ aſſecurationis & taxationis fructuũ alicuius ſocietatis initũ non cũ ſocio, ſed cũ alia tertia perſona, non eſt vſurarium, nu. 7.*

*Bulla Sixti V. improbans ſocietates, in quibus capitale eſt ſaluum, cenſetur improbare contractus ſocietatis palliatos, & con-*

tra

*tra iuris communis diſpoſitionem, non autem contractus permiſſos ex diſpoſitione iuris communis, num.9.*

*Bulla Sixti V. improbans contractus ſocietatis non initos iuſtis & æquis conditionibus, quomodo intelligatur, nu.10.*

## DECISIO CXXX.

1 DOmini † ſteterunt in deciſis, non obſtantibus quæ de nouo contra deciſionem adducuntur, quæ ad duo potiſſimum reducuntur; deducitur enim vſura primi contractus, quia dominium mercium fuit tranſlatum in Truſardum, cum fuerint ei datæ æſtimatæ, & nihilominùs vigore pacti finita ſocietate debebat reſtituere idem capitale in mercibus, vel in pecunia.

2 Contra † ſecundum verò contractum opponitur, quòd licèt contractus, in quo aſſecuratur lucrum incertum ſocietatis, non ſit vſurarius; hoc tamen procedit, quando quantitas taxata eſt proportionabilis ad dubium euentum lucri, per Corrad. *d. contract. q.96.* & Iacob. Æmil. *conſ.8.* & ex calculo de nouo dato & depoſitionibus teſtium dicitur ſufficienter conſtare, quòd quantitas non eſt proportionabilis ad lucrum, ſed exceſſiua.

3 Quantùm † ad primum obiectum, viſum eſt Dominis, nõ obſtare, quia æſtimatio non fuit facta ad effectum inducendi emptionem & tranſlationem dominij in Truſardum, ſed ad effectum ſecundi, ad quam ſummam aſcendebat capitale; cùm enim antequàm vnicus eſſet iſte contractus ſocietatis, capitale Aromatariæ excederet lib. 15. mil. & totum iſtud capitale ineſtimatum fuerit conſignatum Truſardo, cũ pacto, quòd poſt feſtum ſancti Michaëlis deberet eſſe ſolũ lib. 15. mil. & quòd Truſardus deberet reſtituere Sonzoniis illud quod remanebat vltra hanc ſummam 15. mil. lib. neceſſarium erat ad iſtum effectum, quòd merces æſtimarentur, vt poſſit inſpici, in qua quantitate reſtituenda Truſardus remanebat debitor, Soc. *conſ.56. nu.4. in 3. caſu, lib.1.* Ruin. *conſil. 134. ſub num.5. lib.4.*

4 Fuit † etiam per Dominos conſideratum, reſtitutionem æſtimationis non eſſe neceſſariò faciendam finita ſocietate, in quo caſu procedit dictum Caſtr. *in l. æſtimatio, nu.2. ff. ſolut. matrim.* ſi enim merces non exſtabant, nihil erat reſtituendum, ſi verò exſtabant, debebant reſtitui in eo ſtatu in quo reperiebantur, vel ſi Sonzonij maluiſſent pretium, debebat eis ſolui pretium cum diminutione duodecim pro centenario, & in iſto caſu debebat attendi non pretium æſtimatũ de tempore contractus, ſed æſtimandum in fine ſocietatis, cùm deberet ſuccedere loco capitalis tunc exſiſtẽtis in loco mercium ab initio poſitarum, prout etiam colligitur ex illis verbis 10. cap. *Truſardo ſe li habbi retenere per lui a dodici per cento manco di quello foſſe il valor loro.* Quæ verba ſunt intelligenda de valore in fine ſocietatis, de quo tempore Truſardus debebat reſtituere merces exſtantes, vel retinere, cum iſta diminutione, quia qualitas adiecta verbo, intelligitur ſecundùm tempus verbi, & ideò cùm neque dominium mercium fuerit tranſlatum in Truſardum, neque reſtitutio ſit omni caſu & indiſtinctè facienda, ſed ſecundùm reſiduum capitalis remanentis, ceſſantibus præſuppoſitis, in quibus fundatur vſura, conſequenter ceſſat etiam vſura.

5 Quantùm † ad aliam obiectionem contra ſecundum contractum, pro illius reſolutione fuerunt per Dominos diſtincti duo caſus Primus caſus eſt, quando in eodem contractu continetur certa aſſecuratio fructuum, & pactum, quòd capitale ſit ſaluum, aut ſola aſſecuratio fructuum ſit exceſſiua, & non proportionabilis ad dubium euentum lucri. In his terminis procedunt doctrinæ, quæ allegantur per informãtes pro Hippolyto, & in caſu iſto contractus eſt magis ſuſpectus, quia ceſſante iſta taxatione principalis contractus ſocietatis non fuiſſet initus, & quicquid dicendum ſit, in hoc caſu non verſamur in his terminis.

6 Secundus † caſus eſt, quando contractus aſſecurationis eſt diſtinctus & ſeparatus à contractu ſocietatis, & non correſpectiuus ad primum contractum, nec datur aliqua cauſſa coactionis. Et in hoc caſu ceſſante correſpectiuitate & cauſſa coactionis, ſecundus contractus aſſecurationis poſteà initus eſt voluntarius, & conſequẽter ceſſat vſura, Abb. *conſ.69. ſub n.1. verſ. tertiò me mouet, lib.2.* & in hoc placuit Dominis ſimile de pacto de retrouendendo, quod adiectum in continenti vel correſpectiuè ad primum contractum, inducit ſuſpicionem vſuræ, ſecus verò ſi ſit adiectum ex interuallo ex voluntate temporis, Abb. *d. conſ.69.* Caputaq. *deciſ.163. lib.3.* Et fuit reſolutum in cauſſa Placentina Terrarum 1. Aprilis 1588. coram bon. mem. Orano, & in cauſſa Mediolan. vſurarum 5. Aprilis 1593. coram R.P.D. Pamphilo.

Placuit † etiam aliud ſimile, quòd ſicut ſi iſte ſecundus cõtractus aſſecurationis eſſet initus inter vnum ex ſociis, & tertium, etiam quòd eſſet exceſſiuus, non eſſet vſurarius, ſed iniuſtus, & per viam læſionis reuidendus; ita etiam, ceſſante correſpectiuitate, non eſt vſurarius initus inter ſocios, cùm iſti duo caſus æquiparentur, vt per Caiet. *in opuſc. reſponſ.11.* Et iſte eſt caſus noſter, quia iſte ſecundus cõtractus fuit initus elapſis ſex menſibus poſt primum; de quo tempore Sonzonij iam dederant merces in ſocietatem ſine aſſecuratione, & Truſardus erat effectus ſocius, & non poterat à ſocietate amoueri vel compelli ad faciendum nouum contractum diuerſum à primo, & ideò iſte ſecundus contractus remanet merè voluntarius, & conſequenter, etiamſi eſſet iniuſtus & læſiuus, ceſſat vſura, de qua ſolùm hodiè agitur, &c. 7

## ALIA DECISIO.

Et † in eadem die Veneris 17. Martij 1600. Domini dixerunt, quòd Bulla felic. record. Sixti V. prohibet ſolùm pacta appoſita in ipſo contractu ſocietatis, quòd capitale ſit ſaluum, vel quòd præſtetur certa quantitas leuis, & ideò non comprehendit iſtos contractus, cùm aſſecuratio lucri nõ ſit facta in contractu ſocietatis, nec correſpectiuè ad illum, neque adſit promiſſio, quòd capitale remaneat ſaluum. 8

Quod † etiam comprobant, quia tam ex prooemio, quàm ex diſpoſitiua & toto tenore Bullæ apparet, eius intentionem fuiſſe prohibere contractus ſocietatis palliatos, & contra diſpoſitionem iuris communis, addendo nouas pœnas, & ideò non habet locum in hoc caſu, cùm iſti contractus non ſint vſurarij, nec prohibiti ex diſpoſitione iuris communis, vt fuit reſolutum. 9

Non obſtat, quòd Bulla prohibet omnes contractus ſocietatis, qui non ſunt initi iuſtis & æquis conditionibus & pactis, ſecundùm iuris diſpoſitionem, quia Bulla intelligit de iuſtis & æquis conditionibus, non reſpectu iniuſtitiæ, ſed vſuræ, vt clarè probatur tam ex verbis præcedentibus, quàm ex ſubſequentibus, & ex exemplis, quæ ſubiungit. 10

## IVSTI.

*Mediolanen. Bonorum de Fuſanis, 13. Martij 1600.*

### ARGVMENTVM.

Falſitatis ſuſpicio in teſtamento ſignato & clauſo non inducitur ex eo, quòd in illo reperiatur aliquod ſpatium paginæ albæ, & non ſcriptæ, ſeu aliquod folium ſeparatum, & an & quando ſuſtineatur heredis inſtitutio ſine teſtibus, ſi de teſtatoris voluntate aliunde conſtat ad fauorem piæ cauſſæ. cetera habentur in ſummariis.

### *SVMMARIA.*

*Heres inſtitutus immittitur in poſſeſſionem bonorum hereditariorum* ex l. fi. C. de edict. diu. Adria. toll. num.1. *vbi ampliatur etiam quòd teſtamentum ſuſtineatur de iure ſpeciali, nu.1.*

*Teſtes requiruntur in teſtamento etiam facto ad pias cauſſas, nu.2. vbi tamen, quòd contraria opinio eſt tutior & communior, & in addit. litera a, vbi de materia.*

*Teſtes in teſtamento requiruntur pro ſolemnitate probatoria, non autem pro ſolemnitate ſubſtantiali, n.2. & in addit. lit. a.*

*Teſtes ſeptem in teſtamento requiruntur, quod quando verum ſit, & generaliter de materia, in addit. lit. a.*

*Teſtatoris voluntas ſi aliunde probetur quàm ex teſtamentariis teſtibus, qui in eo non ſint appoſiti, adhuc ſuſtinetur, ſub nu.2.*

*Hoſpitale perpetuum, & in quo diuina officia celebrantur, dicitur locus pius, num.3.*

*Falſitatis præſumptio non oritur ex eo, quòd in folio ſeu ſchedula reperiatur paruum ſpatium in albo, num.4.*

*Teſtamentum vitiatur, ſi poſt illius ſignationem aliquid in eo ſcriptum reperitur, nu.4. ſecus econtrà, ſi nihil additum vel detractum fuit, num.5.*



Farin. Conſil.

*Falſitatis ſuſpicio non oritur ex folio ſeparato reperto in teſtamento, quando habet aliquod ſignum, ſignificans illud eſſe de corpore teſtamenti, num. 5.*

*Teſtamentum an vitietur in totum, ſi in aliquo legato vel particulari inſtitutione habeat aliquam ſuſpicionem, nu. 5. in fine.*

## DECISIO CXXXI.

1 Firmata † ſchedula teſtamenti bon. mem. Cardinalis Cuſani, per ſufficientem recognitionẽ concluſum fuit vnanimiter, hoſpitale magnum Mediolani heredem inſtitutum immittendum eſſe in poſſeſſionem hereditatis, virtute *l. fi. C. de edict. diui Adria. tollen.* Cuius diſpoſitio procedit non ſolùm quando de iure communi, ſed etiam ſi de iure ſpeciali ſuſtineatur teſtamentum, *ſecundùm gloſſ. ibi, in verſ. diſpoſitionibus.* Bart. *nu.* 18. *&* 19. quem ſequuntur ceteri Doctores ſecundùm Curtium iuniorem, *nu.* 68.

2 Non † obſtant quæ opponuntur. Et primò vitium veriſimile, defectus ſcilicet teſtium, qui requiruntur etiam in inſtitutione piæ cauſæ, Soc. iun. *conſ.* 189. *vol.* 2. Clar. *in §. teſtamentum, q.* 7. quoniam Rota ſequitur aliam opinionem, tanquàm æquiorem, tutiorem & communiorem, ſcilicet quòd teſtamẽtum quoad inſtitutionem ſuſtineatur; cùm enim requirantur teſtes pro ſolemnitate probatorio in teſtamento, non autem pro ſolemnitate ſubſtantiali [a], Bar. *in repet. l.* 1. *ante num.* 37. *C. de ſacroſanct. Eccleſ. in* 2. *priuileg. piæ cauſſæ*, ſequitur, quòd ſi de voluntate teſtatoris aliter poſſet conſtare, quàm per teſtes, probatur teſtamentum ſine teſtibus, non iure ſpeciali, ſed iure communi, Dec. *conſ.* 159. *ſub nu.* 3. cum aliis alleg. per Couar. *in c. relato, num.* 12. *de teſtam.* & fuit dictum in hac cauſſa coram me die 4. Febr. proxime præteriti, & anteà tenuit Rota in cauſſa Romana, hereditatis de Mazzocchis, coram bonæ memoriæ Lauretano 21. Februarij 1578. & coram R. P. D. Decano Romana de Alteriis, 20. Decembr. 1582. In quibus Doctorum auctoritates & rationes latæ referuntur.

3 Nec † placuit Dominis quòd dictum fuit, hoſpitale non eſſe locum pium, cùm ſit perpetuum, & in eo diuina officia celebrentur, vt fuit aliàs in Rota firmatum.

4 Secundò † non obſtat, quòd in folio ſchedulæ poſt catalogum legatariorum adſit paruum ſpatium in albo, quoniam quod nihil eſt, nullam poteſt afferre ſuſpicionem: quinimò ſi aliquid reperiretur ſcriptum poſt ſignatum teſtamentum, tunc vitiari poſſet. Iaſ. poſt Innoc. & alios allegatos *in l. ſi ita ſtipulatus, §. Chryſogonus, nu.* 12. *&* 13. *ff. de verb. oblig.* quapropter potiùs ex hoc tollitur, quam inducatur aliqua ſuſpicio.

5 Tertiò † non facit oppoſitio de folio ſeparato, ſiquidem habet ſignum, quo mediante reperitur in corpore teſtamenti. Et ſic licet ſit ſeparatum folium, non eſt ſeparata voluntas. Præterea continet inſtitutionem particularem D. Marchionis. Vnde aut valet, quia nihil additum vel detractum fuit de eo, quod prima vice ſcriptum fuerat, *gloſſ. in d. l. fin. in verbo, figura*, ſed ſuperaddita noua particularis ſubſtitutio, & hoc caſu nullam facit difficultatem; aut non valet tanquàm approbatum, ad trad. per Bald. & Caſtren. *in l. ſi vnus, C. de teſtam.* & cùm ſit legatum, vel particularis inſtitutio, ſine dubio non impedit immiſſionem, Curt. iun. poſt Bart. & alios *in d. l. fin. nu.* 6. Et ita dicendum, ſi in aliis legatis aliquod reperiretur impedimentum. Quare, &c.

### *ADDITIO.*

a *Subſtantiali.* Sed quòd imò teſtium numerus ſit etiam de forma ſubſtantiali, de communi teſtantur Couarru. *in c. cùm eſſes, nu.* 8. *de teſtam.* & Clar. *in §. teſtamentum, q.* 56. *verſ. & ſcias*, vbi etiam ponit vtilitatem & effectum huius inſpectionis; An ſcilicet teſtes in teſtamento ſint de forma probatoria, vel ſubſtantiali. Quid autem ſit ſubſtantia, quid ſolemnitas, & quid natura, videas per Menoch. *de arbitr. quæſt. lib.* 1. *q.* 11. *num.* 7.

Et quod attinet ad materiam huius deciſionis, quòd in teſtamento ad pias cauſſas, adhuc teſtes requirantur, duo ſcilicet, tam de Iure Canonico, quàm Ciuili, videtur communis, ſicut teſtatur Capra *concluſ.* 104. *num.* 8. Viui. *opin.* 890. *num.* 4. Villalob. *in commun. opin. litera T, nu.* 26. Clar. *in d. §. teſtamentum, q.* 6. *verſ. hinc infertur.* Et generaliter ſi ſcire volueris; An & quando, & in quibus caſibus, in teſtamento requirantur ſeptem teſtes, quando minor numerus ſufficiat, & quando etiam ſine vllis teſtibus teſtamentum ſuſtineatur, quid de iure ciuili, & quid de iure Canonico, & alia ad materiam, vide text. & Docto. *in l. hac conſultiſſima, & in l. in teſtamentis, C. de teſtam. & Inſtit. de teſtam. & §. fin. item teſt.* & ibi Doct. & præſertim Couar. *in c. cum eſſes, de teſtamentis*, Neuiz. *conſ.* 26. *nu.* 5. 16 *& ſeqq.* 31. *& ſeqq. &* nu. 39. Capra *concluſ.* 104. Clar. *in d. §. teſtamentũ, q.* 8. *verſ. hinc infertur, & q.* 56. *&* 57. Nouell. *reg.* 209. *in vlt. fallen.* Franc. Gurza. *opi.* 45. Rolan. *conſ.* 30. *n.* 10. *& ſeqq.* 21. *& ſeqq. lib.* 3. *& conſ.* 33. *nu.* 33. *nu.* 2. 41. *& ſeqq. eod. lib.* 3. *& conſ.* 81. *per totum, lib.* 1. Cephal. *conſ.* 32. *lib.* 1. Hippol. Rimin. *conſ.* 56. *nu.* 25. *& ſeq. lib.* 1. Monticel. *in repertorio teſtium, fol.* 328. *in fi. & ſeqq. vſque ad fol.* 334. *in diſcurſu*, Viu. *opin.* 890. Ioſeph. Lud. *concl.* 28. *& deciſ. Lucen.* 13. *nu.* 10. Mantic. *de coniectur. lib.* 1. *tit.* 16. *nu.* 3. Villalob. *commun. opin. litera T, n.* 22. *& ſeqq.* Michaël Craſſ. *in cõmun. opin. lib.* 2. *c.* 3. *q.* 30. 31. *&* 35. Menoch. *de arbitr. quæſt. lib.* 2. *caſ.* 194. *nu.* 11. omninò Petr. Dominic. Madalen. *in ſuo tract. nu. teſtium.*

*Fam. Cent. I. V. D. Galeſij.*

## CORDVBE.

*Caſertana Beneficij, Lunæ 13. Aprilis 1600.*

### ARGVMENTVM.

Falſitas coniecturis probatur, vt inſtrumento fides tollatur, & ſufficiunt duæ, & hîc ponuntur quædam falſitatis coniecturæ.

### *SVMMARIVM.*

*Inſtrumentum non dicitur perfectum, niſi habeat clauſulam,* Actum, &c. *nu.* 1.

*Iuramentum non probat, niſi habeat indictionem, nu.* 1. *& in addit. litera* a, *vbi de materia.*

*Falſitas præſumitur ex charta recenti, & recentibus characteribus ſcripta, quando agitur de ſcriptura antiqua, nu.* 4. *& in addit. litera* b, *vbi de materia.*

*Falſitas præſumitur ex ſigillo bene conſeruato & integro in ſcriptura antiqua reperto, nu.* 2.

*Falſitatis ſuſpicio habetur pro falſitate quoad infirmandam probationem ſcripturæ, nu.* 3.

*Falſitatis præſumptiones duæ ſufficiunt ad tollendam fidem inſtrumento, nu.* 3.

*Falſitas præſumitur ex inſolita diligentia, nu.* 4. *& in addit. litera* c, *vbi de præſumptione ſimulationis ex pactis & clauſulis inſolitis.*

*Falſitas præſumitur ex qualitate notarij carcerati pro falſitate, n.* 4.

## DECISIO CXXXII.

1 Qvantùm † ad ſcripturam ſub data 6. Iulij 1452. ſatis apparebat, non eſſe in forma probanti: nam non habebat clauſulam, *Actum, &c.* neque indictionem [a], ſuper qua nulla ex aduerſo dabatur reſponſio, Couar. *Pract. c.* 20. *nu.* 4. Ant. Gomez. *in l.* 3. *Taur. n.* 33. *&* 42. & ibi Burgo, de Pal. *nu.* 1290. Greg. Lopez *in l.* 54. *tit.* 18 *par.* 3. *ad l. contractus, C. de fid. inſtr.*

2 Aliæ † verò ſcripturæ ſub datũ 1489. 1490. 1495. & 505. fuerũt viſæ Dominis non eſſe etiam in forma probãti, quia ex oculari inſpectione ſatis apparebat, eas eſſe confectas de recenti: tum quia papyrus ipſa videbatur recens in marcha, & recentibus [b] characteribus ſcripta: tum etiam, quia ſigillum cum cera vel alia mixtura impreſſum, vt cernitur, non poterat per tantum tempus conſeruari ita integrum, abſque alio damno vel diminutione.

3 Et † in ciuilibus quælibet ſuſpicio falſitatis habetur pro falſitate quoad infirmandam probationem, Archid. *in c. in memoriam,* 19. *diſtinct. n.* 12. & ibi Gemin. Natt. *conſ.* 315. *nu.* 14. Rimin. *conſ.* 145. *nu.* 9 & duæ præſumptiones ſufficiũt, Aym. *conſ.* 134. *nu.* 39 *&* 40.

4 Vltra † quòd dicta inſtrumẽta de anno 1495. & 505. ſunt publicata per Syluium notarium inquiſitum, & carceratum de falſitate ſcripturarum, qui illas originales contra ſtylum pacti accommodauit, quæ diligẽtiæ inſolitæ [c] cum qualitate notarij ſatis ſuadebant, vt nullam fidem mererentur, niſi aliunde illarum effectus appareret.

5 Quæ † autem ex aduerſo deducebantur, minùs etiã Dominis placuerunt, ex Plut. *deciſ.* 26. *de fide inſtru. in manuſcriptis,* Caputaq. *deciſ.* 41. *&* 42. *par.* 2. ex deductis in illa Tiraſon.

iuriſdi

iuriſdictionis, 19. Februarij 1593. coram R.P.D. meo Mellino. Ex quibus & aliis per Dominos cōſideratis, fuit tentum, iuribus à Poſſidonio productis, quæ habent atteſtationem Syluij notarij, non eſſe fidem adhibendam, &c.

## *ADDITIONES.*

a IN *dictionem.* An autem præſumatur falſitas ex errore indictionis in inſtrumento appoſitæ, vide Maſcar. *de probat. cōcl.* 740. *n.* 24. Et ſi Notarius errarit in appoſitione indictionis, vel illam nullo modo apposuit, an poſſit errorem corrigere, & indictionem readdere, vide Ioſeph. Lud. *deciſ. Lucen.* 13. *n.* 43. *& ſeqq.* Sed quòd omiſſio indictionis in inſtrumento illud vitiet, etiam quòd Notarius in eo reliquerit ſpatium pro illa apponenda, ac etiam quòd in inſtrumento dixiſſet, *indictione*, &c. & etiam quòd ex anno appoſito in inſtrumento dignoſcatur indictio, & quòd nec Princeps poſſit defectum indictionis ſupplere, niſi in contrarium ſit aliqua conſuetudo, colligitur ex allegatis *in d. deciſ. Lucen.* 13. *num.* 35. *& ſeqq. par.* 1. vbi *num.* 40. quòd ſi dubitatur de errore annorum Domini, & de indictione, præſumitur potiùs error in indictione, quàm in annis Domini.

b *Recentibus.* Vide Menoch. *de arbit. quæſt. lib.* 2. *caſ.* 187. *n.* 37. vbi de literis nouis ſcriptis in charta antiqua, Decia. *cōſ.* 100. *nu.* 17. *& ſeq. lib.* 2. vbi de inſtrumento antiquo protocollato & ſcripto in charta noua, de quo etiam per Aym. *conſil.* 28. *nu.* 3. Montic. *reg.* 15. *n.* 129. vbi de charta fumo infecta, vt appareat antiqua inſerta in libro antiquo. Adde præmiſſis Maſcard. *de probat. d. concl.* 740. *nu.* 22. vbi quòd iſta præſumptio falſitatis oneris ex litera recenti ſcripta in charta antiqua, non eſt ita certa præſumptio, ſicut quando econtrà inſtrumentum antiquum eſt ſcriptum in charta noua, alicuius ſigni, quod non erat tempore inſtrumentum: tunc enim apertè falſitas detegitur, vt ibi per eum *nu.* 21. *& nu.* 32.

c *Inſolitæ.* Sic & ex clauſulis & pactis inſolitis, & non ſolitis cautelis, ſimulationem præſumi plenè ſcripſerunt Rolan. *conſ.* 40. *n.* 34. 35. *&* 39. *lib.* 2. Neuiz. *conſ.* 34. *nu.* 26. vbi ampliùs, quòd talis præſumptio non recipit probationem in contrarium, *& conſ.* 8. *nu.* 63. Petraſan. *ſing.* 67. vbi de materia. Pariſ. *conſ.* 54. *n.* 39. *lib.* 1. *& conſ.* 5. *num.* 166. *lib.* 4. Menoch. *de arbitr. quæſt. lib.* 2. *caſ.* 225. *in fi.* Ioſeph. Lud. *deciſ.* 52. *in* 32. *coniect.* Ioan. Bapt. *in tract. de vſur. comment.* 5. §. 1. *nu.* 37. Maſc. *de prob. lib.* 1. *concl.* 440. *& latius concl.* 444. *n.* 6. *& ſeqq. & concl.* 1044. *num.* 5. Oſaſc. *conſ.* 66. *nu.* 14. Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 122. *n.* 65. *& ſeqq.* vbi declarat. Et faciunt dicta per D. meū Farin. *in ſua Pract. crim. part.* 2. *in tit. de pœn. temper. quæſt.* 89. *nu.* 121. *& ſeqq.* vbi in ſimili de præſumptione doli.

*Famianus Centolinus V. I. D. Galeſij.*

## ILLVSTRISS. SERAPHINI PATRIAR.

*Vacationis Prioratus*, 17. *Maij* 1600.

### ARGVMENTVM.

Ad probationem confidentiæ, an requiratur plena probatio: an verò ſufficiant coniecturæ & quæ: & an ex ſola intentione & mente reſignantis ſeu reſignatarij inducatur confidentia.

### *SVMMARIA.*

*Confidentia ſeu ſimonia non inducitur, niſi præcedat pactum ſeu conuentio de reſignando cum confidentia & ſimonia, num.* 1.

*Confidentia ſeu ſimonia probatur coniecturis, ſed illis quidem concludentibus & vehementibus, imò requiritur plena & cōcludēs probatio, quando agitur ad probationem etiam ciuiliter, num.* 2.

*Teſtes examinati pro informatione curiæ, & non repetiti cum citatione partis, nihil probant, nu.* 3. *Faciunt tamen adminiculum, quando reus defenſionibus renunciauit, num.* 9.

*Confidentia & ſimonia inducitur ex ſola mente & intentione reſignantis & reſignatarij, num.* 4. *Declara vt hoc procedat in foro iudiciali ſecus in foro conſcientiæ, nu.* 5. *in fin.*

*Confidentia ſeu ſimonia probatur per confeſſionem reſignantis & reſignatarij iudicialem, n.* 5.

*Confidentia ſeu ſimonia præſumitur expeditione literarum ex pecuniis reſignantis, n.* 6.

*Confidentia ſeu ſimonia præſumitur ex perceptione fructuum facta à reſignante poſt reſignationem, num.* 6.

*Confeſſio continens plura facta diuerſi temporis & diuerſæ ſpeciei,* A *poteſt diuidi & pro parte acceptari, num.* 6.

*Confidentia præſumitur ex eo, quòd reſignatarius poſt reſignationem non reſedit in beneficio, & inſeruiebat pro mercenario in alio beneficio, num.* 7.

## DECISIO CXXXIII.

FVit dubitatum, an conſtet de confidentia, cuius proba- 1
tio potiſſimum ex conſtitutis Gulielmi Catalani inquiſiti deducebatur. Et pro parte negatiua deducebatur, neceſſarium eſſe ad probandum confidentiam, vt probaretur factum ſeu contractus præcedens reſignationem, *c. tua nos, de ſimonia, c. veniens, il* 1. vbi Dec. *de teſtib.* idem Dec. *conſ.* 118. *nu.* 4. Pariſ. *conſ.* 31. *n.* 29. *lib.* 4. Put. *deciſ.* 171. *n.* 9. *lib.* 2. Mohed. *dec.* 167. Et fuit dictum in Cuſentina confidentiæ, coram bonæ memor. Orano, & in illa Tullen. Parochialis, coram me, 24. Maij 1593. & in Calaguritana confidentiæ, coram R. P. D. B meo Pegna, 14. Decemb. 1592. & in eadem coram R. P. D. meo Pamphilio, 28. Iunij 1593.

Et † licèt admittantur ad probationem coniecturæ, eæ ta- 2
men debent eſſe concludentes, vt per Verall. *dec.* 202. *part.* 1. & fuit dictum in Firmana Capellaniæ 1587. coram S. D. N. & in Britton. Commendæ, 22. Decemb. 1588. coram bon. mem. D. Gipſio, vna cum aliis allegatis per informantes, quæ maximè procedunt, vbi agitur ad priuationem; tunc enim requiritur plena & concludens probatio, etiam quòd agatur ciuiliter, Abb. *in c. veniens, ibi nu.* 4. cum aliis, quæ latè deducta fuerunt in prædictis cauſſis, & poſtremò in vna Caſalen. Prioratus, coram bo. me. D. Gipſio.

Quæ † cùm ita de iure ſeſe habeant, dicebant, nullam 3
adeſſe tractatus præcedentis probationem, & coniecturas, C quæ deducuntur, non eſſe vehementes, & neceſſariò excludentes; nam quæ deducuntur ex teſtium depoſitionibus, non ſunt attendenda, cùm ſint nulliter examinati pro informatione curiæ, & non repetiti cum citatione partis, vt debuerant, Caputaq. *deciſ.* 207. *n.* 9. *part.* 2.

His † tamen non obſtantibus, contrarium fuit cōcluſum, 4
& pro hac parte fuit conſideratum, Perinettum, qui beneficium reſignauit ante reſignationem, dixiſſe Gulielmo, quòd volebat ei reſignare beneficium, & quòd ſi cōtigiſſet, vnum de filiis D. de Barroulx, eſſe qualitatis, vt poſſet illud tenere, cùm de eo recognoſceret. Ex quibus verbis apertè colligitur & mens & intentio reſignantis, quæ ex diſpoſitione Conſtitutionis felic. record. Pij V. ſola ſufficit ad probationem confidentiæ.

Nec † releuat, quòd Gulielmus ſubdit, ſe dixiſſe, *vt Deus* 5
*ſibi gratiam impartiretur*, abſque eo tamen quòd quicquam ei D promiſerit, quia illa verba ab ipſo probata, incaleſcunt in hunc ſenſum, quòd accommodauerit quodammodò fidem ſuam requiſitioni ſibi factæ. Et hanc confeſſionem, cùm ſit iudicialis, ſufficere ad probandum confidentiam, probatur *ex deciſ. Caputaq.* 242. *lib.* 3. Et fuit dictum coram me in vna Legion. Canonicatus, 2. Decembr. 1569. Neque facit, quòd illa verba videantur ſtare abſque eo, *quòd quicquam ei promiſerit*, quia videntur adiecta conſtituto, non autem intentioni factæ Perinetto; verba enim Gallica ſunt hæc, *ſans toutesfois luy auoir rien promis*, quę bene ſunt interpretata; verùm dato, quòd adiecta eſſent reſponſioni, tamen ea non tollunt intentionem admittendi beneficium, quæ ſola ſufficit, vt ſuprà dictū eſt. Nauar. *conſ.* 27. *n.* 2. *de ſimon. & conſ.* 28. *n.* . . . *eod. tit.* ſufficit enim, notam eſſe reſignatario intentionem reſignantis, Gabr. *conſ.* 172. Et licèt fortè in foro conſcientię non E faciat confidentiam, vt Nauar. *in Manual. cap.* 27. *num.* 209. tum in foro iudiciali, ſecus ex Conſtit. Pij V.

His † accedunt coniecturę, quę deducuntur in facto nem- 6
pe expeditione reſignationis facta ex pecuniis reſignantis, item aliquorum fructuum perceptio, quæ probatur ex confeſſione eiuſdem Gulielmi, & continentur in Bulla Pij V. Et licèt nonnullæ excuſationes afferantur, tamen quia ſumus in confeſſione continenti facta diuerſi temporis, & diuerſæ ſpeciei, poteſt diuidi, & pro parte acceptari, & pro parte non, Cæpoll. *caut.* 60. Boër. *deciſ.* 339. *n.* 3.

Accedit †, quòd reſignatarius nunquàm reſedit in Prio- 7
ratu, & maluit inſeruire pro mercenario in alio beneficio, quod non eſt veriſimile, eum facturum fuiſſe, ſi ſe Dominum verè etiam Prioratus exiſtimaſſet.

Multùm † facit etiam, quòd dedit mandatum ad reſignan- 8
dū, ad fauorē vnius ex illis, pro quib. rogatus fuerit, & licèt

non perducta fuerit ad finem reſignatio, tamen hoc veriſimiliter factum fuit ad declinandam facti ſuſpicionem.

9 Accedunt præterea teſtes, qui aliquod adminiculum faciunt, præſertim cùm admonitus Guliel.an vellet eos habere pro ritè examinatis, defenſionibus renunciauerit. Ex quibus omnibus cenſuerũt Domini, probatam eſſe confidentiã.

## MELLINI

*Foroliuen. Canonicatus, Mercurij 21. Maij.*

### ARGVMENTVM.

Priuatio beneficiorum propter crimen, an & quando inducatur ipſo iure abſque ſententia cõdemnatoria: & an etiam inducatur per ſentẽtiam condemnatoriam ſuper crimine, & non expreſſa priuatione: & ac per gratiam beneficij factam à Papa inducatur eiuſdem beneficij vacatio,

### SVMMARIA.

*Priuatio ſeu vacatio beneficiorum non inducitur ipſo iure, niſi in certis criminibus in iure expreſſis, num. 2.*

*Priuatio beneficiorum non inducitur ipſo iure propter crimẽ, etiam quod ex eo irrogetur infamia, num. 2.*

*Simoniacus pro ſimonia condemnatus, etiam quòd ex condemnatione infamis euadat, non cenſetur priuatus beneficiis non ſimoniacè obtentis, niſi illis in ſententia fuerit expreſſe priuatus, n. 2. in fin.*

*Condemnatus propter delictum non cenſetur priuatus beneficiis, etiam quòd perpetuò excludatur à facultate inſeruiendi in beneficiis, num. 3.*

*Priuatio & vacatio benficiorum ipſo iure inducitur in quibuſdam, criminalibus exceptis, num. 3.*

*Beneficij vacatio non inducitur per gratiam, quæ conceſſa fuit ad petitionem partis, & eſt reſtricta ad certum vacationis modum, num. 4. & ſeqq.*

*Gratia beneficij conceſſa certo modo, non inducit vacationem, non iuſtificato modo vacationis narrato, num. 4. & ſeqq.*

*Gratia beneficij inducit vacationem illius, quando Papa habuit certam & indubitatam ſcientiam facti, & nihilominus voluit cõferre, etiã quòd ſciret vel dubitaret, an beneficiũ vacaret, n. 6.*

*Papa ſignando gratia beneficij non cenſetur velle priuare non priuadũ, & ideo in gratiis ſolet apponi clauſula,* prout de iure, *n. 7.*

## DECISIO CXXXIV.

1 DVbium † fuit diſtinctum in duas difficultates. Prima difficultas fuit; an Petrus Paulus fuerit priuatus Canonicatu ipſo iure, vel per ſententiam. Secunda difficultas fuit, circumſcripta vacatione ipſo iure, vel per ſententiam, an ſaltem fuerit inducta vacatio per gratiam Sanctiſſ. Dom. N. conceſſam Aſdrubali.

2 Quantùm † ad primam difficultatem, Domini reſoluerunt, quòd Petr. Paul. non fuit priuatus canonicatu, neq; ipſo iure, neq; per ſententiam. Fundamentum reſolutionis fuit, quia ipſo iure non inducitur vacatio beneficiorũ, niſi in certis criminibus in iure expreſſis, Innoc. *in c. cùm noſtris, nu. 1. de conceſ. præb.* Fel. *in c. 2. n. 4. de reſcript.* Quod locum habet, licèt crimen irroget infamiam, Ab. & Fel. *in c. querelam, ſub nu. 3. de iureiu.* Lamb. *de iur. patr. lib. 2. 23. art. 9. q. princ. n. 4.* Io. de Selua *in tra. de benef. 3. par. q. 2.* & ſentit Biſig. *dec. 5. de re iud.* & in cõdemnato ob ſimoniam, ex qua reſultat infamia, quòd non ſit priuatus beneficiis non ſimoniacè obtentis, licèt is etiam ſit priuandus, tenuit aliàs Rot. vt per Paleo *dec. 53.*

3 Per † ſententiam verò condemnatoriam propter delictũ non inducitur priuatio beneficiorum, etiamſi condemnatus perpetuò excludatur à facultate inſeruiendi in beneficiis, ſed conſequutiuè priuãdus eſt, vt in terminis condẽnati per ſententiam ad perpetuos carceres concludit d. dec. 5. Biſig. *de re iud.* quã Rot. ſolita eſt ſequi, vt per Sarnen. *in reg. de annal. q. 92.* Put. *dec. 233. l. 2.* Et ideò, cùm non verſemur in criminibus exceptis, in quibus inducitur vacatio ipſo iure, & ſentẽtia nõ contineat expreſſam priuationẽ canonicatus, non fuit inducta vacatio, neque ipſo iure, neque ratione infamiæ, neq; per ſententiam, & cõſequẽter ſuper eo ius cõpetit Petro Paulo.

Quantùm † ad ſecundam difficultaẽ, Domini cenſuerũt, per gratiam conceſſam Aſdrubali non fuiſſe inductam nouã vacationem. Potiſſima ratio reſolutionis fuit, quia gratia eſt conceſſa ad petitionem partis, & eſt reſtricta ad vacationem narratã, quòd canonicatus vacauit, quia Petrus Paulus ob latrocinium, & nonnulla alia delicta fuit condemnatus ad triremes, & infamiæ notam contraxit, & ideò cùm gratia ſit reſtricta ad vacationem narratam, ex ea non inducitur priuatio, etiamſi non vacaret, Io. Pau. *dec. 79.* Put. *dec. 30. lib. 1.* 4

Conſiderabant † etiam Domini, quòd ſtante clauſula, *ſiue præmiſſo, ſiue quouis alio modo,* S. D. N. intellexit, quòd prouiſus debeat iuſtificare vacationem, & iſta repugnant, quòd voluerit conferre, etiam quòd canonicatus non vacaret, & quòd debeat iuſtificari vacatio. 5

Nõ † obſtat conſ. Anch. 283. quod Rota aliàs ſequuta fuit, per informantes, quia illud conſilium procedit, quãdo Papa habuit certam & indubitatam ſcientiam facti, & nihilominùs voluit conferre, etiam quòd ſciret vel dubitaret, an beneficiũ vacaret, ſecus autẽ eſt, quando fecit gratiã ad petitionẽ partis ſuggerentis ſibi factum ignotũ, & prouidit de beneficio, vti vacanti, tunc enim ſi beneficium non vacat, gratia remanet ſubreptitia, & non inducit vacationem, & ita d. conſil. Anchar. declarat Ioan. Paul. *d. deciſ. 79.* & Put. *d. deciſ. 30.* 6

Nõ † obſtat notabile Cancellariæ, quod allegatur, quia illa eſt alia quæſtio; dubium enim illius notabilis eſt, quando narrata in gratia ſunt vera, ſed inſufficientia ad vacationem, & ideò non applicatur, quia Papæ fuit obreptum, quòd beneficium vacabat, cùm non vacaret neq; ipſo iure, neq; per ſententiam, neq; propter infamiam, vt dictum fuit. Et nihilominùs notabile non datur integrum. & in eo caſu poſteà concluditur contrarium, quia licet Papa ſignauerit gratiam, non tamen vult priuare non priuandum; & ideò in iſtis gratiis ſolet ſemper apponi clauſula, *prout de iure.* 7

## PAMPHILII DECANI MERITISSIMI.

*Lunen. Sarzanen. Confidentiæ, 9. Iunij 1600.*

### ARGVMENTVM.

Simonia & confidentia an ſit plenè & concludenter probanda: an verò ſufficiant indicia & coiecturæ, & quæ: an confidentia probetur ex perceptione fructuum facta à reſignante poſt reſignationem: an etiam ſimonia probetur ſolutione pecuniarum, proceſſione litis & iurium facta, præſertim in præſentia Epiſcopi, & cum reſeruatione beneplaciti Apoſtolici.

### SVMMARIA.

*Confidentia ſeu ſimonia, etiam quòd ciuiliter agatur, requirit plenam & concludentem probationem, num. 1.*

*Simonia ſeu confidentia ad eius probationem admittit indicia & coniecturas, dummodò tamen plenè probentur, & ſint tales vt non poſſint aliud imponere, & reum de crimine conuincant, aliter ſecus, num. 1.*

*Confidentia probatur ex eo, quòd reſignans poſt reſignationem bona beneficij locauit, & fructus percepit: fallit, niſi locaſſet, & fructus percepiſſet vigore mandati ſibi dati à reſignatario, num. 2.*

*Confidentia non dicitur probata ex eo, quod poſt reſignationem reſignatarius conceſſerit reſignanti aliquam partem fructuum beneficij non præcedente pactione aliqua, num. 2. & 3.*

*Clericus beneficiatus poteſt in vita ad libitum diſponere de fructibus ſui beneficij, num. 2. in fin.*

*Simonia ſeu confidentia non inducitur, niſi præcedente pactione, & ſimoniaca intentione, num. 3.*

*Simonia non inducitur ex ſolutione pecuniarum, facta pro ceſſione litis, & non iurium occaſione expenſarum factarum in lite, & vt ſe à vexatione redimeret, num. 4. & 5. vbi præſertim quando tranſactio fuit facta in præſentia Epiſcopi, & ſub beneplacito Sedis Apoſtolicæ.*

*Simonia excluditur per reſeruationem beneplaciti Sedis Apoſtolicæ, num. 5.*

DECISIO

## DECISIO CXXXV.

1 FVit † reſolutum, non conſtare de confidentia ſeu ſimoniaca pactione, quæ præiudicet Andreæ & litis conſortibus: viſum enim fuit Dominis, in caſu, de quo agitur, non adeſſe plenam & concludentem probationē, quæ neceſſaria eſt in hoc crimine, etiamſi de eo ciuiliter agatur, Ab. *in c. veniens, il 1. nu. 4. de teſt.* poſt gl. ibi. Quam eſſe communiter receptam, tradit Alc. *in conſ. 2. n. 41. tom. 1.* & fuit tentū in cauſa Imol. confidentiæ, ſub die 24. Febr. 1592. coram me, & in pluribus aliis. Quod enim dicitur in probando hoc crimine admitti indicia & coniecturas, procedit, dummodò plenè probentur, & ſint tales, quæ non poſſint aliud importare, & reum de confidentia ſeu ſimonia conuincāt. Alex. de Neuo *conſ. 64. nu. 2.* Caputaq *deciſ. 202. nu. 5. part. 1.*

2 Hic † autem pro confidentia ea tantū affertur cōiectura, quòd Ioannes, qui reſignauit capellā ad fauorē Andreæ, eius bona locauerit, & aliquos fructus ex ea perceperit, ſed iſta de neceſſitate non concludit confidentiam, cùm conſtet de cauſa perceptionis iſtorū fructuum vigore mādati procuræ per Andr. facti in perſonam Ioan. quod iure prohibitum nō reperitur, tā ex eo, quod tenetur conſtituenti actione mandari ad reddēdam rationem fructuum & affictuum perceptorum, *l. idémque, §. ſi ex fundo, ff. mandati*, tum etiam, quia poteſt dari caſus, quòd poſt factam reſignationē Andreas ſponte ſua, vel ex aliqua iuſta cauſa conceſſerit aliquam partem reſignanti fructuum, quod non eſt illicitum, cùm beneficiatus in vita ad libitum diſponat de fructibus ſui beneficij, gloſſ. *in cap. præſenti, de offic. ord. in 6.* & tradunt Doctores *in cap. 1. de pecul. cleric.*

3 Nec † inducitur confidentia ſeu ſimonia, niſi conſtet de præcedenti pactione ſeu intētione ſimoniaca, quæ hîc non apparet, *c. Artardus antequàm eligeretur, 8. q. 3.* gl. & Doctores *in c. tua nos, de ſimon. & in d. c. veniens*, vbi Dec. *n. 7. de teſt.* idem Dec. *conſ. 118. nu. 4.* Pariſ. *conſ. 30. nu. 21. lib. 4.* Put. *deciſ. 171. nu. 9. lib. 2.* Et fuit reſolutum in d. cauſſa Imolen. & ſæpiſſimè in aliis cauſſis allegatis per informantes.

4 Quantùm † verò ad ſimoniam, quæ prætenditur ex ſolutione ſcutorum 95. per And. facta Dominico pro ceſſione iurium & litis, illa tollitur ex facto, quia ex lectura ipſius inſtrumenti tranſactionis conſtat, ceſſionem litis tantùm, non autem iurium fuiſſe acceptatam ab Andrea, qui expreſsè negauit narrata in impetratione, & poteſtatus fuit, nihil velle de iure ipſius, ſed quòd prædictas pecunias ſoluebat occaſione expenſarum factarum in lite, & vt ſe redimeret à vexatione, quam ei Dominicus intulerat, quod potuit facere, vt tradit Sarn *in reg. de annal. q. 2. num. 5. verſic. & ſic videmus*, Ant. Ag. *in tit. de ſimon. conuent. nu. 4.*

5 Neque † aliquid facit, quòd teſtes examinati pro informatione curiæ dicāt, ceſſionem fuiſſe factam etiam ratione iuris, quod quoad capellam competebat Dominico cedenti vigore impetrationis per eum factæ ex capite confidentiæ, quia conuincuntur de mendacio, tum ex eo, quòd non conſtat de aliqua confidentia, per quam dici poſſit ſuper hac capella nunquàm aliquod ius cōpetiiſſe Do. quod cedere potuiſſet, *l. qui tabernas, ff. de contrah. empt.* tum etiam, quia contrarium legitur in inſtrumento, cui magis eſt credendum, in quo ſolutio eſt reſtricta ad ſolam ceſſionem litis cum expreſſa negatione narratorum in interpretatione Dom. quod facit ceſſare ſimoniam, maximè cùm tranſactio fuit facta in præſentia Epiſcopi, ſub beneplacito Sedis Apoſtol. quatenus opus ſit. Ex quibus excluditur omnis animus & intētio committendi ſimoniam ſeu confidentiam, vt fuit aliàs conſideratum in cauſa Aretina confidentiæ, ſub die 23. Ian. 1595. coram R.P.D. meo Litta, & ita concluſum.

MELLINI.

*Romanæ Societatis, Veneris 23. Iunij 1600.*

ARGVMENTVM.

Vendito officio ſocietas ſuper eo fundata diſſoluitur, nec ampliùs currunt fructus, ſiue is, qui dedit pecunias ad ſocietatem, ſciuerit venditionem, ſiue etiam ignorauerit.

*SVMMARIA.*

*Officio vendito, ſuper quo ſocietas fundata eſt, non currunt ampliùs fructus, etiam quòd is, qui pecunias dedit, venditionem ignorauerit, nu. 1. & per tot. deciſ.*

A *Societas officij diſſoluitur per venditionem officij, num. 1.*

*Societate officij diſſoluta, ceſſat periculum vitæ & amiſſionis ſortis principalis, & remanet purum & merum mutuum, ex quo citra vſuram non poſſunt percipi fructus, non obſtante pacto vel conſuetudine in contrarium, n. 1. in fin. & in addit. lit. a.*

*Vſura eſt, ex mutuo fructus percipere, n. 1. in fin.*

*Ignorātia vēditionis officij non operatur, quod ſocietas duret, n. 2.*

*Societates officiorum ad tantum pro centenario ſuſtinentur propter periculum vitæ, num. 2.*

*Societate officij finita, competit actio ad intereſſe, probatum tamen verè & concludenter, non autem præſumptiuè, nu. 2. in fin. & in addit. lit. b.*

*Soluens ſcienter indebitum, non repetit regulariter. Sed hoc fallit. Primò, in ſolutione vſurarium. Secundò fallit, quando poteſt ſumi aliqua præſumptio, quòd ſoluens noluerit donare, & ſic quan-* B *do ſolutio non fuit facta animo donandi, nu. 4.*

*Donatio nunquàm præſumitur, quādo capi poteſt alia præſumptio, quàm donationis, n. 4. in fin. & in addit. lit. c, vbi de materia.*

*Officio vendito non eſt neceſſe, quòd is, qui pecuniam dedit, certioretur de tali venditione, num. 5.*

*Negligens dicitur is, qui non perquirit factum ſuum, & id, quod ſua intereſt, num. 5. in fin.*

## DECISIO CXXXVI.

1 DOmini † circumſcripſerunt in præſenti diſputatione caput ſcientiæ vel ignorantiæ Illuſt. D. Io. Bapt. venditoris officij, & concluſerunt, quòd ſiue ſciuerit, ſiue ignorauerit, fructus ei non debeantur poſt venditionem officij. Fūdamentum reſolutionis fuit, quia per venditionem officij ſocietas diſſoluitur, *l. verum eſt, §. vlt. ff. pro ſoc. § ſoluitur, Inſt. de ſociet.* Et diſſoluta ſocietate, ceſſat periculum vitæ & amiſ- C ſionis ſortis principalis, & remanet purum & merum mu- 2 a tuum, ex quo citra vſuram non poſſunt percipi fructus [a], non obſtante pacto vel conſuetudine in contrarium, vt fuit reſolutum in cauſa Rom. Societ. coram Card. Lancel. 28. Apr. 1570. & in alia Rom. Societ. 10. Maij 1578. coram Illuſtriſſ. Cardin. Blanch. & in cauſſa Rom. duorum millium, 3. Iunij 1575. coram Cotta, & ſæpiſſimè in aliis cauſſis.

2 Diſtinctio † autem quæ fit per modernos, & hîc per informantes inter ſcientē & ignorātem, nō habet aliquod fundamentū, quia ignorātia venditionis officij nō operatur quòd ſocietas duret, Alex. *cōſ. 60. n. 1. & 2. lib. 7.* & diſſoluta ſocietate, militat eadem ratio, quòd ceſſat periculū amiſſionis capitalis, propter quod periculū ſolùm ſuſtinentur ſocietates officiorum, & licitè percipiūtur fructus, & remanet purū mu- D tuum, & conſequenter nō poſſunt percipi fructus, ſed ſolùm b in hoc caſu cōpetit actio ad intereſſe [b] probatū verè & concludenter, & nō præſumptiue, iuxta doctrinā Pauli de Caſt. *in l. 3. §. vlt. ff. de eo, quod certo loco*, quā Rota ſeruat, vt per Put. *deciſ. 232. lib. 1.* Mohed. *deciſ. 208.* Veral. *dec. 2. lib. 3. in manuſcr.*

3 Non † obſtāt tex. *in l. ſed & ſocius, §. ſi abſenti, & in l. actione, §. item ſi alicuius, ff. pro ſoc.* quia in ſpecie illorum tex. ſocietas eſt finita, licèt vnus ex ſociis ignoraret diſſolutionem, Bart. & Bal. *in d. §. ſi abſenti*, idem Bart. & Fulg. *in d. §. item ſi alicuius*, Alex. *d. conſ. 60. n. 1. & 2.* Et quæſtio ſolùm eſt de damnis & lucris, & aliis geſtis medio tempore inter diſſolutionem ſocietatis, & ſcientiam alterius ſocij, & iſta quæſtio ceſſat in hac ſpecie, quia poſt venditionem officij non poteſt ampliùs alicui ex ſociis obuenire, neque lucrum, cùm ceſſet periculum amiſſionis ſortis principalis ex parte dantis, & ex officio E vendito, ſuper quo ſolùm eſt contracta ſocietas, alius ſocius non poſſit ampliùs percipere vllos fructus.

4 Non † obſtat, quòd cùm iſti fructus fuerint ſoluti ſponte, ſcientes illos eſſe indebitos, non poſſunt ampliùs repeti, *l. 1. ff. de cond. indeb.* cum aliis alleg. quia hoc non habet locum in vſuris, & quæ poſſunt repeti, etiam quòd fuerint ſcienter & ſponte ſolutæ. Bart. *in l. ſi non ſortem, §. ſi quis falsò, ff. de cond. indeb.* Iaſ. *in d. l. 1. ſub n. 12. verſ. quintò limita*, Dec. *in l. cuius per errorem, n. 4. ff. de reg. iur.* Et tantò magis, quia iſta ſolutio non fuit facta ab Epiſcopo animo donandi, ſed ad effectum differendi reſtitutionem ſummæ ſatis notabilis ſcutorum duorum millium ſortis principalis, quam tunc non habebat in promptu, vt probatur ex ſuis literis. Et quando poteſt ſumi alia præſumptio quàm donationis [c] ſoluens ſcienter indebi- c tum, poteſt repetere, Bald. *in d. l. 1. in fin.* & ibi Iaſ. *in 4. limitat.* Dec. *in d. l. cuius per errorem, num. 2.*

5 Non † obſtat, quòd ex iis videatur ſequi abſurdum, quòd

ſcilicet eſſet in poteſtate recipiendi pecunias ad ſocietatem, vendẽdo officium, poſt contractam ſocietatem, ſine certioratione ſocij eum priuare fructibus ſocietatis, quia certioratio non eſt neceſſaria. Alex. *d. conſil. 60. nu. 2.* & ex iſta venditione non reſultat aliquod præiudicium conſiderabile, cùm non currat ampliùs periculum amiſſionis ſortis principalis, & is, qui dat pecuniam, facilè poſſit certiorari, an ſocietas duret, vel non, & ea diſſoluta repetere ſortem principalem, & ideò imputare ſibi debet, ſi eſt negligens in perquirendo, an ſocietas duret.

*ADDITIONES.*

a *NOn poſſunt percipi fructus.* Vide de hac materia in conſ. D. mei Farin. 15. vbi plenè diſcutitur, an & quãdo finita, ſeu diſdicta ſocietate officij, debeantur fructus, & ad quã rationem, & poſt dictum conſilium reperies deciſ. Cardin. Lancelloti hìc allegatam.

b *Ad intereſſe.* Hoc intereſſe an poſſit per partes taxari, & an illius loco fructus ſocietatis officij currant aliquo modo, vide latiſſimè *in d. conſ.* D. mei Farin. 15.

c *Donationis.* Vulgaris eſt regula, quòd donatio non præſumitur, & quòd omnis alia cõiectura, etiam leuis & fatua, capiẽda eſt potiùs, quàm donationis. Verùm plures ſunt caſus, in quibus etiam præſumitur donatio, de quibus placuit lectorem remittere ad ſcripta per Tiraq. *in l. ſi vnquam, in verb. donatione largitus, num.* 80. *& ſeqq. C. de reuoc. donat. & in* tract. de iud. *in reb. exig. verſ.* 377. *Marſ. ſing.* 56. *&* 57. Neuiz. *conſ. 8. n. 39. 40. & 50. & conſ. 21. nu. 21.* Ant. Gom. *de contract. tit. de donat. ſub num. 5. & in addit.* Villal. *in com. opin. lit. D, nu. 3.* Ceph. *conſ. 39. nu. 20. lib. 1. & conſ. 90. nu. 20. & conſ. 148. nu. 35. & ſeq.* Menoch. *de arbitr. quæſt. caſ. 88. per tot. lib.* 2. Ioſeph. Ludouic. *concluſ. 9. per tot.* Maſcar. *de probat. concl. 345. num. 68. & concl. 554. per tot. & concl. 562. nu. 3.*

*Fam. Cent. I. V. D. Galeſij.*

MELLINI.

*Romana Iuriſpatronatus, 10. Nouembris* 1600.

ARGVMENTVM.

Simonia an inducatur ex præſentatione cum pacto, quòd præſentatus faciat celebrare Miſſas, & quòd teneatur recuperare bona ad capellam pertinentia, illius ſcripturas congregare, & iura tueri.

*SVMMARIA.*

*Simonia non inducitur ex eo, quòd patronus beneficij in præſentatione appoſuerit pactum, quod præſentatus teneretur iura beneficij tueri, & ſcripturas recuperare, nu. 1.*

*Simonia non inducitur ex conditionibus, quæ de iure communi inſunt, nu. 1. in fin.*

*Simonia non inducitur ex præſentatione ſeu collatione beneficij cum onere celebrationis Miſſarum, & præſentatione, quãdo tale onus fuit appoſitum non in actu collationis, ſed ante collationem, n. 2.*

*Simonia non inducitur ex præſentatione ſeu collatione cum onere celebrationis Miſſarum, etiam quod tale onus fuerit impoſitum in actu collationis, nu. 3.*

DECISIO CXXXVII.

1 DVbitaui † an præſentatio Iulij ad fauorem Alexand. ſit ſimoniaca: ſimonia enim deducebatur ex pacto in præſentatione Iulij appoſito, quod Alex. tenetur celebrare facere in hac capella Miſſas decem quolibet menſe, pro ſalute & remedio animarum ſuorum anteceſſorum, & d. capellæ fundatorũ, & quòd teneatur pro eius poſſe tueri iura d. capellæ, & quæcunque bona ad illam pertinentia recuperare, ſcripturaſque in vnum congerere ad hoc, vt poſteri poſſint de illis notitiam habere. Et cauſa propoſita, Domini, quantum ad onus impoſitum Alex. defendendi iura capellæ, & recuperandi bona, & congerendi in vnum ſcripturas, reſoluerunt, ex eo non induci ſimoniam, quia defenſio iurium capellæ, & recuperatio bonorum, & conſeruatio ſcripturarum extantium ſpectat ad inſtitutum in beneficio, qui eſt illius defenſor immediatus, vt per Lambert. *de iur. patr. lib. 3. 2. q. princ. nu.* 2. Et conditiones, quæ de iure inſunt, non inducunt ſimoniam, vt per Doctores *in c. ſignificaſti*, & ibi Ægid. *nu. 2. de elect.* Caputaq. *deciſ. 241. lib. 1.*

A Quo † verò ad onus celebrationis Miſſarum, licèt Domini idem ſentirent, tamen quia materia eſt difficilis & exemplaris, & adeſt varietas opinionum inter Doctores, volui iterum ſuper hoc particulariter dubitare, & difficultas iſtius articuli potiſſimum pendet ad intellectum *c. ſignificatum, de præb.* in quo refertur ſimilis facti ſpecies, & ibi gl. affert duos intellectus. Primus intellectus eſt, quòd iſtud onus celebrationis Miſſarũ fuerat appoſitum ante collationem, & non in ipſo actu collationis, & ideò collatio in ſpecie illius tex. non eſt ſimoniaca, & iſtũ intellectũ ſequuntur Collect. & Card. *ſub n. 2.* Ab. *ſub n.* 7. Imol. *ſub n. 9.* & Dec. teſtatur eſſe magis communẽ, *ſub nu.* 20. & iſtũ intellectum videtur aliàs Rot. fuiſſe amplexa, vt per Caputaq. *in d. dec.* 241. & vt dicit gl. *in d. c. ſignificatum*, iſte intellectus eſt de indubitabili. 2

B Alius † intellectus eſt, quòd iſtud onus ex conuentione fuerat impoſitum in actu collationis, ſed vti quid ſpirituale non inducit ſimoniam, & iſtum intellectum ſequuntur gl. *in c. 1. in verb. ſpiritualia, 1. q. 1. & in d. c. ſignificatum*, Abb. Antiq. *nu. 2.* Hoſt. *poſt princ.* Io. And. *col. 2. verſ. in gl.* 2. Anchar. *nu. 2. & ſub nu. 5.* Ant. de Butr. *ſub nu.* 10. Bened. Capr. *in lect. manuſcript.* Dec. *nu.* 20. & aliquos refert Ægid. *in d. c. ſignificatum, ſub nu. 2. & ſub num. 5. de elect.* licèt ipſe videatur dubitare. Et ille intellectus magis placuit Dominis, quia primus intellectus non congruit literæ illius tex. vt in ſpecie ponderant Imol. Capr. & Dec. cùm repugnent illa verba, *præbendam dediſti*, ita quòd Miſſam debeat quotidiè celebrare, quæ oſtẽdunt fuiſſe initam conuentionem in ipſo actu collationis, & aliter intelligẽdo tex. eſſet indubitabile, vt dicit gl. & non fuiſſet opus conſulere Papam. Et licèt in eo tex. non appro- 3

C betur pactum, vti licitum, & fuerit abhibita cõfirmatio Papæ: tamen Doctores non faciunt vim in confirmatione Papæ, & diſputant in terminis illius tex. circumſcripta confirmatione Papæ, an collatio ſit valida, vel ſimoniaca. Et in iſta varietate opinionũ videbatur Dominis magis recepta opinio negatiua, quidquid in contrarium dicat Dec. præſertim ſi demãdantur auctoritates eorum, qui ſequuntur primum intellectum, ſed non excluſiuè ad ſecundum, & placebant rationes iſtius opinionis, quòd in hoc caſu præſentatio non ſit ſimoniaca, quia iſtud onus celebrationis Miſſarũ, eſt quid ſpirituale, & nullum affert temporale commodum patrono, neque ad exiſtimationem pecuniarum redigi poteſt ad eius vtilitatem, cùm aliàs nõ eſſet obligatus iſtas Miſſas celebrari facere, neque continet aliquid extrinſecum, nihil conferens ad beneficium: in quibus caſibus procedunt deciſ. Caputaq. & aliæ auctoritates & exempla, quæ in contrariũ de-

D ducuntur per informantes, & placuerunt etiam reſponſiones, quæ afferuntur per Dec. *in d. c. ſignificatum, nu.* 20. & 21. vnus etiam ex Dominis conſiderabat, quòd in ſpecie *c. ſignificatum*, videtur potiùs fuiſſe deductum in controuerſiam, pactum de celebrando Miſſam ſingulis diebus, quàm ipſa conuentio de celebrando. Neque videtur veriſimile, quòd ſi ſola conuentio de celebrãdo Miſſam fuiſſet habita pro ſimoniaca, Papa eam confirmaſſet, permittendo, quòd inſtitutus retinuerit beneficium per ſimoniam acquiſitũ, & ideò ex hoc inferebat, non poſſe fieri fundamentum, quòd fuerit adhibita confirmatio Papæ in ſpecie illius text. eo quia conuentio erat ſimoniaca.

Non † obſtat, quòd Iulius ex teſtamento Lucretiæ erat obligatus facere celebrare decem Miſſas, & ideò per iſtud pactum releuatur ab illo onere, quia iſtud onus ex teſtamẽ- 4

E to Lucretiæ eſt appoſitum fratribus S. Bartholomæi, quibus fuit legatus cenſus ſcutorum ſedecim ad iſtum effectum, vt faciant celebrare decem Miſſas, & conſequenter ex iſto pacto, quòd Iulius non conſequitur releuationem, neque aliquod commodum.

MELLINI.

*Romana Societatem, 29. Ianuarij* 1601.

ARGVMENTVM.

Societates officij initæ cum eadem perſona, & ad fauorem eiuſdem perſonæ, non ſuſtinẽtur, niſi vſque ad valorem officij.

*SVMMARIA.*

*Societates officij initæ cum eadem perſona, ſuper eodem officio, ſuſtinentur ſolùm vſque ad valorem officij, & non vltra, nu. 1. & per tot. deciſ.*

*Societates*

*Societates officij non poſſunt contrahi vigore Bullæ Pauli IV. vltra medietatem valoris officij, num.1.* A

*Societates officij vigore Conſtitutionis Pij IV. poſſunt contrahi vſque ad valorem officij, & non vltra, num.1.*

*Publicatio an ſit neceſſaria in conſtitutionibus emanatis motu proprio, num.2.*

*Publicatio conſtitutionis præſumitur, quando illa reperitur regiſtrata in ſecretaria Apoſtolica impreſſa ab impreſſoribus Cameralibus publicè vendita, & in deciſionibus cauſſarum allegata, & obſeruata, num.2.*

*Societas officij non poteſt ſtare ſine officio, num.3. Quia officium eſt ſubiectum & fundamentum ſocietatis, num.4.7.8. & n.9. in fin.*

*Officia non dicuntur alienari ex eo, quòd quis ſuper illis accipiat pecunias ad ſocietatem, ſed ſolùm admittitur ſocius ad participationem fructuum, num.5.*

*Officia ſunt in communi commercio, & eorum fructus poſſunt etiam in totum communicari, num.5.* B

*Venditio vnius rei pluribus facta, eſt valida, quia ſuccedit obligatio ad intereſſe, ſi rem venditam non poteſt ſecundo venditori tradere, nu.6. & in addit. lit. a, vbi quomodo puniatur vendens ſeu hypothecans eandem rem pluribus ac diuerſis perſonis.*

*Cenſus vitalitius repeti non poteſt, & ſuſtinetur propter incertitudinem vitæ, num.7.*

*Societas officij differt à natura cenſus vitalitij, num.7.*

*Societas poteſt contrahi etiam ſuper re aliena in præiudicium contrahentis, num.9.*

*Officia non poſſunt ſubhaſtari, niſi cum magna difficultate, & de licentia Papæ, num.9.*

*Conſuetudo nõ dicitur probata, niſi etiam probetur, quòd fuerit obtenta in contradictorio iudicio cum appoſitione partium, num.10.*

*Conſuetudo non inducitur ex ſententiis difformibus, num.10.* C

*Conſuetudo non ſuffragatur in materia vſuræ, num.10. in fin.*

## DECISIO CXXXVIII.

1 HOnorius † Trincius ſuper ſuo officio militis Pij valoris ſcutorum 500. acceperat à Lelio Bariſciano diuerſis temporibus plures pecuniarum ſummas longè excedentes valorem officij: dubitaui an iſtæ ſocietates officij fuerint validæ in totum, vel ſolùm vſque ad valorem officij. Et Domini fuerunt concordes, quòd ſocietates officij initæ cum eadem perſona ſuper eodem officio ſuſtinentur ſolùm vſque ad valorem officij, & non vltra. Mouebantur primò, propter conſtitutiones felic. record. Pauli IV. & Pij IV. in conſtitutione enim Pauli IV. prohibetur contrahi ſocietates officij vltra medietatem valoris officij, & requiritur ſupplicatio ſignata manu Papæ. Conſtitutio verò Pij IV. continet moderationem illius conſtitutionis, & permittit, vt in futurum contrahi poſſint ſocietates ſine ſupplicatione vſque ad valorem officij, & non vltra.

2 Et † quamuis non inueniatur publicatio conſtitutionis Pij IV. tamen dicebant Domini, quòd aut iſta cõſtitutio fuit publicata, & ſocietates vltra valorem non ſuſtinentur, aut non fuit publicata, & multò minùs ſuſtinentur, quia ſi iſta conſtitutio non habuit effectum, remanet conſtitutio Pauli IV. prohibentis cõtrahi ſocietates vltra medietatem valoris officij, vltra quod ſi publicatio eſt neceſſaria in conſtitutionibus emanatis motu proprio; illa eſt multùm veriſimilis, cùm iſta conſtitutio reperiatur regiſtrata in ſecretaria Apoſtolica impreſſa ab impreſſoribus Cameralibus, & publicè vendita, & vſque ad hanc diem fuerit ſemper allegata in deciſione cauſſarum, & obſeruata ſine aliqua contradictione, & ceſſat ſecundùm Dominos omnis difficultas, quia in Põtificatu Pauli IV. expediebãtur ſuper huiuſmodi ſocietatibus ſupplicationes, quæ vigore illius conſtitutionis erant neceſſariæ, & poſt iſtam conſtitutionem Pij IV. non fuerunt ampliùs expeditæ, iuxta formam iſtius conſtitutionis, & ſocietates fuerunt contractæ vltra medietatem valoris officij, & ex iſta obſeruantia ſubſequuta ſatis apertè declaratur, quòd conſtitutio Pij IV. fuit publicata, & habuit effectum. D E

3 Secũdò †, circumſcriptis etiam iſtis cõſtitutionibus, mouebantur Domini, quia ex diſpoſitione iuris communis iſtæ ſocietates non poſſunt ſuſtineri in exceſſu, neque in vim cõtractus ſocietatis, neque in vim alterius contractus. Quantùm enim ad contractum ſocietatis, notiſſima eſt illius formula, quòd partes ineũt ſocietatem ſuper officio, & officialis facit participem fructuum eum, qui dat pecunias pro rata parte, quam partem propter incertitudinem fructuum officij, & ad effectum euitãdi labores computorum, idem officialis conducit ad rationem duodecim pro centenario, & ideò cùm dans pecunias admittatur ab officiali in ſociũ officij, & ad participationem fructuum, in eo, quòd ſocietates excedunt valorem officij, ceſſat officium, quod eſt ſubiectũ ſocietatis, & cõmunicatio fructuum, quorũ ſocius pecunias conferens particeps fieri poſſit, & cõſequenter ſine ſubiecto & communicatione fructuũ non poteſt ſubſiſtere ſocietas, *l. verum eſt, in fin. ff. pro ſoc.* duodecim pro cẽtenario percipiũtur ex pecunia, ex qua non poſſunt licitè percipi fructus.

Et † quamuis officium non pereat communi periculo, ſed per mortem officialis totum pereat damno ipſius contra naturam contractus ſocietatis; tamen ex hoc non ſequitur, quòd officium non ſit ſubiectum ſocietatis, quia pro maiori commoditate contrahentium periculum ſocietatis inter ſocios cõmutatur: ſi enim officialis moritur, officium amittit, & econtrà ſi moritur ille, qui dat pecunias, amittit ſuum capitale, & ſic in effectu compenſatur periculũ cum periculo. 4

Nec † placuit Dominis, quòd officia ſint de regularibus, & nõ poſſint pignorari vel obligari, & ideò licèt ſocietates abſorbeant totum valorem officij, officium ſemper remanet integrum penes officialem, & conſequenter remanet etiam ſubiectum ſocietatis, & res quæ poſſit cõmunicari, quia per iſtũ contractum non alienatur officium, ſed ſocius admittitur ſolùm ad participationem fructuum, & in exceſſu non remanent fructus, qui poſſint cõmunicari. Præterea licèt titulus officij nõ poſſit alienari ſine conſenſu Papæ ad effectũ euitandi fraudes, & vt poſſit eſſe certus de vacatione: tamen reſpectu contrahentium, dummodò non mutetur perſona officialis, & remaneat periculum vitæ in eadem perſona, officia ſunt in cõmuni commercio, & poſſunt etiam in totum fructus cõmunicari, vt fuit dictũ in cauſſa Rom. officij ſcriptoriæ, 1. Apr. 1588. coram R.P.D. meo Pamphilo, & tantò magis per viam contractus ſocietatis, quàm aliter iniri non poteſt, & permittitur à Papa, etiam ſine licentia. 5

Non † obſtat, quòd ſicut idem prædium, & fructus illius poſſunt vẽdi pluribus perſonis, ita pariter ſuper officio & illius fructibus poſſunt admitti plures ſocij, quia inter iſtos duos caſus ratio diuerſitatis eſt euidens, quando enim eadem res venditur pluribus [a], venditio eſt valida, quia cũ venditor teneatur ſolùm tradere, & ſic ad factũ cuius loco ſuccedit obligatio ad intereſſe, ſi non poteſt ſecundo emptori tradere idem prædium vel fructus illius, ſoluendo intereſſe liberatur, ſed in ſocietate ſecus eſt, quia non poteſt conſiſtere ſine officio, & eo ipſo quòd eſt admiſſus aliquis in ſociũ, officium eſt ei communicatum, & non eſt ampliùs communicabile, & conſequenter de tempore contractus nihil remanet penes ſocium, quod poſſit alteri communicare, & ſuper eo admittere alium in ſocium. 6 a

Quod † verò non poſſint ſuſtineri in vim alterius cõtractus, fundamentum Dominorum fuit, quia in vim cenſus vitalitij, propter periculum vitæ æſtimabile, pecunia iuxta cõſ. Oldrad. 107. non poteſt ſuſtineri, quia de natura iſtius cẽſus vitalitij eſt, quòd pecunia repeti non poſſit, & ſuſtinetur ſolùm propter incertitudinem vitæ, vt per Dec. *in conſ. 121. ſub n.1.* & ideò cùm dans pecunias ad ſocietatem poſſit illas repetere elapſis ſex menſibus, iſte contractus eſt contrarius naturæ cenſus vitalitij: ratione verò aſſumpti periculi non poteſt ſuſtineri, quia quando officium eſt grauatum in totum, non exſiſtente officio nec fructib. nihil remanet officialis periculo expoſitum, pro cuius curatione aliquid præſtari poſſit, *l. nihil intereſt, & l. periculi, ff. de nautico fœnore*, & etiam quia nullum periculum transfertur in officialem pecunia æſtimabile, cùm periculum cum periculo compenſetur. 7

Et † ceſſante periculo, nõ poteſt etiã ſuſtineri in vim cõtractus ſponſionis, quia iuſtitia ſponſionis pariter eſt fundata ſuper periculo, & licèt Sot. *de iuſt. & iur. lib.6. q.6. art.2. col. pen.* & Nauar. *q.29. nu.3. de vſurpatione*, nitantur ſolùm iuſtificare iuſtos contractus ratione aſſumpti periculi & aſſecurationis, & in vim ſponſionis, tamen vterque eorũ præſupponit exſiſtentiam, capacitatem officij, & dubitãt ſolùm de validitate iſtius contractus, qui non poteſt reſtitui ad rationẽ cenſus, cùm capitale poſſit repeti, finitis ſex menſibus, neque poteſt ſuſtineri in vim contractus ſocietatis, quia ſocius iuxta naturam ſocietatis nõ ſubit periculum amiſſionis officij, & ideò putant illum eſſe reducendum ad contractum aſſecurationis vel ſponſionis, ſed cùm in iſto contractu periculũ cũ periculo compenſetur, vt dictum fuit, ceſſat eorũ 8

funda

fundamentum, & contractus remanet licitus ex ſui natura, & ſuſtinetur ex lege ſocietatis, neque eget iuſtificatione, reducendo illum ad aliam ſpeciem contractus, quem contrahentes non intellexerunt inire, & tantò magis, cùm in vim illorum contractuum non poſſit ſuſtineri.

9 Tertiò † dicebant Domini, non eſſe recedendum ab hac opinione, quia vltra rationes concurrunt etiam auctoritates Doctorum. Hanc enim opinionem ſemper tenuit Rota, vt patet ex multis deciſ. factis in hac materia in cauſſa Romana ſocietatis de Fertis. 6. Nouemb. 1581. corã R.P.D. Seraphino, in cauſa Rom. ſocietatis de Lucchinis, 24. Ian. 1575. coram Illuſtr. Blanchetto, & coram eodem in alia Rom. ſocietatis, 28. Ian. 1591. & 20. Octobr. 1585. & in alia Rom. ſocietatis, 1. Iulij 1596. coram R.P.D. Corduba, & deciſiones, quæ allegantur in contrarium, non tangunt iſtum caſum, & in eis ſemper præſupponitur exſiſtentia & capacitas officij: licèt enim iſte contractus ſuſtineatur ratione periculi, vt fuit reſolutum in cauſſis Romana compromiſſi & Foroliuienſ. ſocietatis, coram bon. mem. Epiſcopo Lauretano, & ideò ceſſante periculo, remanet purum mutuum, & fructus non debentur, vt fuit reſolutum in cauſſa Romana ſocietatis, coram bonæ mem. Card. Lancellotto, & Rom. damnorum coram Cotta, tamen ex hoc non ſequitur, quòd ſocietates ſuſtineantur propter periculum ſine officio, & quòd non requiratur exſiſtentia & capacitas officij: in cauſſa verò Rom. ſeu Tuſcul. ſocietatis officiorum erat capax, & fuit ſolùm reſolutum, ſocietatem ſuſtineri, quia etiã ſuper re aliena poteſt contrahi ſocietas in præiudicium contrahentis, & præſertim, cùm adeſſet probabilis ignorantia dantis pecunias ad ſocietatẽ, quæ in hoc caſu ceſſat, & alia deciſio, quæ allegatur in cauſſa. Rom. ſocietatis de Lucchinis, quòd à cõmuniter accidentibus inſpiciuntur potiùs fideiuſſores, quàm officia, quæ ad colorandum contractum & euitandam vſurariam prauitatem interponuntur, non facit ad rem: quia licèt habeat reſpectus magis ad fideiuſſores, quàm ad officia, cùm officia nõ poſſint ſubhaſtari, niſi cum magna difficultate & ſine licẽtia Papæ, & à fideiuſſoribus ſit facilior exactio, tamen ex hoc non infertur, quòd ſocietates ſuſtineãtur ſine officio. Et potiùs illa deciſio confirmat hanc opinionẽ, cùm admittat, contractum ſine officio eſſe vſurarium, & ſic Rota nunquàm receſſit ab hac opinione, quam etiã ſequuti fuerunt multi iudices extra Rotam, adhibito etiam conſilio Theologorum, & omnes recentiores, qui de iſtis ſocietatibus ſcripſerunt. Et demùm articulo diligenter diſcuſſo, eadem opinio placuit cõgregationi ad iſtum effectum à S. D. N. inſtitutæ, cui interfuerũt quinque Illuſtr. Cardinales, tres Rotæ Auditores antiquiores, & tres Theologi.

10 Non † obſtat, quòd propter conſuetudinẽ incundi ſocietates, vltra valorem officij, contractus ſuſtinentur ex bona fide contrahentium, quia iſta conſuetudo non probatur obtenta in cõtradictorio iudicio cum appoſitione partium & effectuatione mandatorum, prout probari debet, & conſtat de contrario ex deciſionibus factis in diuerſis cauſſis, ſecũdùm quas fuit iudicatum, & conſuetudo non inducitur ex ſententiis difformibus, Alber. *in l. quæſitum, § ſi quis eodem, ff. de inſtruct. vel inſtrum. legato.* Aym. *quæſt. 96 n. 5.* vltra quod ſi probaretur, non releuaret, quia conſuetudo non ſuffragatur in materia vſuræ, *cap. quia in omnibus, de vſur.* & fuit late deductum in cauſſa ſocietatis, 2. Iunij 1590. coram bonæ memor. Cardinali Lancellotto.

*ADDITIO.*

a VEnditur pluribus. Qui vnam eandémque rem diuerſo tẽpore pluribus vendidit, punitur criminaliter & pœna falſi tenetur, ſi verò non titulo venditionis, ſed donationis, aut alio contractu, pluribus eandem rem diuerſo tempore alienauerit, & tunc non pœna falſi, ſed tantùm criminis ſtellionatus tenetur, *l. qui duobus, ff. de falſis.* Et plenè poſt alios, quos allegant, antiquiores ſcripſerunt Plot. *de in lit. iuran. ad l. ſi quando, nu. 117. & ſeq. C. vnde vi, ſecund. antiq. impreſſ.* vbi ampliùs, quòd datur iſto caſu iuramentum in litem cõtra vendentem & alienantem rem duobus, Anch. Regien. *q. 2. nu. 9. lib. 2.* vbi pariter, quòd datur iuramentum in litem, Pract. Corrad *tit. de falſ. n. 22. & 23. fol. mihi 396. & 399.* Menoc. *de arbit. quæſt. lib. 2. caſ. 381. nu. 10. & ſeq.* Montic. *reg. crim. 15. nu. 86.* vbi etiam, quòd quandoque donans rem duobus, punitur pœna falſi, quando ſcilicet in contractu donationis aſſerit, de re donata non diſpoſuiſſe in præiudicium donatarij, Clarus *in Pract. § falſum, nu. 29. verſic. vendens.*

Sic & hypothecãs vnam & eandem rem pluribus perſonis, quòd crimine ſtellationatus teneatur, eſt text. *in l. 1. ff. & C. de cri. ſtellion.* Bonif. de Vital. *in tit. de extraord. crim. num. 16.* Pract. Papiẽ. *in forma act. hypoth. gl ſub ead. in fin. vbi diſtinguit,* Ant. Gom. *de delict. in tit. de crim. ſtellion.* vbi teſtatur de communi, & eam ampliat, etiã quòd vna & eadem res pluribus generaliter hypothecetur, quamuis Ang. *in loco per eum relato* contrarium dixerit.

Verùm propoſita concluſio minimè procedit in pluribus caſibus, quos hîc explicare non erit incõgruum. Primus eſt, quando primus emptor pretium non ſoluiſſet, tunc enim non prohibetur alteri eadem res vendi, ſecũdum Plot. *in loco præcit.* Dec. *in l. … n. 19. ff. de reg. iur.* Gabr. *tit. de empt. & vend. concl. 2. n. 22. & 53.* Anch. Reg. *d. q. 2. nu. 81. lib. 2.* Mõtic. *d. reg. cri. 15. nu. 56 verſ. item verum.* Secundus caſus eſt, quãdo prima venditio eſſet nulla, Menoch. *d. caſ. 391. nu. 19.* Plot. *d. nu. 178.* *Anch. d. q. 2. n. 8.* Tertius eſt caſus, quando ſecundus emptor ſciebat vel ſcire debebat, & non curauit rem ſibi venditam alteri priùs fuiſſe venditam, Menoch. *d. caſ. 391. nu. 12. & ſeq.* Quartus eſt caſus, quia quicquid ſit de iure, de cõſuetudine ſic rem duobus vendens non punitur, prout teſtatur Practica Papienſ. *in loco præcit.* & refert Corrad. *vbi ſuprà, nu. 22.* & Clar. *in d. § falſum, eod. nu. 29.* Sed certè apud nos hæc conſuetudo non viget, quia ſæpe vidi procedi criminaliter contra eos, qui vnam & eandem rem duobus vendiderant, animo recipiendi pretium ab vtroque emptore, vel ſecũdo maius pretium eo, quo fuit vendita primo loco.

*Fam. Cent. V. I. D. Galeſij.*

IVSTI.

*Romana hereditatis de Bellauitta, Veneris 20. Decemb. 1602.*

ARGVMENTVM.

Teſtamentũ an reddatur nullum, ex eo quod inſtitutio fuerit facta à teſtatore grauiter infirmante, & reſpondente per verbum, ſic vel annuente cum capite: & an notarius poſſit redargui, ex eo quod in dicto teſtamento non ſcripſerit verba aliqua extranea ab actu teſtandi, & à teſtatore prolata, ex aliquo morbo accidenti ſuperueniente.

*SVMMARIA.*

*Teſtamentum non redditur nullum ex eo quòd teſtator in confectione teſtamenti aliquo accidenti oppreſſus, protulerit aliqua verba extranea ab actu teſtandi, & non ſcripta à Notario in teſtamẽto, nu. 1. ad fin.*

*Notarius non tenetur ſcribere in teſtamento, niſi ea, de quibus fuit rogatus à teſtatore, nu. 1. ante fin.*

*Inſtitutio heredis facta à teſtatore, etiam per verbum, ſic, vel per annuitionem capitis ad interrogationem Notarij valet, quando priùs fuit dictatum teſtamentum ab ipſa teſtatrice, num. 2 & in addit. lit. a.*

*Inſtitutio facta ad nutum teſtatoris valet, quando teſtator apertè priùs dixerat, quòd volebat inſtituere tales & tales, poſt nu. 2.*

*Teſtamentum factum à teſtatore etiam morti proximo, valet, quãdo aliàs teſtator eſt in ſenſu ſuo, ſub nu. 2. & in addit. lit. b.*

*Teſtes non probant negatiuam, quòd teſtator aliquid non dixerit, deponendo ſe hoc non audiuiſſe, nu. 3. & in addit. lit. c.*

DECISIO CXXXIX.

1 CVm prætenderet Iacob. Saluionus ſe eſſe heredem inſtitum à Lucretia de Bellauita, cauſſa fuit introducta coram me inter ipſum Iacob. & Andr. Syluestrinũ & Franc. Pirerdum heredes nominatos & inſtitutos in teſtamento eiuſdem Lucretiæ & poſſeſſores hereditatis, necnon diſputato & deciſo dubio in Rota, firmatoque, verba illa, vel nomen illud

men illud interiectum inter nominationem heredum *Iaco-* A
*mo, Iacomo*, non importare illius inſtitutionem, vt in deciſ.
in hac cauſſa facta 5.Maij 1601. Tandẽ pronunciaui, nullũ
ius competere nec competiſſe Iacobo ſuper hereditate Lu-
cretiæ, ipſóſque Andreã & Franciſcum abſolui ab impetitis,
& quia erat conſentaneũ, vt cauſſa vnica ſentẽtia terminare-
tur, taxatæ fuerunt expenſæ, & cauſſa omninò terminata, &
nihilominùs Io.Iacob.non ceſſabat ciuiliter & criminaliter
eoſdẽ heredes corã Illuſtr. Gubernatore Vrbis, ſuper nulli-
tate eiuſdem teſtamẽti, moleſtare, vnde ſignatura ab eodem
Gubernatore cauſſam auocauit, & mihi in Rota commiſit,
& S.D.N.mandauit, vt cauſſa in Rota terminaretur pro iu-
ſtitia. Quapropter diſputato particulari dubio, & pręſuppo-
ſito, quòd Lucretia teſtatrix protulerit illa verba: *Iacomo, Ia-*
*como*, an teſtamentũ poſſit dici nullum, præſertim quia No- B
tarius non ſcripſerit in teſtamento eadem verba protuliſſe.
Domini cenſuerunt, teſtamentum propterea non eſſe nullũ,
ſiquidem illa verba non pertinent ad teſtamentum, neque
fuerunt prolata à teſtatrice in ipſo teſtamento, ſed ex acci-
denti, quia ſuperuenit defectus quidam teſtatrici ægrotãti,
nec tenebatur Notarius apponere in teſtamẽto, quia de illis
non fuerat rogatus, Bald. *in rub. C. de fid. inſtr* Roland. *conſ.69.*
*n.56.lib.3.* cum aliis allegatis per informantes, & ideo Nota
rius, qui ante rogitum dictauerat & ſcripſerat teſtamentum
de mandato teſtatricis, & dubitabat de extenſione, propter
illa verba in medio inſtitutionis expreſſa, licèt in actu rogi-
tus adhibuiſſet communem diligentiam, tamen conſuluit
Rotam, dum penderet cauſſa, ſi extendenda eſſent illa ver-
ba, *Iacomo, Iacomo*, & Rota bene mandauit Notario iſta lega-
li & fide digno, vt publicaret teſtamentum abſque illis ver-
bis, *Iacomo, Iacomo*, quia erant extranea ab actu teſtandi, & C
quòd reliqua deponeret in examine cui ſe ſubiecit.
2 Et † præſertim iſta vera eſſe apparent, quia illa verba nõ
alterant in aliquo, nec innouant diſpoſitionem teſtatricis,
quæ poſtquàm prolatis illis verbis rediit ad ſenſum ſuum,
interrogata à Notario an vellet heredem inſtituere And. &
Franc. ſecundùm aliquos ex teſtibus, reſpondit *ſic.* & ſecun-
a dùm omnes annuit capite [a], quod ſufficit, quãdo, prout hîc,
priùs fuit dictatum teſtamentũ ab ipſa teſtatrice, gl. *in l. iu-*
*bemus, C. de teſtam.* cùm alleg. per Gabr. *concl. 2. eod. tit.* & adeſt
deciſio coram Robuſterio in Romana, de Maximis & Mat-
thæis 8.Maij 1579. Maximè quia hoc caſu valeret inſtitutio
facta ad nutũ, quia iam teſtatrix apertè dixerat, quòd vole-
bat heredes inſtituere Andream & Franciſcum, Io. Andr. ad
Spec *in tit. de teſtam. §. in primis, in addit. incip. quidam Pileus,*
Pariſ. *conſ.30.n.30.lib.3.* Illuſtr. Mantic. *de coniect lib.4.tit.4.nu.*
b 10. qui loquuntur, quando teſtator erat morti proximus [b], D
dummodò aliàs eſſet in ſenſu ſuo, & præordinaſſet teſtamẽ-
tum, vt in d. deciſ. Robuſterij, quæ loquitur in terminis for-
tioribus in teſtatore oppreſſo ſomno lethali, & hîc ceſſat
ſuſpicio, quæ reſultat ex facilitate reſponſionis, & ex graui-
tate infirmitatis, Clar. *q.37. in §. teſtamentum*, Gabr. *d. concl. 2.*
*nu 7.* poſt Calcan. *conſ.91.nu.6.*
3 Non † obſtat, quòd teſtes videantur contrarij, quia aliqui
dicunt, teſtatricem ad interrogationem Notarij reſpõdiſſe,
ſic, alij, quòd capite annuit, quia iſti non negant, teſtatricem
c reſpondiſſe, *ſic*: ſed quòd ipſi non audiuerunt [c], viderunt ta-
men quòd capite annuit interrogationi Notarij & ſic nulla
adeſt contrarietas, & ita deciſum non informante Iacobo,
imò recuſante informatore, &c.

*ADDITIONES.*

a ANnuit *capite.* Hæc deciſio fuit facta in cauſſa, in qua E
plenè ſcripſit D. meus Farin. *ſuprà in cõſ.97.* vbi *n.1.in fin.*
dixit, magis communẽ & magis receptã eſſe Doctorũ opi-
nionẽ, valere inſtitutionẽ heredis factã à teſtatore reſpon-
dẽte Notario interrogãti, an vellet Titiũ eſſe ſuũ heredem,
per verbũ *ſic*, ſicuti aliis relatis antiquioribus, teſtatur Syluã.
*cõſ 54.n.10.* Cephal. *conſ.546.nu.46.* Menoch. *conſ.45.nu.1. &*
*ſeqq.* Franc Bec. *conſ.102.n.8.* Sfor. Od. *conſ.76.n.3.* Et quòd at-
tinet ad inſtitutionẽ nutu factã, vide eund. D. meũ Farin. *d.*
*conſ.97.n.5.* vbi probauit, etiã nutu factum teſtamentũ ſuſti-
neri in duobus caſibus. Primò, de æquitate Canonica, & in
terris Eccleſiæ, ſecund. Alber. *in l. iubemus, in fin. C. de teſtam.*
Cephal. *d. cõſ.546 n.52. & ſeqq.* Secũdò, quando in teſtamẽto
adeſt clauſula codicillaris, ſecundùm Bart. Bald. Alb. Ang. &
A Iaſ. *in d. l. iubemus*, Io. Dilect. *de arte teſtan. rub. de his, qui non*
*hab. fact. teſtament. caut.9.* quos & alios referẽdo ſequuti ſunt
Ceph. *d. conſ.546.nu.55.* & Menoch. *d. conſ.45.num.14.*
*Morti proximus.* Ad comprobationem huius concluſionis b
vide eund. D. meum Farin. *d. conſ.97.nu.9. & ſeq.* vbi pluribus
explicat, valere teſtamentum & inſtitutionem factã à teſta-
tore, etiam grauiter infirmo, exſiſtente in articulo mortis, &
laborante in extremis, & etiam quòd propter morbi graui-
tatem lingua balbutiens & groſſa fuerit effecta, teſtatoríſ-
que vox cum difficultate, emittatur & audiatur.
*Audiuerunt.* Sufficit enim teſtatorem potuiſſe ſic dicere, c
etiam quòd ipſi non audiuiſſent, ideò niſi teſtes dixerint,
quòd ſi ita dixiſſet, ipſi audiuiſſent, aut quid ſimile, non di-
cuntur probare negatiuam, prout in iis terminis ſcripſit Io.
B Pet. Surd. *conſil.114.nu.3. & n.6. in fin. iuncto n.39. etiam in fin.*
*& n.41.48.73. & ſeq.80. in fin. & ſeq.* & alios plures allegat D.
meus Farinac. *in d. conſ. 97. num. 3.* quos hîc repetere ſuper-
fluum eſt.

*Famianus Centolinus V. I. D. Galeſij.*

LANCELLOTTI IVNIORIS.

*Ciuitatis Caſtelli Bonorum, 8. Februarij 1602.*

ARGVMENTVM.

Simulatio probatur coniecturis, probata ta-
men ſimulationis cauſſa, quæ ſufficit opinata, li-
cèt non vera, ac de pluribus coniecturis, quibus
C ſimulatio, filiatio & illegitimitas probatur.

*SVMMARIA.*

*Simulatio probatur coniecturis & præſumptionibus, num.1.*
*Simulatio non dicitur probata, niſi etiam probetur cauſſa ſimula-*
*tionis, nu.2. ſufficit tamen, quòd illa ſit à partibus opinata, licèt*
*non vera, num.4.*
*Spurij filij non poſſunt patri ſacerdoti ſuccedere conſtitutione Pij V.*
*nu.2. in fin.*
*Filiatio & illegitimitas eſt difficilis probationis, ideò probatur con-*
*iecturis, vtputà ex communi reputatione, ex publica voce & fa-*
*ma, ex habitatione in domo patris, ex poſſeſſione bonorum pater-*
*norum, & ex verbis enunciatiuis, alicuius inſtrumenti, nu.3.*
*Filiatio probatur ex educatione alimentatione, & tractatu, nu.4.*
*Simulatio venditionis probatur ex eo quòd venditor poſt venditio-*
*nem remanſit in poſſeſſione bonorum venditorum, n.5. & in ad-*
D *dit. lit. a, vbi de materia.*
*Simulatio præſumitur ex alienatione omnium bonorum, nu.6.*
*Simulatio præſumitur per interpoſitionem perſonæ, nu.7. & in ad-*
*dit. lit. b, vbi de materia.*
*Simulatio præſumitur ex breuitate temporis, num.8.*
*Simulatio præſumitur ex proprietate emptoris veriſimiliter non*
*habentis pecunias ad emendum, nu.9.*
*Simulatio excluditur ex qualitate perſonæ contrahentis, quæ ſit bo-*
*næ famæ, num.10.*
*Bonus quiſque præſumitur, fallit in præiudicium tertij, num.11. &*
*in addit. lit. c, vbi de materia.*
*Simulatio probatur coniecturis, non obſtante publico inſtrumento,*
*num.10.*
*Conſtitutum nihil operatur in contractu ſimulato, nu.11.*
*Conſtitutum corruit, corruente contractu, ſuper quo eſt appoſitum,*
*num.11.*

E DECISIO CXL.

VEnditionem † bonorum, de quibus agitur, factam à 1
quondam presbytero Paſqua Brunello ſimulatam fuiſ-
ſe, Domini cenſuerunt, moti ex pluribus coniecturis, indi-
ciis & præſumptionibus, ex quibus probatur ſimulatio, cùm
ſit de iis, quæ clàm & occultè fieri ſolent, Bar *in l. poſt contra-*
*ctum, ff. de donat.* Caſtr. *conſ.74.nu.5.lib.2. & conſil.337.num.4.*
*eodem lib.2.* Aym. *conſil.156.num.7.* Tiraq. *de retract. lign §.1.gl.*
*14.num.58.* Caputaq. *deciſ.149.num.1.part.1.* & fuit pluries in
Rota reſolutum.
Et † quamuis ad hunc effectum ſit probanda cauſſa ſimu- 2
lationis, ſine qua ex coniecturis ſimulatio non inducitur,
iuxta *conſ.* Bart.65. Rot. *deciſ.1. de donat. in nou.* & fuit dictum
in cauſſa

in cauſſa donat.de Grádis, 27.Apr.1592. coram R.P.D.meo A Pegna,& coram eod. in cauſſa Romana bonorũ de Ceulis, 28. Apr.1596.& in vna Romana fructus de Vellis, 23.Febr. 1498.coram bon.me.... & alias ſæpe,tamẽ in hoc caſu cauſſa ſimulandi eſt euidens,vt ſcilicet mandantibus huiuſmodi venditoribus bona deuenirent ad Cæſarem Paſquæ filium, in quem ex ſucceſſione , vti in filium ſpurium,tranſire non poterant , cùm Paſqua eſſet ſacerdos , ſtante conſtitutione felic. record. Pij V. vt in cauſſa Peruſina de Vbaldis Bononienſ.de Zambeccariis,& aliis pluribus.

3 Cæſarem † autem fuiſſe filium ſpurium Paſquæ ſatis ſupérque probatum eſt ex communi reputatione,publica voce & fama,habitatione in domo patris, poſſeſſione bonorũ paternorum,nec non enuntiatiua in inſtrumento venditionis per Lelium Cæſari factæ,in quo enunciatur Cæſar Do- B min.Paſquæ,& ex aliis coniecturis per informantes ponderatis, ex quibus non eſt dubium probari filiationem & illegitimatem,cùm illa ex parte patris ſit difficilis probationis, *cap. Michaël*,cũ ibi not.per Innoc.& alios *de fil. presbyt.* Bald. *in l.humanitatis,nu.44.verſ.ex hoc ſeq.C.de impub.& alus ſubſtit.& in l.vulgò,de ſtat.hom.*Nat.*conſ.479.nu.39.*Et fuit latè deductum in cauſſa Romana Abadeſia , 10.Decembr.1578.corã S.D.N. & in cauſſa Bononien. de Gargantibus, 14. Martij 1601.coram R.P.D.meo Mellino.

4 Sed † ceſſat in hoc caſu omnis difficultas, cùm cõſtet ex teſtibus,Cæſarem fuiſſe ab ipſomet Paſqua educatum , alimentatum & tractatum vti filium:id námque ſufficit, ad effectum ſimulationis,de qua agitur,quæ cùm pẽdeat ab animo & opinione contrahentium , non requirit cauſſæ veritatem , ſed ſatis eſt , quòd cauſſa,quamuis non ſit vera,ſit à C partibus opinata,& poſſit tollere dubitationem, *l. is qui putat.ff.de acqu.hered.*Aym.*conſ.88.nu.15.* Et in his terminis fuit reſolutum in Rota in cauſſa Romana reſidui pretij Appaltus,25.Iun.1584.coram bonæ memor.Orioleñ.

5 Quantùm † ad cõiecturas,plures cõcurrunt.Prima enim a deducitur ex poſſeſſione bonorum venditorum cõtinuata [a] per Paſquam vſque ad eius obitum,ex qua,vt plurimùm,arguitur ſimulatio,vt poſt Bart *in d l.poſt contractum, nu.4.ff.de donat.& in l.ſicut,§.ſuperuacuum,nu.5.ff. quib.mod.pign.vel hypoth.ſol.*Bald.*conſ.70.num.3.& ſeq lib.1.*Anch.*conſ.9.col.2. verſ. ſextò & vlt.*Dec.*conſ.587.n.8.verſ ſecund.offic. & conſ.659.nu.9. verſ.tertia præſumptio,*Pariſ.*conſ.82.nu.49.vol.3.* Aym.*conſ.156. nu.10.*Tiraq.*de iur.conſtit.limit.9.in princ.* Caputaq. *deciſ.143. nu.6.part.1.*Et hanc coniecturam probauit Rota in allegata cauſſa Romana bonorum de Ceulis. Nec adducitur aliqua cauſſa remanſionis in poſſeſſione ex nouo titulo vel loca- D tionis aut alterius contractus, qui poſſet excludere ſimulationem.

6 Secunda † colligitur cõiectura ex eo,quòd venditio fuit facta omnium bonorum immobilium, & cùm nulla adeſſet cauſſa in Paſqua faciendi venditionem ita generalem omnium bonorum,ſatis præſumitur ſimulatio,Bart.*in l. qui teſtamentum,nu.3.ff.de probat.& in l.poſt contractum,n.2.ff.de donat.*Bald.*in l.fraus,ſub n.1.verſ.item vna magna, ff.de legat.* Socin.ſen.*conſ.108.col.2.num.3.verſ.& quando quis, vol.1.*Dec.*d. conſ 587.nu.9.& conſ.659.nu.3.*Alex.*conſ.55 nu.7.*Afflict *deciſ. 370.nu.19.*Et hæc coniectura ſimiliter fuit approbata in d. deciſ.& cauſſa de Ceulis.

7 Tertia † coniectura , quia hæc bona patris in filium ſpu-
b rium peruenerunt,mediante tertia perſona [b] habente cauſſam à patre ex contractu inter viuos , propterea tranſlatio E iudicatur facta in fraudem , non obſtante opinione gloſſæ, quæ contrarium tenebat , & hoc voluit Bart. quem alij ſequuntur *in l.ſi is, qui ex bonis,nu. 4.verſ.nono quæro,ff. de vulg. & pupill.ſubſtit.*& ibi Iaſ.*in fin.* Alex.*conſ.51.in fi.lib.2.*Calcan. *conſ.48.nu.2.& 4.*& eſt text.*in l.1.§.ſiue itaque, C.de nat.liber.*

8 Quarta † coniectura breuitas temporis,quod interceſſit ab emptione facta per Lelium vſque ad venditionẽ factam Cæſari filio Paſquæ, quod oſtendit non fuiſſe intentionem Lelij emere,ſed potiùs inſeruire de ſua perſona huic tranſlationi,Caſtr.*conſ.74.nu.9.part.2.*& faciunt tradita per Tiraq. *de retract.lign.§.1.gl.1.nu.77.*

Accedunt † & aliæ coniecturæ, nempe inueriſimilitudo, 9 quæ deducitur ex paupertate Cæſaris,qui,vt dicunt teſtes, & in ſpecie eius filius,cùm nihil haberet in bonis , non poterat huiuſmodi bona emere. Adſunt teſtes deponentes de huiuſmodi ſimulatione & cauſſa ſimulãdi, qui quamuis deponant de diuerſis cauſſis ſimulationis , tamen vna non venit excluſiua ad aliam:nam ſiue Paſqua voluerit donare ad effectum,vt Cæſar poſſet vxorẽ ducere : ſiue ſimpliciter ad effectum,vt bona ad ipſum peruenirent,ſiue vna tantùm,ſiue vtraque ex iſtis cauſſis concurrat , non excluditur , imò potiùs comprobatur ſimulatio.

Non † obſtat qualitas perſonæ ipſius Lelij, cum quilibet 10 præſumatur bonus, quia in præiudicium tertij [c] id nõ pro- c cedit, vltra quod fortè potuit credere,huiuſmodi ſimulationẽ non fuiſſe illicitam,prout nec obſtat,quòd venditio fuerit facta coram Notario,& quòd inſtrumẽtum loquatur de vera numeratione,quia hæc potuerunt fieri ad effectũ meliùs ſimulandi, & vnus teſtis deponit, pecunias ſolùm fuiſſe oſtenſas,& ita nec etiam obſtat,quòd bona fuerint per Lelium vendita Cæſari eodem pretio,quo emerat à patre,ſed maiori,quia id factum fuit ad effectum ſoluendi ſimulationem,ne detegeretur.

Denique † non obſtat clauſula conſtituti,quia conſtitu- 11 tum nil operatur,ſtãte cauſſa ſimulandi,continuatione poſſeſſionis, & aliis,de quibus ſuprà, nam corruente contractu principali,corruit quoque conſtitutum,quod ſimiliter præſumitur ſimulatum,vt latè deducit Tiraq.multos cumulans *de iur.conſtit.poſſeſſ.limit.9.nu.1.& 2.*Ægid.*deciſ.71.nu.6.in fin.* & tenuit Rota in allegata cauſſa Romana de Ceulis, coram R.P.D.meo Pegna.

## *ADDITIONES.*

C*Ontinuata.* Quando quis vendit, donat ſeu alio modo a alienat aliquam rem, vtputà domum vel fundũ,& poſteà remanet in poſſeſſione rei venditæ, donatæ,ſeu alienatæ,nulli dubium,quòd talis venditio,donatio,ſeu alienatio præſumitur ſimulata & facta in fraudem,aut fiſci,aut creditorum,aut alterius perſonæ intereſſe habentis:ſed quia hoc non ſemper verum eſt,& pluribus modis cõcluſio prædicta à Doctoribus ampliatur , limitatur & declaratur, idcirco ad eius materiam poſt alios,quos allegãt antiquiores, vide Iaſ. *in §.item ſi quis,nu.41.*& ibi etiã Io.Fab.*nu.9.Inſtu.de act.* Neuiz.*conſ.8.n.51.*Boſſ.*in tit.de bon.publ.nu.48.& ſeqq.*Ant.Gom. *de delict.tit.de confiſcat.bon. nu.4.*Rolan.*conſ.40.nu.20.24.31. 32.& 44.lib.2.*Clar.*in Pract. §.fin.q.78.verſic.fraus autem ,* Io. Bapt Lup.*in tract.de vſur.commẽt.2.§.1.n.44.*Menoch.*de arb. quæſt.lib.2.caſ.39.& de præſumpt.lib.3.præſumpt. 122.nu.110. & ſeq.& præſumpt.124.in princ.& num.1.& nu.31.& ſeqq.*Ioſeph. Ludou.*concl.51.verſ.octaua coniectura eſt, & ſeqq.* Maſc.*de probat.lib.2.concl.439.per tot.& concl.442.num.1.& ſeqq. & concl. 446.num.12.& concl.557.nu.2.& ſeqq.& concl.558.per tot. & concl.815.nu.51.& ſeqq.*

*Tertia perſona.* Suppoſitio enim perſonæ arguit dolum & b fraudem in omni cõtractu,*l.vxor marito.ff.de donat.inter vir. & vx.l.pupillus,§.fin.ff. de auctorit.l.ſi is,qui bonis, ff.de acq.hered. l. ſi per impreſſionem, C.quod metus cauſ.* Alber.*in l.dolum, num.3.verſ.item ex perſona alterius interpoſitione,C.de dolo,*Calcan.*conſ.36.nu.2.*Aym.*conſ. 122.nu.10.verſ.7. non eſt dubium,* Ruin.*conſ.130.nu.2.lib.2.*Mandel. *conſ.97.nu. 6.verſ.& potiſſimiem,lib.1.*Maſc.*de probat.lib.1.concl.531.nu.173.& lib.2.cõcl. 815.nu.43.*ad quam materiam vide Menoch.*de præſumpt.lib. 3.præſumpt.125.per tot.*Steph.Lambert. *de contract.cor.&c.*gl. 10.*nu.9.*& declarantem D.meum Farinac,in *ſua Pract.crim. part.2.tit.de pœn.temp.q.89.nu.129.*

*In præiudicium tertij.* Hæc materia , an ſcilicet & quan- c do quis bonus præſumatur, bene explicaturper D. meum Farin. *in ſua Pract. crim.part. 1.tit. de indic. & tort. quæſt. 47.num. 277. & ſeq.* vbi facit regulam cum 7. ampliat. & 7. aliis limitat.

*Fam. Cent.V.I.D. Galeſij.*

F I N I S.

# INDEX
# LOCVPLETISSIMVS RERVM, VERBORVM AC SENTENTIARVM,

## *QVAE IN HISCE CRIMINALIBVS DECISIONIBVS Domini Proſperi Farinacij continentur.*

A


ABBAS habens iura Epiſcopalia, & proprium territorium, habet cognitionem cauſſarum matrimonialium & criminalium, nec comprehenditur in decreto concilij Tridentini, *cap.20.ſeſſ.24. de reformatione*, deciſ.100.nu.1. 107

Abbas habens iura Epiſcopalia, non dicitur eſſe de inferioribus Prælatis Epiſcopo, d.dec.num.2. & 4. ibid.

Abbas in locis pleno iure ſibi ſubiectis habet iuriſdictionem Epiſcopalem, vel quaſi, locaque ſibi ſubdita dicuntur extra iuriſdictionem Epiſcopi, & faciunt territorium ſeparatum, d.dec.num.3. ibid.

Abbas in locis ſibi ſubditis cum territorio ſuo exempto à iuriſdictione Epiſcopi, habet iuriſdictionem priuatiuè ad Epiſcopum, d.dec.nu.4. ibid.

Abbas habens iura Epiſcopalia, habet cognitionem cauſſarum criminalium & matrimonialium, etiam quoad ſeculares, d.dec.num.5. ibid.

Abbas habens iura Epiſcopalia, exercet iuriſdictionem in ſuo territorio, etiam poſito intra limites diœceſis Epiſcopalis, dec.105.num.2. 112

Abbas habens territorium proprium, vel plena iure ſibi ſubiectum, poteſt in dicto territorio iuriſdictionem exercere, d.dec.num.2. ibid.

Abbas, qui actu exercet curam monachorum, priuatur Abbatia, ob non promotionem ad ſacros ordines, ſecus ſi talem curam non habet, dec.112.nu.9. & omnibus ſeqq. in diſcurſu. 121

*Abiurationis* de vehementi forma, dec.51.num.3. 55

Abiuratio, quam facit ſuſpectus de hæreſi, vehementer fit ob ſcandalum ab ipſo datum in populo, vt ſcilicet quos ſcandalizauerit verbo aut facto publicè abiurando, & pœnitentiam humiliter acceptando, ædificaret, d.deciſ. num.5. ibid.

*Abſoluendus* ab excommunicatione iurat de parendo mandatis Eccleſiæ, & ſibi iniungitur pœnitentia, deciſ.56.n.5. in fin. 60

Abſoluendus in dubio potiùs eſt reus quàm condemnãdus, dec.101.num.10. 108

Abſoluendi poteſtas data alicui, quatenus opus ſit, importat etiam ſpecialem commiſſionem abſoluendi ad cautelã, d.deciſ.num.13.in fin.& n. 16. 109

Abſolutionem petens videtur fateri ſe ligatum, niſi abſolutionem ad cautelam petierit, vbi enim narratur factum, ex quo reſultat delictum diſpenſatione indigens, ſine dubio petens diſpenſationem ſeu abſolutionem, illud fatetur deciſ.89.num.2. 98. in addit. litera *b*, vbi de materia. 99

Abſolutionem petens ab excommunicatione, regulariter non videtur fateri excommunicationem intellige, quando abſolutio ſimpliciter petitur, & ad cautelam, ſecus vbi in ſupplicatione narratur factum, ex quo reſultet excommunicatio, dec.35.nu.5.& in addit.lit. *d*, de materia. 37.& 38

Abſolutionem petens ab excommunicatione incurſa propter matrimonium contractum cum conſanguinea, cenſetur vtique ipſum matrimonium fateri; deciſio.56. numero 1. poſt med. 59

Abſolutionem petens ab excommunicatione propter delictum, quod quis non commiſit, malè facit, & peccat, d. dec.nu.3.in fine. ibid.

Abſolutio ad cautelam non dicitur, quando illa fit in forma Eccleſiæ conſueta, ſeruatis iis, quæ ſeruari debent duntaxat in eo, qui certa aliqua excommunicatione innodatus eſt, d.dec.n.5. 60

Abſolutio excommunicationis non dicitur data ad cautelam, quando abſoluendus iniuncta ſibi pœnitentia iurat de parendo mandatis Eccleſiæ, d. dec.num.5.in fine. ibid.

Abſolutio ab excommunicatione, cum conditione, vt quatenus abſoluendus ſit excommunicatus, valet, d. dec.nu. 15.in fine. ibid.

Abſolutio excommunicationis ad cautelam nõ datur à ſententia latæ à canone, d.dec.n.18. ibid.

Abſolutio excommunicationis ad cautelam poteſt dari ſuper facto dubio, vel etiam probabili dubio iuris, dicta dec.num.18. ibid.

Abſolutio à iuramento an ſit neceſſaria ſtante enormiſſima læſione, & quomodo iſto caſu dicatur conſtare de læſione enormiſſima, deciſ.59.num.2. & in addit. litera, *c*. 64

Abſolutio à iuramento ex ſtylo Rotæ ſolet peti ad cautelam, non obſtante quacunque enormiſſima læſione, d. deciſione, num.2.in fine. ibid.

Abſolutio à iuramento non prodeſt abſoluto, qui permiſit illam non petere, niſi hæc promiſſio in abſolutione exprimatur, deciſ. 78.nu.2. & in addit.lit. *a*, vbi de materia. 87

Abſolutio ſimplex à iuramento non tollit incurſum, periurium, d.deciſ.num.2.& in addit.lit.*b*, vbi de materia, & an iſto caſu ſit concedenda abſolutio. ibid.

Abſolutionem petens ad cautelam, non videtur fateri, dec. 63.num.7. 69

*Accuſator* regulariter non tenetur in accuſatione exprimere diem commiſſi criminis, deciſ.8 nu.1. 7

Accuſator tenetur in excuſatione exprimere diem commiſſi criminis, quando pars hoc petit, d. deciſ.n.2.ibid.declara procedere, vbicunque conſtat, facta dicta expreſſione reum habere paratam defenſionem, aliter ſecus, n.3.& in addit.lit.*a*, vbi de materia. ibid.

Accuſator non tenetur in accuſatione exprimere diem, de quo non eſt certus, d.dec.nu.4.& 5. ibid.

Accuſator non tenetur in accuſatione exprimere diem delicti clàm commiſſi, d dec.nu.5. ibid.

Accuſator in crimine ſimoniæ debet ſe ſubſcribere ad pœnam talionis, dec.111.num.1. 118

Actio hypothecaria eſt indiuidua, deciſ. 81. num. 6. in fine. 89.

Actor debet concludenter probare ſuam intentionem, dec. 56.num.11. 60

Acta integra debent tranſportari duplici ratione. Primò, vt veritas rei geſtæ cognoſci poſſit. Secundò, ne iudicij ordo peruertatur, dec.122.num.4. 128

Actus quando valet ex nunc, non attenditur ſtatus antecedens, deciſ.17.num.7. 20

*Adulteria* maximè damnantur à legibus ciuilibus, deciſ. 4. num.2. 5

Adulterium habet in ſe turpitudinem tam reſpectu adulteri, quàm reſpectu adulteræ, d.deciſ.nu.3.in fine. ibid.

Adulterium probatur ex cōfeſſione adulteræ, & depoſitionibus teſtium, deciſ.108.nu.3. 116

Aeſtimatio animalium an & quando transferat dominium, deciſ.118.nu. 6.126. vbi ponitur regula affirmatiua cum duabus limitationibus. Prima eſt, quando per affirmationem contractus efficeretur vſurarius. Secunda, quando æſtimatio fit, vt appareat de certo valore rei æſtimatæ.

*Agens* ſine actione audiendus non eſt, deciſ.71.nu. 2. 79

*Alimenta* filiis à patre debentur extra eius domum, propter eiuſdem patris ſæuitiam & auſteritatem, & præſertim ſi eos domo expulerit, deciſ.117.nu.1. 124

*Alternatiua* oratio vt locum habeat, ſufficit alteram partē eſſe veram, deciſ.66.nu.3. 71

Alternatiua oratio ſufficit, vt in vna parte verificetur, deciſio.56.nu.11. 60

Alternatiuè vna pars declarat aliam deciſ.15.nu.3. 15

Alternatiua ſeu diſiunctiua licet ponatur inter diuerſa, arguit tamen ſimilitudinem & conformitatem, d.deciſ.nu. 11.in fine. ibid.

*Ambitioſus* dicitur & indignus beneficio is, qui ad illud per patronos ſe præſentari procurauit, dec.34.nu.7. vbi præſertim, quando agitur de beneficiis curatis & prælaturis.

Fallit, quando quis eſt pauper & qualificata perſona, quia tunc ſi interponit preces pro conſequendo beneficio, etiam cum intentione præſtandi obſequium collatori, non dicitur ambitioſus. ibid. Item fallit duobus aliis modis, vt ibid.nu.7. ibid.

*A multta* appellari poteſt, & ſi non appelletur, non poteſt dari de illius nullitate, etiam quod nō ſit legitime impoſita, deciſ.83.nu.20. 39

*Animus* & intentio hominis non minùs facto, quàm verbis declaratur, deciſ.101.nu.10. 108

*Annus* redditus emptio eſt licita, dummodò non reſoluatur in mutuum, deciſ.10.nu.1. 9

Annua præſtatio ſuper redditibus communitatis emi poteſt, d.deciſ.ſub nu.1. ibid.

*Appellans* ſi intra terminum iuris ſibi datum pro Apoſtolis non redierit, facit tranſire ſententiam in rem iudicatam, deciſ.108.nu.1.& in additio.lit.*a*, vbi de materia. 116

Appellans ſi non commiſit cauſſam infra biēnium, ſententia contra ipſum lata tranſit in iudicatum, d.deciſ.n.1.ib.

Appellare quis poteſt etiā poſt decem dies à die habitæ notitiæ à ſententia contra ipſum lata, quādo fuit citatus domi dimiſſa copia, deciſ.109.nu.1.poſt principium, ibid.& in addit.lit.a, vbi de materia. 117

Appellare quis poteſt poſt decē dies à die ſciētiæ, quādo eſt factus contumax, etiam quòd citationis habuerit notitiam, & proteſtando comparuerit in iudicio, niſi etiam ſciuerit ſententiam fuiſſe latam, dicta deciſ.nu.1.verſ. vnde nihil. 116

Appellare licet à ſententia lata per exſecutorem, deciſ. 94. nu.1. 103

Appellare regulariter non licèt à ſentētia ſimoniæ. Declara, quia datur tamē appellatio à ſententia collationis beneficij vacātis propter ſimoniā lata à mixto executore. Declara ſecūdo vt non detur appellatio, quando ſimoniacus eſt notorius vel confeſſus, vel ſi eſt occultus, ſimonia eſt reſpectu ordinationis, ſecus quādo eſt occultus, & ſimonia eſt ſuper beneficio, quia tunc datur appellatio, d.deciſ.nu.2. ibid.

Appellationis inſtantia deſerta ob non illius proſecutionē, non cenſetur deſerta inſtantia nullitatis, & quando, deciſione 21.nu.4. 24

*Apoſtilla* à Notario appoſita in margine proceſſus, ſine approbatione iudicis, fidem non facit, deciſ. 123.nu.1. 129

Apoſtilla, quæ caret ſolemnitatibus & ſubſcriptione, d.dec. nu.1.in fin. ibid.

Apoſtilla adiecta in apocha inter lineas, & non in margine per remiſſam, non cenſetur approbata per ſe ſubſcribentem in calce ipſius apochæ, deciſ.113.nu.2. 121

*Apocha* continens Cameralem obligationem, non facit fidem, nec tribuit iuriſdictionem, niſi recognoſcatur, dicta deciſione, nu.2. ibid.

Apocha ſcripta manu eius, cuius vtilitatem reſpicit, probat contra ſe ſubſcribentem in ea, dummodò non adſit aliqua apoſtilla inter lineam & lineam, d.dec.n.2. ibid.

*Apoſtolos* petens ſi terminum iuris habuerit, debet pro illorum reſponſione redire infra triginta dies, dec.108.nu.1. & in addit.lit *b*, vbi an iſti dies triginta currant à die ſententiæ, an verò à die appellationis. 116

*Argumentum* à veriſimili ſumptum optimum eſt in iure, deciſ.47.num.2.in fine. 52

Argumentum à ſolitis multùm confert ad præſumendum quod quid eſt, dec.47.nu.3. ibid.

*Aſſertioni* iuratæ alicuius non ſtatur, quando contra eā adeſt aliqua præſumptio, dec.69.nu.4. in fine, & in addit.lit.f, vbi de materia. 75.& 77

Aſſertioni Papæ non ſtatur in criminalibus ad probationem delicti, deciſ.84.num.6.94.& in addit.lib.*b*, vbi de materia, 92.& nu.12. 92

*Attentata*, pendente termino ad appellationem, etiam poſt decem dies à die latæ ſententiæ, ſunt reuocanda ad fauorem ficti contumacis, dec.109.num.2. 116

*Atramenti* diuerſitas inducit præſumptionem, quòd ſcriptura fuerit facta diuerſo tempore, dec.123.num.2. 129

B

B*Annitus* propter homicidium vigore Bullarum, nō poteſt ſuccedere in hereditate matris ſibi delata tempore banni, dec.17.nu.1.& in addit.lit.*a*, vbi etiam, quid de iure communi & Bullis circumſcriptis. 19.& 20

Bannitus propter homicidium nec etiam ſuccedit in legitima patris aut matris defunctorum, tempore banni, vigore Bullarum Apoſtolicarum, ſed quid de iure communi, d. deciſ.num.1. & in addit.lit.*b*. ibid.

Bannitus cenſetur reſtitutus ad ea, quæ habebat tempore confiſcationis, non autem ad ea, quæ obuenerunt poſteà, & quæ ad ipſum ſpectaſſent, niſi fuiſſet incapax: & ſic nec etiam cenſetur reſtitutus ad hereditates ſibi delatas tempore banni, & præſertim alteri acquiſitas, & apprehenſas, d.dec.num.2.& in addit.lit.*c*, vbi de materia. ibid.

Bannitus reſtitutus etiam ad bona alteri quæſita an cenſeatur etiam reſtitutus ad ius petendi legitimam in bonis defunctæ tempore banni, d.dec.17.nu.3. ibid.

Bannitus reſtitutus an & quando recuperet ius ſucceſſionis tanquàm dependens à iure ſanguinis, d.dec.nu.11.20. & ibi in addit. lit.*f*, vbi an & quando bannitus amittat iura ſanguinis. 21

Bannitus excluſus ab omni actu legitimo cenſetur etiam excluſus à ſucceſſione, dec.15.nu.5.15.& in addit.lit. *a*, vbi de materia. 16

Bannitus cum cōfiſcatione bonorum habetur pro mortuo, nec habet legitimam perſonam agendi in iudicio, eique denegatur audientia tam de iure communi, quàm ex diſpoſitione ſtatuti Vrbis, dec.54.nu.2. 57

Bannitus ſine confiſcatione bonorum, an amittat iura propria ciuitatis, an ſit capax hereditatis ſibi delatæ, & an poſſit teſtari, d.dec.in addit lit.a. ibid.

Bannitus teſtamenti factionem non habet, ſi fuit bannitus auctoritate Papæ, dec.55.nu.1. 58. & in addit.lit.*a*. vbi de materia, an & quando bannitus poſſit teſtari. ibid.

Bannitus à Gubernatore vrbis vigore commiſſionis à Papa emanatæ dicitur bannitus auctoritate Papæ, d.dec.nu.1. & in addit lit.*b*. ibid.

Bannitus & condemnatus in contumaciam ex præcedentibus teſtibus probantibus delictum, dicitur condemnatus propter delictum, & non propter contumaciam, d. deciſ.num. 1. ibid.

*Benedictio* in matrimonij celebratione neceſſaria eſt, & quomodo, dec.69.nu.13.in fin. 76

*Beneficia* debent conferri ſine diminutione, dec.104.num.5. 112

Beneficij vacatio non inducitur per gratiam, quæ conceſſa fuit ad petitionem partis, & eſt reſtricta ad certum vacationis modum, dec.134.nu.4.& ſeqq. 138

Beneficiorum incompatibilitas habet etiam locum in duabus capellaniis exſiſtētub. in eadē Eccleſia, dec.66.n.2.72

Beneficia vniformia non poſſunt abſque diſpenſatione ſub eodem tecto retineri,d.dec.n.2. ibid.

Beneficiatus poteſt libere de fructibus beneficij diſponere, dec.102.n.3.etiam in vtilitatem illius,qui beneficium reſignauit, dummodo ante reſignationem id actum non ſit,num.3. 110

*Bona* quando dicantur fiſco incorporata,dec.86.n.4. 96

Bona ſita extra territorium confiſcantis, veniunt in confiſcatione bonorum,& applicantur illi in domino,in cuius territorio ſita ſunt, quando confiſcatio fit de iure cõmuni:ſecus ſi fiat de iure ſpeciali,vt putà ſtatuario,aut vigore bannimentorum,dec.16.n.6.17.vbi etiam,an iſto caſu ſententia lata in vno territorio operetur ſuum effectum in alio:ſed quando hæc cõcluſio vera ſit,& quando non, remiſſiuè,in addit.lit. *c*,& num.10. 17.& 18

Bona confiſcata, & in tertium alienata dicuntur incorporata,dec.90.num.3. 100

Bonorum incorporatio ad fiſci fauorem ſatis arguitur ex ſequeſtro,d.dec.nu.5.declara,vt num.9. ibid.

Bona non dicũtur fiſco incorporata, niſi fuerint à fiſco poſſeſſa,aut inter eius bona deſcripta,d.dec.nu.6. ibid.

Bonusquiſque præſumitur,fallit in præiudicium tertij, dec. 140.nu.11.& in addit lit.*c*,vbi de materia. 144

*Bulla* Sixti V. improbans ſocietates, in quibus capitale eſt ſaluum, cenſetur improbare contractus ſocietatis palliatos, & contra iuris communis diſpoſitionem,non autem contractus permiſſos ex diſpoſitione iuris communis, dec.130.num.9. 135

Bulla Sixti V. improbans contractus ſocietatis nõ initos iuſtis & æquis conditionib.quomodo intelligatur, d.deciſ. num.10. ibid.

Bulla Alexandrina comprehendit etiam offendentes extra curiam,& quando lis eſt in curia,d.dec.21.nu.2. 24

Bullæ Alexandrinæ pœna ad hoc,vt incurratur,ſufficit probari offenſionem ex cauſſa litis per probabilia argumenta,dec.2.nu.2. 4

Bullæ facientes mentionem de condemnatis, intelligendæ ſunt de condemnatis propter delictum, & non propter contumaciam,dec.15.num.3. 15

C

C*Adacitas* non nocet,quando ante illius declarationem fuit purgata,dec.126.nu.7.in fine. 131

*Calumnia* detegitur ex magna negligentia, 58.n.4.in fi. 63

*Cancellatio* inſtrumenti ſubſcriptione Notarij quoad validitatem inſtrumenti non erat neceſſaria,inſtrumenti fidem non tollit,dec.64. num.4. 69

*Canonicatus* eſt dignitas,dec.51.num.3. 55

*Cap.1.de ætat. & qualitat.*intellectus, dec.112.nu.3. 120

Cap.*cum in cunctis,§.inferiora,de election.* intellect.dict.deciſ. num.4. ibid.

Cap. *licèt canon,de election.in Sext.*intellectus,d.dec.n.5.& 6. ibid.

*Capti* à latronibus non mutant ſtatum, ſicut capti ab hoſtibus,dec.n.4. in fi. 128

